

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`



Digitized by Google

MEMORIÆ SEMPITERNÆ

VIRI CL. MARCI PERACHON
in Supremo Senatu Causidici, Qui post ejuratam sincerè hæresim in qua natus fuerat, de Religione ac Literis bene meritus dum viveret, moriens Bibliothecam Lugd. Coll. S S. Trin. Soc. JESU annuo Censu locupletavit.

Ex Censu anni 1701—2

26918
hist 8 S bip 3723

Navarette
dom Martin ferdinand
de

Digitized by Google

347922

DE SINENSIUM RITIBUS POLITICIS ACTA

Coll. Lugd. Ssae Trinit. Soc. Jes. 1701.

SEU

R. P. FRANCISCI BRANCATI,

SOCIETATIS JESU,

Apud Sinas per annos 34. Missionarii.

RESPONSIO APOLOGETICA

Ad R. P. DOMINICUM NAVARRETTE

Ordinis Prædicatorum.

Gde BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1891

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON





PARISIIS,

Apud NICOLAUM PEPIE, viâ Jacobæâ, sub signo sancti Basilii.

M. DCC.

Cum Privilegio Regis.

Google

MONITUM EDITORIS.

REVERENDUS P. Franciſcus Brancatus Miſſionarius è Societate Jeſu, cujus eſt hic tractatus *de Sinenſium Ritibus Politicis*, Sinis ad Chriſtianam legem traducendis incubuit per annos admodum 35. non minori zelo atque animi ardore quàm ſucceſſu. Ortus erat in Siciliâ, cui Regno Sinica Miſſio plurimos eoſque tum litteris & ſcientiâ tum ſanctitate ac pietate præſtantes operarios debet. Sanctæ religionis noſtræ apud exteras gentes propagandæ ſtudio jam tum ab ineunte ætate ſuccenſus, ſe Miſſioni Sinicę potiſſimùm excolendæ devoverat.

Macaum pervenit circa initium Augusti anno 1636. & post aliquod tempus in addiscendâ linguâ Sinicâ positum, missus est à Præpositis in Provinciam Nankinensem. Ibi quantum in Sinicâ literaturâ atque eruditione profecerit plurimi libri ab eo Sinicè scripti contestantur. Hujus eruditionis famâ effectum est ut Mandarini multi ac Literati homines nomen Christo dederint, quorum plures Catechistæ posteà facti, doctrinam Christianam quam ipsi hauserant, in Gentiles suos magno animi ardore diffuderint.

Cæterùm cùm Christiana res tam strenuo ac diligenti Missionario procurante maximos progressus habuit, tùm longe maximus atque uberrimus laborum fructus extitit in urbibus *Su-cheou*, *Su-Kiam*, & *Xam-hay*. In solâ quidem Provinciâ Nankinensi templa centum Deo vivo ac vero ejus studio atque

Digitized by Google

operâ consacrata, præter Oratoria seu sacella 40.

Sed florebat inprimis atque eminebat inter cæteras *Xam-hayensis* Ecclesia, cui se propriè Brancatus addixerat. Certè in eâ numerata fuisse Christianorum viginti millia testatur ipsa Dominicanorum Historia Provinciæ Philippinensis. Sic enim habet de P. Timotheo à sancto Antonino ejus ordinis. *Dum iter institutum persequitur, pervenit ad urbem Xam-hay, in quâ floret Ecclesia Christianorum planè mirabilis, atque inter cæteras Ecclesias Sinicas excellet, quippe quæ ad viginti Christianorum millia numeret in album relata.*

Neque verò tantùm Christianorum numero insignis erat illa Ecclesia, sed pietate inprimis ac fervore Neophytorum: quin etiam prodigiis, quæ subinde præpotens Dei manus ostendebat. Certè in

Digitized by Google

ejusdem Historiæ secundâ parte ad paginam 377. fusè descriptum legimus miraculum, quod in prædictâ Ecclesiâ *Xam-hayensi* anno 1662. contigisse proditur.

Summa erat in Patre Brancato non solùm doctrina, sed morum suavitas ac lenitas: iis artibus perfecerat ut ab omnibus Fidelibus & Infidelibus & amaretur valdè & plurimi fieret. Singulare verò, quo flagrabat fidei propagandæ animarumque servandarum studium, & tener quidam ac fervidus, erga sanctissimam Christi personam amor, veram ipsi pietatis non dubiæ sanctitatisque famam comparaverant.

Erat Patri Brancato arctissima cum Patribus aliquot Dominicanis amicitia necessitudoque: universos autem colebat, quibus poterat officiis, ut intelligere est ex ipsius ad R. P. Navarretam epistolâ, quâ

Digitized by Google

ſuam ad illum Apologiam dirige-
bat. Inprimis de R. P. Joanne Baptiſta
Morales quam optimè mereri ſtu-
duit, nec ſemel opem imploranti
præſtitit. Quam in rem vi-
deri poteſt quod in illâ Domini-
canorum Hiſtoriâ narratur paginâ
288. ſed illud expreſſius quod pa-
gina deinde 376. deſcribitur in hæc
verba.

Confidebat (*P. Timotheus à*
ſancto Antonino) fore ut ibi re-
periret amantiſſimum fratrem
ſuum P. Brancatum à quo hu-
maniſſimè atque expanſis, ut
aiunt, ulnis exceptus eſt, eâ be-
nevolentiæ ſignificatione, iis cha-
ritatis officiis, quibus hic potuiſſet
amantiſſimum hominem atque
ejuſdem ſecum Ordinis & fami-
liæ complecti. Lubens eum in
domum ſuam admiſit atque ha-
buit perliberaliter, tantamque
in ejus valetudine procurandâ di-

» ligentiam adhibuit, ut nullius cu-
» jusquam alterius ministerium ad-
» hiberi passus sit in his omnibus,
» quæ ad ejus morbum levandum
» pertinerent, ea per se ipse præsti-
» terit, quæ sincerus amor alteri
» præstanda non committit. Nam
» & Medici vice fungi voluit; &
» infima quæque valetudinarii mu-
» nia exequi. Denique illius ope-
» râ ac sedulitate factum est ut bre-
» vì P. Timotheus convaluerit, &c.

Interea dum eorum numerus crescceret, qui se tùm in R. P. Brancati Provinciâ, tùm etiam in aliis Sinensis Imperii partibus ad Christi legem adjungebant, contigit ut anno 1665. *Tam-quam-siem* famosus ille Christiani nominis hostis diram adversus Missionarios omnes tempestatem excitaret. Comprehensi ferè omnes Evangelici Ministri, ac primùm Pekinum, deinde Cantonem abducti, & in Patrum Societatis Jesu domum cus-

Digitized by Google

todiæ loco inclusi. Erant omninò quatuor & viginti: nimirùm Dominicani tres, R. P. Navarreta, R. P. Sarpetri & R. P. Leonardi: Franciscanus unus R. P. Antonius à S. Mariâ cum P. Brancato aliisque de Societate Jesu novemdecim.

Et quoniam spes erat aliquando ut sedato tumultu suis ecclesiis redderentur, placuit eâ opportunitate uti, quam præsens calamitas per singulare Dei beneficium offerebat, consulendi in medium, atque ea inter se mutuis congressibus agitandi, quæ ad commune Missionis Sinicæ bonum ac commodum pertinere viderentur. Cum non acquiesceret R. P. Navarreta iis, quæ inter hos congressus circa cæremonias Sinenses post Alexandri VII. Decretum constituta fuerant, has impugnare scripto aggressus est. Sed Brancatum ipsum audiamus hæc scribentem, dum R. P. Navarretæ suam Apologiam tradit;

Dum igitur in hac custodiâ
» Cantonienſi pro fide clauſi ſine
» intermiſſione ad Deum preces
» fundimus pro re Chriſtianâ &
» Miſſionis reſtauratione, ecce tibi
» improviſè prodit declamatio *
» quædam contra Politicos Sinarum
» Ritus, & contra praxim, quâ
» Societatis Miſſionarii utuntur in
» convertendis ad fidem Sinarum
» populis. Auctor declamationis
» fuit R. P. Dominicus Navarreta
» Dominicanus; ipſemet eam ob-
» tulit P. Feliciano Pacheco noſtræ
» Vice-Provinciæ Sinenſis Vice-
» Provinciali. Petebat R. P. ut
» ſuæ declamationi reſponderent
» noſtri Patres, & quia, ut aiebat,
» volebat ad noſtrum Patrem Vi-
» ſitatorem in Civitate Macaenſi
» degentem, illam mittere, inſti-
» tit ut quàm mox ſibi redderetur.

* Hæc vox *declamatio* vulgò ab Hiſpanis & Italis pro quacunque oratione ſeu diſſertatione ſumitur.

Digitized by Google

Propter hanc causam declamationis folia inter se diviserunt aliqui Patres, & per summam festinationem biduo totam transcripserunt, & auctori declamationis autographum restituerunt. Postea P. Vice-Provincialis commisit tribus Patribus ut solidis rationibus solverent argumenta contra praxim Societatis in eâ declamatione conglobata, & Missionarios ab injuriâ vindicarent.

Opus quia multis difficultatibus scatebat, & quia aliæ atquæ aliæ supervenerunt haud parvi momenti occupationes, non omissum, sed intermissum pluribus mensibus fuit. Moram hanc existimante R. P. Navarreta inde ortum habere, quasi verò à nobis negligeretur, per unum è suis sociis instare cepit, apologetica Responsio perficeretur sibique traderetur legenda.

Dum igitur in hac custodiâ
» Cantonienſi pro fide clauſi ſine
» intermiſſione ad Deum preces
» fundimus pro re Chriſtianâ &
» Miſſionis reſtauratione, ecce tibi
» improviſè prodit declamatio *
» quædam contra Politicos Sinarum
» Ritus, & contra praxim, quâ
» Societatis Miſſionarii utuntur in
» convertendis ad fidem Sinarum
» populis. Auctor declamationis
» fuit R. P. Dominicus Navarreta
» Dominicanus; ipſemet eam ob-
» tulit P. Feliciano Pacheco noſtræ
» Vice-Provinciæ Sinenſis Vice-
» Provinciali. Petebat R. P. ut
» ſuæ declamationi reſponderent
» noſtri Patres, & quia, ut aiebat,
» volebat ad noſtrum Patrem Vi-
» ſitatorem in Civitate Macaenſi
» degentem, illam mittere, inſti-
» tit ut quàm mox ſibi redderetur.

* Hæc vox *declamatio* vulgò ab Hiſpanis & Italis pro quacunque oratione ſeu diſſertatione ſumitur.

Digitized by Google

Propter hanc causam declamationis folia inter se diviserunt aliqui Patres, & per summam festinationem biduo totam transcripserunt, & auctori declamationis autographum restituerunt. Postea P. Vice-Provincialis commisit tribus Patribus ut solidis rationibus solverent argumenta contra praxim Societatis in eâ declamatione conglobata, & Missionarios ab injuriâ vindicarent.

Opus quia multis difficultatibus scatebat, & quia aliæ atquæ aliæ supervenerunt haud parvi momenti occupationes, non omissum, sed intermissum pluribus mensibus fuit. Moram hanc existimante R. P. Navarreta inde ortum habere, quasi verò à nobis negligeretur, per unum è suis sociis instare cepit, apologetica Responsio perficeretur sibique traderetur legenda.

» Tandem absolutâ ex tribus res-
» ponsionibus unâ, quæ duabus
» aliis brevior erat, cum eam tem-
» poris augustiæ non permiserint
» transcribi, adhuc scatens lituris
» oblata fuit à nostro Patre Vice-
» Provinciali R. P. Navarretę. Pu-
» tabat Pater Vice-Provincialis pro-
» priæ fisus sinceritati ac modestiæ,
» ut sicut declamatio Patris Navar-
» retæ intacta illicò reddita fuerat
» Auctori, ita etiam R. P. Navar-
» retam post lectam vel descriptam
» Apologiam nostram ultrò etiam
» eam redditurum eidem P. Vice-
» Provinciali. Sed contrarium pror-
» sus evenit. Nam Pater Navarreta
» videns omnia suæ declama-
» tionis argumenta dissolvi, &
» in Apologiâ citatas Sinensium li-
» brorum auctoritates, non solum
» illius sententiæ refragari, sed ex
» diametro contradicere, aliam
» contra nostram Apologiam vo-
» lebat cudere; sed tandem consi-

Digitized by Google

frum mutans, ut omnem illius » memoriam aboleret, noſtram » Apologiam in ignem conjecit, » & in cineres redegit. »

Ita tunc quidem Brancatus. Sed ut ex ejuſdem appendice ad calcem deinde operis adjectâ intelligitur, Apologiam non igni traditam reverâ, ſed apud Navarretam ipſum integram extare, poſteà compertum eſt. Rogatus eſt igitur eam ut redderet, atque ita rogatus ut autographum denique reſtituerit; quod ipſe factum dolet poſterioris tomi paginâ 358. n. 6. Atque expenſis rationum momentis quas Brancatus afferebat, iis acquieſcere viſus eſt; faſſus etiam ſodali ſuo R. P. Sarpetro *viam ſibi hac lectione apertam fuiſſe quam non priùs noviſſe ipſum pigeret*: Itaque ad diem 29. Septembris anni 1669. R. P. Antonio de Govea Societatis Jeſu in Sinis eo tempore Vice-Provinciali inſtrumentum authenticum in

Digitized by Google

epistolæ modum tradit, quo profitetur se in eo cultu, qui Confucio & mortuis exhibetur, Jesuitarum praxim sequi velle. Videsis quæ eâ de re P. Brancatus refert sub finem Apologiæ.

Post annos ferè duos, quam hæc gesta erant, R. P. Brancatus ex hujus vitæ miseriis ad cælestem patriam evolavit. Jam quidem Missionarios ad suas Ecclesias reverti non sine magno gestientis animi sensu viderat, verùm ipse ad Missionem *Xam-hay* regredi cogitans, vitam hanc cum meliori commutavit Cantone anno 1671. Christiani quos erudierat, optimi parentis sui corpus penes se habere expetierunt, atque illud in Urbem *Xam-hay* delatum, supremis exequiarum officiis magnificentissimè persolutis, terræ mandarunt extra portam Australem.

Unum supereſt quod de hujus Apologiæ editione dicam. Scrip-

Digitized by Google

ferat eam continuo textu R. P. Brancatus, distinctione seu partitione nullâ. Nos gratum Lectoribus fore putavimus, si & eam divideremus in partes duas & diversa quæ pertractantur argumenta, in diversos articulorum numeros distingueremus, & latinè redderemus ea, quæ ex P. Navarreta potissimùm Hispanicâ linguâ refert. Textus verò Sinicorum librorum quos citat, Sinicis characteribus summâ curâ & diligentiâ in autographo sunt exarati. Sed quia ferè nullus est in Europâ, qui linguam Sinicam calleat, neque verò sunt apud Typographos nostros characterum Sinicorum formæ, puncta aliquot subjuncta sunt his locis, in quibus author textus Sinicos Sinicè scripserat. Et quoniam sæpè in hac Apologiâ fit mentio Decreti ab Alexandro VII. approbati, juvat illud totum hîc apponere.

Digitized by Google

RESPONSA

S. Congregationis Universalis Inquisitionis à S. D. N. Alexandro VII. approbata ad quæsita Missionariorum Societatis JESU apud Sinas anno Domini 1656.

AB aliquibus in Regno Sinarum Missionariis proposita fuerunt anno 1645. Sacræ Congregationi de Propaganda fide infrascripta, & alia quamplurima Quæsita, quæ sacræ Congregationi Supremæ & Universalis Inquisitionis de mandato Sanctissimi transmissa, singula fuerunt à Theologis qualificatoribus qualificata, & uniquique suum responsum adaptatum

in hunc qui sequitur modum.

Et primò : Utrum Christiani « Chinenses sint obligati ad obser- « vantiam juris positivi quantum « ad jejunia ; confiteri semel in « anno, & communicare, festa ser- « vare eo modo, quo obligantur « Indi in Novâ Hispaniâ, in Insu- « lis Philippinarum, juxta dispo- « sitionem Papę Pauli III. pro In- « dis Occidentalibus, & Meridio- « nalibus. «

Censuerunt, jus positivum Ec- « clesiasticum de jejuniis absolutè « obligare Chinenses Christianos, « & à Missionariis hoc esse illis « enunciandum : Attentâ verò Re- « gionum, & Personarum qualitate « locum esse (si Sanctissimo pla- « cuerit) dispensationi, quæ fuit « aliàs à fœlicis recordationis Paulo « III. Indis concessa, quâ obtentâ sa- « tagant Missionarii S. M. Ecclesię « Pietatem illis patefacere, quibus « ea quę in universum indixit, «

» magnâ ex parte benigné remittit,
» & indulget.

» Censuerunt etiam prefatos
» Chinenses obligari ad Sacramen-
» talem Confessionem semel in an-
» no, & Missionarios hujusmodi
» obligationem debere eis notifi-
» care.

» Idem prorsùs censuerunt quoad
» Sacram Communionem semel in
» anno sumendam: Quo verò ad
» executionem tempore statuto,
» hoc est in Paschate, id esse in-
» telligendum, nisi legitimum adsit
» impedimentum, aut grave peri-
» culum immineat. Curandum ta-
» men ut infrà duos, vel tres men-
» ses, ante, vel post Paschati pro-
» ximos, quatenùs sine discrimine
» fieri possit, sin minùs alio quo-
» vis tempore infra decursum unius
» anni à Paschate inchoandi, om-
» ninò communicent.

» Demum censuerunt Chinenses
» ad fidem conversos teneri omni-

Digitized by Google

nò festa servare, Missionarios »
etiam teneri hoc eis notificare, »
locum tamen esse (si Sanctissi- »
mus annuat) limitandi eis. Nu- »
merum dierum festorum juxtà »
formam Privilegii à Paulo III. »
Indis concessi. »

Secundò: Utrùm in prædicto »
Regno Ministri Evangelici pro »
nunc saltem in Sacramento Bap- »
tismi possint abstinere ab impo- »
nendo mulieribus Oleum san- »
ctum Catechumenorum, sputum »
in auribus, & sal in ore. Insuper »
& non administrare eisdem mu- »
lieribus Sacramentum Extremę »
Unctionis. Et ratio dubitandi est, »
quia Chinenses magno zelo du- »
cuntur erga uxores, filias, & alias »
mulieres, & scandalum sument »
ex hujusmodi actionibus. »

Censuerunt, & Sacramentalia »
in Baptismo mulierum esse ad- »
hibenda, & Extremam Unctio- »
nem esse mulieribus conferen- »

Digitized by Google

» dam ; nec sufficere motivum in
» dubitatione expressum, ut Mis-
» sionarii (quantum in se est) ab
» his abstineant : Curandum er-
» go, ut tam salubres Ritus, &
» cęremonię introducantur, & ob-
» serventur, ac Missionarii tali cir-
» cunspectione illa administrent,
» hominesque talibus instruant do-
» cumentis, ut ab omni suspicione
» inhonestatis liberentur.

» Octavo : In prędicto Regno
» habent Chinenses quendam Ma-
» gistrum in Philosophia Morali
» litteratum, qui olim discessit à
» vitâ, vocatum *Kum fu çû*, qui
» ob Doctrinam, Regulas, & Do-
» cumenta, adeò in toto regno ac-
» ceptus est, ut tam Reges, quàm
» omnes alii cujuscumque condi-
» tionis, & gradus sint, sibi pro-
» ponant imitandum, & sequen-
» dum, saltem quoad speculati-
» vum ; & tanquam sanctum ve-
» nerantur, & laudant, in omni-

Digitized by Google

que Civitate, & villâ prefato Magistro Templa sunt erecta : Gubernatores verò bis in anno tenentur in ejus Templo solemne sacrificium offerre, Sacerdotis ipsimet gerentes officium, & sine solemnitate in anni decursu bis in mense, concurruntque cum illo aliqui ex Litteratis pro administratione eorum, quę in tali sacrificio offerunt, quę quidem sunt; sus unus integer mortuus, capra una integra, candelę, vinum, flores, odores, &c.

Item omnes Litterati quando accipiunt gradum, debent ingredi Templum istius Magistri, & facere genuflexiones, & offerre ante ejus altare ex candelis, & odoribus. Totus iste cultus, sacrificium, & reverentia, secundum omnium illarum Gentium formalem intentionem dirigitur in gratiarum actionem pro bonę ipsius relictis Doctrinę documen-

Digitized by Google

„ tis, atque ut ab eo impetrent
„ ex ipsius meritis, optimi ingenii
„ felicitatem, sapientię & intel-
„ lectus : Quęritur utrum Guber-
„ natores qui Christiani sunt, vel
„ fuerint, & Litterati ; vocati, &
„ coacti possint ingredi prędictum
„ templum, facere tale sacrificium,
„ vel assistere hujusmodi sacrificio,
„ vel facere genuflexiones ante al-
„ tare illud, vel accipere aliquid
„ de Idolothytis, & oblationibus
„ illis, maximè quia putant illi In-
„ fideles, quod quicumque man-
„ ducaverit ex talibus Idolothytis,
„ habebit progressum magnum in
„ suis litteris, & gradibus ; & si
„ portantes Crucem in manibus
„ possint licitè hoc facere, eo mo-
„ do, quo in dubitatione superiori
„ dictum est, quia si hoc illis pro-
„ hibetur, erit tumultus in popu-
„ lo, Ministri Evangelii in exilium
„ mittentur, & conversio anima-
„ rum impedietur, & extinguetur.

Digitized by Google

Cenſuerunt non licere, nec « poſſe aliquo prętextu contenta « in dubio Chriſtianis permitti. «

Nono: Inviolabilis obſervan- « tię mos eſt apud Chinenſes tan- « quam doctrina à ſupradicto Ma- « giſtro *Kum fu çû* tradita, quod « in omnibus Chinę populis, tem- « pla conſtructa habeant avis, & « progenitoribus ſuis defunctis di- « cata, & in unoquoque eorum « omnes qui ejuſmodi familię ſunt, « bis in anno congregantur, ut « prędictis ſuis progenitoribus ſo- « lemnia ſacrificia faciant magno « cęremoniarum apparatu, & in « altari multis candelis, floribus « & odoribus adornato, imaginem, « ſive effigiem parentis, vel avi « defuncti collocant, in quo ſacri- « ficio invenitur, & qui facit Sa- « cerdotis officium, & Miniſtri « illius; offeruntque carnes, vi- « num, candelas, odoramenta, ca- « pita caprarum, &c. Hoc autem «

Digitized by Google

„ ſacrificium ex communi illarum
„ gentium intentione dirigitur, ut
„ prefatis eorum progenitoribus
„ gratias reddant, honorem, & re-
„ verentiam exhibeant, ob bene-
„ ficia ab eis accepta, & ob illa,
„ quę ab eis accipere ſperant: Un-
„ de ante altare proſtrati deprecа-
„ tiones multas faciunt poſtulantes
„ ſanitatem, longam vitam, abun-
„ dantiam fructuum, filiorum mul-
„ tiplicationem, proſperitatem ma-
„ gnam, & ut ab omnibus adver-
„ ſitatibus liberentur: Quod qui-
„ dem ſacrificium in domibus ſuis,
„ & in ſepulchro mortuorum etiam
„ fit, minore tamen ſolemnitate.
„ Quęritur utrum Chriſtiani fic-
„ tè, & exteriùs tantum, ut ſu-
„ pradictum eſt, poſſint aſſiſtere
„ hujuſmodi ſacrificio, vel exer-
„ cere aliquod Miniſterium in il-
„ lo, cum Infidelibus commixti,
„ ſive in Templo, ſive in domo,
„ vel ſepulchro, publice, vel pri-
vatim,

Digitized by Google

Circa festa, Confessionem, & Communionem, dubitandi ratio est, quia maxima Christianorum pars laborare debet, ut victum lucretur, & sæpè coguntur Christiani ab Infidelibus Præfectis, festis diebus subire varios labores. Ipsi Præfecti Christiani tribunalia frequentare debent etiam diebus, qui apud nos festi sunt, sub pœnâ privationis officii.

Missionarii sunt pauci numero, Regnum est vastissimum; ideò quam plures Christiani Missam audire diebus festis, confiteri semel in anno, & communicari non possunt.

Sacra Congregatio juxta ea, quæ superiùs proposita sunt, censuit: Jus positivum Ecclesiasticum quoad jejunia, observationem festorum, Sacramentalem Confessionem, & Communionem, semel in anno, esse à Mis-

sionariis Sinensibus Christianis notificandum, ut obligatiorium sub peccato mortali, posse tamen simul explicare causas, propter quas excusantur fideles ab observatione præceptorum; si sanctissimo placuerit, posse concedi Missionariis facultatem dispensandi in casibus particularibus tantùm, eorum arbitrio.

Secundò quæritur: utrum omnia Sacramentalia in Baptismate fœminarum adultarum adhibenda sint: Quæritur iterùm: Utrùm sufficiat fœminis petentibus tantum Extremæ-Unctionis sacramentum conferre.

Quæritur iterùm: Nunc etiam petentibus negandum, cum incommoda, & pericula Christianitatis totius prudenter futura prævidentur.

Ratio dubitandi est, incredibilis apud Sinas fœminarum modestia, zelus, & laudabilis eo-

Digitized by Google

vatim, vel quonam modo hoc « poterit permitti Christianis « illis, ne, si omninò prohi- « beantur hoc facere, fidem per- « dant, vel, ut meliùs dicam, « avertant se ab actionibus ex- « terioribus Christianorum. «

Censuerunt Christianis Chi- « nensibus nullatenùs licere fi- « ctè, vel exteriùs assistere sa- « crificiis in honorem progeni- « torum, neque eorum deprecа- « tionibus, aut quibuscumque « ritibus superstitiosis Genti- « lium erga ipsos, multò mi- « nùs licere circa præfata, mi- « nisterium aliquod exercere. «

Cæterùm cùm Missionarii Societatis JESU in prædicto Regno, tunc temporis auditi non fuerint, anno elapso 1655. eidem Sacræ Congregationi de Propagandâ fide prædicta quatuor quæsita proposuere, cum eâ facti diversitate, quæ unicui-

que quæsito est apposita, &c. Res ad eandem Sacram Congregationem supremæ, & universalis Inquisitionis jubente sanctissimo Domino nostro remissa. Eadem Sacra Congregatio auditis qualificatorum votis in sequentem sententiam respondit.

Primo quæritur: Utrum Missionarii novis Christianis quamprimum baptizantur, debeant intimare jus positivum tanquam obligatorium sub peccato mortali, quantum ad jejunia, festa servare, & confiteri semel in anno, ac communicare.

Dubitandi ratio circa Jejunium est, quia Sinæ inde ab infantiâ ter comedere consueverunt, ad quod levitas cibi cogit. Præfecti verò jejunii Tribunalia adire deberent, quæ frequentant ab octavâ matutinâ ad secundam postmeridianam, quod illis esset omninò impossibile.

rum ab omni virorum, non solùm congressu, sed & aspectu fugavi quâ in re, nisi magna adhibeatur à Missionariis cautela, scandalum ingens Sinis datur, totaque Christianitas evidentissimo periculo posset exponi.

Sacra Congregatio juxta ea, quæ superiùs proposita sunt censuit: Ex gravi necessitate proportionatâ posse omitti quædam Sacramentalia in Baptismate fœminarum, ac etiam posse omitti ipsum sacramentum Extremæ-Unctionis.

Tertiò quæritur: Num accipiendorum graduum cœremoniam, quæ fit in Aula Confucii, Christiani Litterati licitè agere valeant. Nam nullus intervenit sacrificulus, vel ex Idololatricâ sectâ Ministellus, nihil omninò fit ab Idololatris institutum, sed soli studiosi, & Philosophi conveniunt, Confucium tan-

quam Magistrum suum agnoscentes, civilibus, ac Politicis Ritibus ex suâ primâ institutione ad merum cultum civilem institutis.

Omnes enim graduandi simul Aulam Confucii ingrediuntur, in quâ eos expectant Cancellarii, Doctores, ac Examinatores, ibi simul omnes ante nomen Philosophi nihil omninò offerendo illas faciunt cœremonias, & inclinationes more Sinico, quas omnes Discipuli faciunt suis Magistris vivis, atque ità cognito Philosopho Confucio pro Magistro, gradus accipiunt à Cancellariis, ac discedunt. Prætereà Aula illa Confucii Gymnàsium est, & non Templum propriè dictum, nam clausa omnibus est præterquam studiosis.

Sacra Congregatio juxta ea, quæ superiùs proposita sunt, censuit permittendas Sinensibus

Digitized by Google

Christianis prænominatas cæremonias; quia videtur cultus esse merè civilis, & Politicus.

Quartò quæritur: Num cæremoniæ, quæ sunt ex Philosophorum placitis circa defunctos, Christianis permitti possint, prohibendo quidquid superstitiosum accessit.

Quæritur iterùm: Num Christiani simul cum Infidelibus consanguineis easdem licitas cæremonias facere possint.

Quæritur iterùm: Num adesse possint Christiani, præcipuè factâ fidei protestatione, quando Infideles etiam superstitiosa peragunt, non cooperando, aut auctorisando, sed quia valdè notaretur, si consanguinei tunc abessent, & essent inimicitiæ causa, ac odii. Sinæ nullam divinitatem animabus defunctorum concedunt, nihil ab illis sperant, aut petunt.

Digitized by Google

Triplex est modus, quibus defunctos suos honorant. Primus est: Cum aliquis moritur, sive Christianus sit, sive Gentilis, pro inviolabili more habetur in domo defuncti quoddam Altare præparare, in eodemque Imaginem defuncti, seu Tabellam collocare, in quâ ejus nomen scriptum est, cum omnis odorum, florum, & Candelarum, retroque cadaver pheretro inclusum ponere. Omnes autem qui ad condolendum domos illas ingrediuntur coram præparatâ tabulâ, & defuncti imagine ter, vel quater genuflectunt, humi sese prosternentes capitibus usque ad terram demissis, aliquas secum candelas asportantes, & odoramenta, ut in præparato illo Altari, seu potius tabulâ coram defuncti imagine consumantur, & comburantur.

Secundus modus est, qui fit

Sacra Congregatio juxta ea, quæ superius proposita sunt censuit posse tolerari Sinas convertos adhibere dictas cæremonias erga suos defunctos etiam cum superstitiosis. Posse etiam assistere ritui cum Gentilibus quando aguntur superstitiosa, præsertim facta fidei protestatione, & cessante periculo subversionis, & quando aliter odia & inimicitiæ evitari non possint.

Feria V. die 23. Martii 1656.

In Congregatione Generali sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud sanctum Petrum coram sanctissimo D. N. D. Alexandro divina providentia Papa VII. ac Eminentissimis & Reverendissimis DD. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in tota Republica Christiana ad-

Digitized by Google

versus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta sede Apostolica specialiter deputatis.

Facta relatione supra scriptorum Quæsitorum, una cum responsis, & resolutionibus sacræ Congregationis, sanctissimus D. N. Alexander Papa VII. prædictus præfata responsa, & resolutiones approbavit.

JOANNES LUPUS S. ROMANÆ, & universalis Inquisitionis Not. &c.

Loco † Sigilli.

Digitized by Google

bis in anno, in avorum, & progenitorum ſuorum aulis, ita Sinæ vocant, & non templa, hoc enim *Tſu tang* ſonat, quæ verè familiarum memoriæ, vel monumenta ſunt, has ſoli habent Magnates, aut ditiores conſanguinitates, in eis nullus ſepelitur mortuus, ſed in montibus. Sola ergo intus nobilioris proavi imago, deinde ſupra gradus alios aliis altiores diſpoſitæ ſunt tabellæ ad palmi altitudinem in quibus omnium in illâ familiâ defunctorum nomina, qualitas, ſexus, ac ætas inſcripta ſunt, dieſque mortis etiam infantium, & puellarum. In hac ergo Aula bis in anno conſanguinei omnes conveniunt, ex quibus ditiores offerunt carnes, vinum, candelas, odoramenta; pauperiores autem qui has Aulas habere non poſſunt, defunctorum ſuorum tabellas domi ſervant, vel in lo-

versus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta sede Apostolica specialiter deputatis.

Facta relatione supra scriptorum Quæsitorum, una cum responsis, & resolutionibus sacræ Congregationis, sanctissimus D. N. Alexander Papa VII. prædictus præfata responsa, & resolutiones approbavit.

JOANNES LUPUS S. ROMANÆ, & universalis Inquisitionis Not. &c.

Loco † Sigilli.

Digitized by Google

bis in anno, in avorum, & progenitorum suorum aulis, ita Sinæ vocant, & non templa, hoc enim *Tsu tang* sonat, quæ verè familiarum memoriæ, vel monumenta sunt, has soli habent Magnates, aut ditiores consanguinitates, in eis nullus sepelitur mortuus, sed in montibus. Sola ergo intus nobilioris proavi imago, deinde supra gradus alios aliis altiores dispositæ sunt tabellæ ad palmi altitudinem in quibus omnium in illâ familiâ defunctorum nomina, qualitas, sexus, ac ætas inscripta sunt, dieſque mortis etiam infantium, & puellarum. In hac ergo Aula bis in anno consanguinei omnes conveniunt, ex quibus ditiores offerunt carnes, vinum, candelas, odoramenta; pauperiores autem qui has Aulas habere non possunt, defunctorum suorum tabellas domi servant, vel in lo-

eo particulari, vel etiam suprà Altare, ubi sanctorum Imagines, qui ob loci, ac domus parvitatem alium locum non habent; quas tamen nec venerantur, nec illis offerunt quidquam, sed ex defectu alterius loci ibi sunt: cæremoniæ enim illæ supradictæ à Sinis non fiunt, nisi in Aula defunctorum, quam si non habent, etiam cæremonias omittunt.

Tertius modus est, qui fit ad mortuorum sepulchra, quæ omnia in montibus sunt extrà mœnia juxta Regni leges. Ad hæc filii, aut affines accedunt semel saltem in anno circa initium Maii; Herbas, ac gramina circa sepulturas nata eradicant, purgant, plorant, deinde ejulantur, genuflexiones, ut in primo modo dictum est, faciunt, cibos coctos, vinumque disponunt: Mox finitis lacrymis edunt, ac bibunt.

Digitized by Google

MONITUM AUTHORIS AD LECTOREM.

CUm ea, quæ in Apologeticâ Reſponſione dicuntur, ad ritus & mores pertineant diverſos valde ab Europæorum hominum inſtitutis, Lectorem rogo, ut quando incidit in locum vel propoſitionem aliquam, quæ minus clara videtur, diutius aliquantò in eâ expendendâ immoretur, & ad claram rei intelligentiam ſine difficultate perveniet.

Sinicorum Librorum textus, quibus hæc Apologia reſperſa eſt, ad verbum traducere curavi. Verùm cum Sinica phraſis non admodum correſpondeat noſtræ, forma loquendi videtur aſpera, ſed ſinceritas traducendi de verbo ad verbum Sinicam ſententiam, coëgit ut illam formam eligerem, atque adeò verbum verbo, non autem ſenſum ſenſui aptarem. Rogo etiam ut Sinenſium cæremonias perlegens piam quandam velit affectionem adhibere, tanquam qui cupiat Sinenſium animas in Chriſto generare.

Digitized by Google

EXTRAIT DU PRIVILEGE du Roy.

PAr grace & Privilege du Roy, donné à Verſailles le 12. Avril 1700. ſigné NOBLET, & ſcellé : Il eſt permis à Nicolas Pepie Marchand Libraire, d'imprimer, faire imprimer, vendre & debiter un Livre intitulé, *Anciens Memoires ſur les Ceremonies de la Chine*, ſeu de Sinenſium Ritibus politicis acta, *contenant pluſieurs Traitez & Pieces tant latines que françoiſes, dont la pluſpart ont eſté cy-devant imprimées* : & ce pendant le temps & eſpace de ſix années conſecutives. Avec défenſes à tous Imprimeurs & Libraires & autres, d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter ledit Livre ſous quelque pretexte que ce ſoit, aux peines & ainſi qu'il eſt plus amplement porté par leſdites Lettres de Privilege.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, le 15. May 1700.

Signé, C. BALLARD, Syndic.

Digitized by Google

ERRATA
PRIMÆ PARTIS.

Pag. 2. tranſcendatalia	*Lege* tranſcendentalia
3. Propangada	propagandâ
ibid Logobardo	Longobardo
10. abbo papyro	albæ papyræ
17. Kiatinentem	Kiatinenſem
21. intereſt eſſet	intereſt an eſſet
33. experentia	expærientia
34. à S Antonio	à S. Antonino
35. ſuprà ſupradicto	ſupradicto
36. conſequi ac	conſequi. Hac
51. ad Patrum	ad Patrem
59. celevarit	celaverit
66. deſcurſu	decurſu
67. mutaſſent	muſſarent
98 las vexes ; loqual &	las reſes , loquales
130. perveniat	proveniat
138. concentus quales	concentus adhiberi, quales
144. potus	potui
ibid. ciatt	citat
146. itaque ibi	atque ibi
154. celebrant	celebrarent
157. per o bem	per urbem
161. ex familiâ *lin*	agnomine lin
162. dis aſſiel	dize aſſi : El
ibid. lin contra	Lin. Lin contra

ERRATA
SECUNDÆ PARTIS.

Pag. 3. quæſitum eſt & habentur	*Lege*. quæſitum ſecundum habetur

Digitized by Google

20. adm odum	ad modum
42. adordiatur	adoriatur
64. avolavit	advolavit
71. in ea qua	in ea que
80. obſtinet	obtinet
81. homini currum	hominis currum
87. autumaare	autumare
ibid. lhei	lh ei
96. patebat	patelit
112. cremebatis	cremabatis
164. exhiberetur	exhibetur
185. R. Patres	P. Patris
208. ineſſe	ineſſet
241. intrà	infrà
244. lumen colant	numen colant
ibid. ſpirituum habet	ſpiritum habet
259. eculins	excultus
264. dat	dabat
277. haud leve	haud levi
280. coëcendam	coercendam
284. ſæpiſſimis	frequentiſſimis enim
288. imnimè	minimè
306. *quod prodeſt, &c.*	*quid prodeſt, &c.*
312. obediemiam	obedientia

Digitized by Google

RESPONSIO APOLOGETICA

R. P. FRANCISCI BRANCATI,

SOCIETATIS JESU,

Apud Sinas per annos 34. Missionarii.

DE SINENSIUM RITIBUS POLITICIS.

Ad R. P. DOMINICUM NAVARRETE Ordinis Prædicatorum.

PARS PRIMA.

ARTICULUS I.

Hujus Apologiæ occasio.

ACTUM pluries iterùm ago, ex Superiorum obedientia, nec subtraho me labori, iterùm atque iterùm hanc Apologiam describendi, propter emolumentum quod spero futurum, dum veritas suum explicat fulgorem, & complanat iter ad cæleste regnum Sinensibus popu-

Digitized by Google

lis, qui gestiunt collum subdere suavi Christi jugo. Ego quamvis in hac Missione inter Sinas versatus sim 34. annos, & multa ex librorum lectione & Sinensium consortio pro mea tenuitate didicerim ex his, quæ ad illorum rituum culturam pertinent; tamen in hac Apologetica Responsione, absit ut ego discedam à vestigiis majorum meorum antiquorum Patrum, nec ab iis toties contra adversarios enuntiatas rationes, iterùm repetere gravabor: nam cum verum & unum sint transcendatalia prædicata, ut Logici loquuntur, & ad invicem convertantur, veritas unitatem amat; atque adeo Responsio nostra eadem & una erit cum his, quæ superioribus annis, primores Patres de præsentibus Controversiis responderunt, felicem illum cæcum imitantes, qui ab ipsâ veritate illuminatus, percontantibus eandem semper adhibuerit responsionem. *Lutum fecit & unxit oculos meos.*

Quoniam verò R. P. Navarrete, dum texit declamationem contra Sinicos ritus, eam etiam praxim validè convellit, quam sequuntur Societatis Missionarii, quin & totam nostram Missionem apertè carpit; dicens P. Martinum Martini non sinceram tradidisse

Digitized by Google

Sacræ Congregationi de Propangadâ fide, de Sinicis Ritibus informationem : nam cum P. Martinus Martini Sinicæ noſtræ Miſſionis Procuratorem ageret apud Apoſtolicam Sedem, & quidem his inſtructus Sinenſium rituum notitiis, quas reliqui Miſſionis Patres illi ſcriptas tradiderunt, dum unus carpitur Martinus, in eo tota etiam miſſio verberatur. Propterea, ut ab hac immeritò illatâ nobis injuriâ nos defendamus, oportet harum quæſtionum primordia altiùs aliquantò primùm evolvere, ut paulatim, & Sinenſium rituum veritas, & Miſſionariorum noſtrorum ſinceritas omnibus innoteſcat.

Sciendum igitur eſt (ſicuti in proœmio hujus Apologiæ tactum fuit) dubia iſta de Sinenſium ritibus eſſe valdè per-antiqua & à noſtris Miſſionariis, antequam Ordinis Prædicatorum Religioſi in hanc miſſionem pedem intuliſſent, diu exagitata & ventilata fuiſſe, & denique diſputationibus impoſito fine, conſtitutum, quid ſequendum, quid Neophytos docendum. Et quamvis P. Nicolaus Logobardo noſtræ Societatis mordicùs cum alio patre diu defendit ſententiam contrariam, poſteà tamen cum eſſet vir pacificus &

signi præditus humilitate, sua relicta opinione, communem Patrum sententiam est secutus.

Anno verò 1634. sicut narrat Historia Provinciæ Manilanæ S. Rosarii Prædicatorum, denuò dubia hæc excitarunt aliqui ejusdem Ordinis Religiosi, in Provincia *Fokien*, quia observarunt Neophytos aliquos *non sine superstitionis notâ* (ut ipsi aiebant) se gerere in aliquibus cæremoniis perficiendis, erga Cumfucium & defunctos proavos. Consuluerunt hi Religiosi nostros Patres, & coram, & hinc inde mutuis Epistolis missis; & certiores redditi de Societatis praxi, circa hos ritus, scripserunt in eadem Historiâ patres Societatis in regno Sinarum nec superstitiones docere, nec Sinis Neophytis superstitiones permittere. Et tamen his non-obstantibus, & sparsum in vulgus & typis excusum, mandatumque fuit Patres Societatis, inter Sinas commorantes, non solùm superstitiones permittere, sed etiam Christianos Sinenses eas docere. Quomodo verò ista cohæreant, permittere & non permittere, docere & non docere; videant hæc Logicæ studiosi: nam cum contradictoriè opponantur,

Digitized by Google

ſi unî termino ineſt veritas, alteri falſitatem ineſſe oportet.

Propterea dicendum eſt Patres Provinciæ Roſarii negando, veram enuntiaſſe propoſitionem, alteros verò affirmando, falſam pronunciaſſe, atque adeo illos veraces, hos mendaces fuiſſe nulli dubium eſſe poteſt: à quo autem ſpiritu hi ducti fuerint ad hoc affirmandum, & ad tam gravi calumnia affiendū Societatis Miſſionarios, non erit difficile invenire, * cum mendaces ducem habeant mendaciorum patrem: ſed hi ſocium etiam habent quemdam, qui dum ſtudet Societatis Miſſionariorum praxim & doctrinam convellere, pro fundamento ſibi aſſumpſit falſitatis non ens (ita P. Joannes Philippus de Marini) * nam dicit hic auctor, *Joſephus Acoſta vir valdè eruditus & expertus cum apud Sinas multis fuerit annis commoratus &c.*

Cum tamen P. Joſephus Acoſta numquam Sinicum viderit Regnum, ſed apud Indos Occidentales ætatem omnem penè conſumpſerit, Indum mendacem non erubeſcere, non eſt mi-

* *Th. Hurtado l. reſol. mor. tr. ult.*

* *Methodus Doctr. Societ. apud ſinas, in Proem ad lect.*

rum, sed mirum admodum est Europæum hominem mendacium dixisse convictum, posse vultum sine rubore præferre. Præter quam quod communis est animadversio, quod, ubi verecundia deest, vecordes præcipites ruunt in omne quodcumque, nullo habito rerum delectu.

Hujus autem assertionis testimonium ab ipsomet auctore petemus, qui quando scripsit illud, non atramento sed felle calamum tinxit; audet namque, nec sine magnæ temeritatis notâ, affirmare nostros Missionarios qui inter Sinas versantur pudere Christum Crucifixum prædicare. Sic enim ait, *Quod ergo hæretici reipsa faciebant, negantes Christum Crucifixum, hoc Missionarii illi in ordine ad prædicandum, dum illos pudet Christum passum & Crucifixum prædicare*, usque huc P. Joannes Philippus de Marini, ex Italico idiomate traductus. Nos verò huic auctori, & similibus, quid aliud respondere possumus: nisi id, quod dicit S. Ambrosius;* *silentio respondeas: si enim respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem invenit: si taceas, dicetur, ille convitiatus est huic,*

* *L. 1. Offi. ch. 5.*

Digitized by Google

contempſit iſte : ſi referas contumeliam, dicetur, ambo convitiati ſunt, nemo abſolvetur.

Nihilominus tamen poſſumus huic auctori dare ludi magiſtrum perfidum illum *Yâm quàm ſien*, qui fuit Chriſtianæ legis impugnator acerrimus, & illius Prædicatorum accuſator iniquus. Hic enim Patrem noſtrum Joannem Adamum Schaal accuſans cum reliquis patribus qui in aulâ Pechinenſi degebant, inter reliqua accuſationis capita, potiſſimum fuit hoc, quia Joannes Adamus cum ſociis, maleficum hominem, propter innumera ſcelera à ſuis contribulibus crucifixum, Deum eſſe dicebant, & Sinenſes populos decipiebant, illos hortantes ut Crucifixum hunc tanquam Deum venerarentur; & libello, quem edidit contra divinam legem inſeruit Chriſti Domini Crucifixi ſacram imaginem, quam ſumpſit ex libro de vita Chriſti à P. Joanne Adamo ante plures annos Sinicis caracteribus edito, in ſignum & teſtimonium quod hominem crucifixum tanquam Deum prædicarent. Hic idem perſecutor anno quarto poſt excitatam perſecutionem contra fidem noſtram, qui fuit annus 1668. cum Tartarorum,

Digitized by Google

idemque Sinarum rex, iterùm vellet nostrorum operâ uti in correctione Sinici Calendarii, coram ipsomet rege exclamare cœpit, *nullo pacto expedire, nec decens esse, iis hominibus curam Calendarii committere, qui maleficum hominem, & propter scelera crucifixum à populis, adorandum tanquam Deum prædicarent.* Simulque, ut melius rex intelligeret, expansis hinc inde brachiis, figuram expressit crucifixi hominis.

Ex quibus bene colligere possumus quam proficuum fuisset huic auctori, si in scholâ hujus perfidi hominis paululùm immoratus fuisset; nam perspicuè novisset patres Societatis Christum Dominum & hunc Crucifixum, omni studio populis prædicare, sicque veritatem edoctus, didiscisset cum omnibus suis sociis non mentiri.

Videbantur sufficere ad dubia sedanda ea quæ patres Manilani Provinciæ S. Rosarii scripserunt, sed tamen non est Religiosis ejusdem Ordinis postmodùm in hanc Missionem venientibus satisfactum: igitur denuò patribus nostris scripserunt, & à patribus nostris responsa acceperunt, non semel, aut bis, ut constat ex Epistolis hinc

Digitized by Google

indè mutuò missis, quarum exemplaria apud nos asservantur. Nec tamen R. Patres satisfactum sibi fuisse judicarunt.

Tandem anno 1637. R. Pater Joannes Baptista Morales ejusdem Ordinis omnem lapidem movit contra Cumfucianas defunctorumque cæremonias, & consequenter contra Societatis nostræ praxim, quâ utuntur nostri in Neophytorum institutione; quomodo scilicet in his cæremoniis se gerere debeant, illos vel ab omni superstitionis umbrâ remotos esse volentes: & quamvis R. Patri à nostris fuerit responsum, incassùm tamen. Composuerunt deinde P. Anthonius Rubinus, & P. Jacobus Morales justum volumen, in quo doctissimis argumentis dubitationes solvunt contra supra dictas cæremonias excitatas & Missionarios nostros ab illatis defendunt calumniis, ostendentes quàm sincerè, & sine ulla superstitionis admissione, sanam Catholicamque Doctrinam Sinas ad fidem conversos doceant nostri. Fateor vel quamvis tenacem propriæ sententiæ hominem, his rationibus in eo adductis, posse commoveri; sed tamen non solum motionem hanc non potuerunt efficere,

sed etiam à R. Patribus fuit assertum, volumen illud majores in suis animis dubitationes commoviſſe; nec mirum, quando enim quis mordicùs alicui ſententiæ adhæſit, rationes, quæ contra illam adducuntur, ſunt veluti caracteres, qui ſupra alios caracteres exarantur, ex quo oritur confuſio & obſcuritas. Propterea Doctor expendens contrariæ opinionis rationes, animum adhibere debet albo papyro ſimilem, non autem atris caracteribus perlitum.

Itaque R. P. Joannes Baptiſta Romanam Curiam petiit, Sacram Congregationem juxta ea quæ animo volutabat, informavit, ſententiam quam optabat obtinuit, ſed inauditâ parte. Propterea ſacri Purpurati Collegii quidam P. Martino Martini dixit (*veramente noi fummo troppo frettoloſi in dare quella ſentenza*) id eſt, reverâ præcipites aliquomodo in eâ ferendâ ſententiâ fuimus. Propterea in alio decreto præmiſſa fuit illa clauſula, *quia tamen Patres Societatis non fuerunt auditi.* Auditis igitur patrum Societatis rationibus, aliud tulerunt Decretum quod nobis attulit P. Martinus Martini : ſed neque huic Decreto R. Patres Or-

Digitized by Google

dinis Prædicatorum acquiescere voluerunt. Quis igitur finis, Reverende Pater, dubitandi, argumentandi, respondendi aliquando erit? Cum nullæ rationes, Patrumque auctoritates vestris Paternitatibus satisfacere possint?

Miserunt iterùm R. Patres novum Procuratorem Romam, R. P. Joannem Polancum; & R. P. Antonius à S. Maria ex familia sancti Francisci socium unicum item contra Societatis Missionarios in eandem Curiam misit R. P. Bonaventuram Ybannes. Nec dubito quin hi pro viribus propriam agent causam: sed puto etiam Sacram Congregationem illis responsuram fore, *Patres Societatis iterùm audiendi sunt; nec illorum causa, favente Deo, cadet.*

His ita præmissis, videbatur potuisse R. P. Dominicus Navarrete quiescere, & Romanam resolutionem super has Controversias expectare; noluit tamen, sed prolixâ declamatione adversùs Sinicos ritus, & Societatis praxim, ac si modo harum quæstionum incideret examen, provocat Missionarios Societatis ad respondendum; quo autem fine id faciat, nescio? Nam si R. Patres ob datas à nobis responsiones, no-

bis consenserint, Romæ verò aliud fuerit definitum, an R. Patres relicto Romano Decreto persistent in sententia Societatis? Certè puto quod non. Præterea cum nullis Patrum nostrorum antecessorum sententiis acquieverint, quomodo assensum præbituri sunt nostris hisce responsionibus? Quod si vestra Paternitas provocat nos, ut nostras intelligat fundamentales rationes, easque impugnando refellat, nec enim aliud remanet provocandi fundamentum, promptissimi rationes nostras offerimus, non novas, sed per-antiquas illas quas vestræ Paternitates sæpius impugnarunt, sed numquam expugnare potuerunt: nam veritas, quam defendimus, purissimi auri naturam referens, quo magis teritur, eo magis fulgorem explicat suum. Et quia vestræ Paternitatis Doctrina plurimi est facienda, in hac meâ Apologeticâ responsione non solùm assertiones & argumenta, sed aliquando singula etiam verba vestræ Paternitatis expendere oportet; atque adeò ad hominem, ut loquimur in scholis, respondere conabor.

Interim etiam lectorem admonitum esse velim, Sinicos caracteres diversum habere tonum, item etiam significatio-

Digitized by Google

nem diversam, id est, caracter unus idem numero, plures sortitur appellationes, plures accentus, & plures significationes; atque adeo non sunt explicandi Sinensium librorum textus secundum unam vel alteram significationem, sed secundum illam, quæ congruit antecedentibus & consequentibus. Dicit igitur Sinicum Dictionarium *Cú Guói. Characteres habent multiplicem tonum, & multiplicem significationem; qui verò ejusdem sunt generis solummodo tonum unum*, pronuntiationis scilicet, *habent & unam significationem.*

Et ut demus hujus rei aliquod exemplum. v. g. littera hæc * dicitur *cáo*, item *co*, item *Ke*, item *Kio*, item *Kie*, item *Keu*, item *So*, & secundum has diversas appellationes, diversas etiam habet significationes, ut quilibet observare potest in dictionario, *Cú Guói*. Ego tamen unam tantummodo diversam significationem apponam, nam quando hæc littera dicitur *Cao*, significat, *admonere, certiorem facere*; quando verò dicitur *Co*, significat *oblationes offerre*: propterea in libro *Lûn Yû* sic habetur. *Discipulus quidam Cumfucii, qui appellabatur Cu cùm, volebat auferre care-*

* *In Autographo codice littera Sinenses delineantur.*

Digitized by Google

moniam quandam, per quam singulorum mensium primâ die offerebatur oblatio in aulis defunctorum parentum unius ovis, quia causa propter quam illa oblatio perficiebatur, jam cessaverat, atque adeo ablatâ causâ, volebat etiam effectum removere. Hunc textum explicans Commentator dicit hanc literam pronuntiandam esse *Co*, non *Cáo*, sic enim habet. *Quæ duæ literæ cú, & to, efficiunt unitæ pronuntiationem co.*

Advertendum etiam sententias & auctoritates, quas ego in discursu hujus Apologiæ refero, decerptas esse ex illo libro *Likí*, qui dividitur in decem Capitula, & quodlibet Capitulum unico libro continetur, atque adeo corpus totum *Likí* continet decem libellos.

Igitur R. P. Dominicus Navarrete, sic auspicatur declamationem in Cumfucium & contra praxim, quâ utitur Societas in his Cumfucianis cæremoniis dirigendis, eamque offert nostro P. Vice Provinciali Feliciano Pacheco.

» 1. §. Mui R. P. Vice-Provincial » Porque quando se propuso el ultimo » punto, dixe, que tenia raçones de » dudar à-cerca de las quales entonces, » como me cogio derepente nó se me » offrecieron, lo quiero haçer agora en

Digitized by Google

este Papel : paraque vistas y ponderadas se resuelva lo que pareciere mas convenir &c.

Reverende Pater vice-Provincialis. Quia quando propositum fuit ultimum punctum, dixi me habere rationes dubitandi circa quas tunc, ut pote derepentè deprehensus, non potui multa loqui. Faciam nunc in hoc scripto, ut perpensis & ponderatis rationibus resolvatur quod melius apparet.

Ut benè intelligatur id quod R. P. proponit, sciendum Patres nostros in hoc Cantonienſi exilio, unius mensis spatio, singulis diebus per unam vel alteram horam simul convenisse, & de rebus ad bonum Missionis progressum, & Neophytorum spiritualem profectum pertinentibus egisse, atque singulorum Patrum expensis sententiis, id perficiendum & executioni mandandum statutum fuit, quod major pars sequeretur. Huic nostro conventui rogavimus R. Patres Dominicanos tres & sancti Francisci unum, ut pro sua erga nostros Charitate dignarentur interesse. Absolutis tandem examinibus & omnibus discussis, quæ singuli Patres proposuerant, petiit P. Vice-Pro-

vincialis num aliquis inter Patres adesset, qui dubium aliquod proponere vellet? Proposuit tunc unus * è R. Patribus Dominicanis, rogavitque ut discuteretur punctum hoc, *Utrum Cumfucius esset idolum*, subjiciens aliquas dubitandi rationes: atque hoc est ultimum punctum quod in illo Patrum cœtu propositum fuit, & de quo loquitur R. P. Navarrete; qui tamen non expectatis Patrum sententiis, cum esset superior duorum illorum Religiosorum qui cœtui intererant, Religiosum illum, qui dubium proposuit, acriter reprehendit, quod cum dubia illa essent non cujusque particularis Religiosi propria dubia, sed totius Ordinis dubia, se inscio, non debuisset illa in eo Conventu proponere. Tacuit bonus ille Religiosus, sed Patres nostri non sine aliquo sensu reprehendentem audire potuerunt, intelligentes illum non solùm à nobis in his ritibus Cumfucianis, valdè alienum esse, sed etiam nobis totum Dominicanorum Ordinem opponere velle.

Et quamvis P. Navarrete dicat se imparatum venisse (*me cogio derepente*)

* *R. P. Dominicus Sarpetri alias de Sancto Petro.*

Digitized by Google

tamen luculentam coram omnibus declamationem habuit contra Cumfucianas cæremonias, quam quasi de verbo ad verbum sumpsit ex Historiâ Provinciæ Rosarii Manilæ impressâ; deinde invectus est contra Decreta à P. Martino allata, ut infrà; quibus omnibus ab aliquibus nostris efficaciter prout temporis angustiæ concedebant, responsum fuit. Propterea P. Navarrete quod tunc verbis absolvere non potuit, modo oblato scripto perficere conatur. Miror tamen quomodo R. P. possit dicere, *paraque vistas, è ponderadas se resuelva loque pareciere mas convenir*, atque adeo postulet, ut prius expendantur suæ rationes. & tunc demùm statuatur quid agendum: cum ipsemet P. dicat §. 35. in fine, *materias istas non illius generis esse, ut in cœtu aliquo statui jure possint.* Referens enim Patrum nostrorum cœtum Kiatinentem, de his Controversiis habitum dicit, *imó no erat materia de junca.* Si ergo non sunt materiæ, quæ possint in aliquo Doctorum cœtu definiri, quomodo nunc postulat, ut post expensas ab ipso adductas rationes statuatur quid sit agendum? reverâ hominem oportet memorem esse, ut superiora cum inferioribus connectantur.

Google

Id autem quod statuendum est juxta sententiam P. Navarrete, certè non est id, quod modo sequitur Societas nostra, nam contra illam ipse acriter invehitur: Ergo statuendum id, quod ipse cum sociis determinaverit, quod ipsum est contra politicos Sinensium ritus & contra praxim Societatis. Igitur debemus relinquere sexaginta Societatis Patrum sententiam & praxim, qui successivè nonaginta annorum spatio inter Sinas versati, optimè noverunt Sinicos ritus, scientias, & loquelam, litteras, & trecentos & amplius librorum tomos Sinicis Characteribus conscriptos ediderunt, in quibus sectariorum dogmata confutantur, & Sacra Christianæ fidei mysteria explicantur, quos vel ipsi gentiles literati, Doctores, gubernatores sæpissimè lectitant & magnificiunt. Horum librorum majorem partem flammis tradere vel certè corrigere debemus, & novam illorum impressionem instaurare, ut sequamur resolutiones ex Doctrina R. P. Navarrete, & quatuor vel quinque illorum sociorum, electas: qui quidem omnes, cum paucis ab hinc annis in hanc Missionem sint ingressi, nec Sinensibus literis admodum sint exul-

Digitized by Google

ti, nec vernaculam Sinensium linguam probè calleant, parvamque Sinensium rituum experientiam habeant, quomodo fieri potest ut juxtà illorum sententiam quid practicè agendum sit statuatur? *Vistas y ponderadas las razones* (suas) *se resuelva loque pareçiere mas convenir.* Ex quâ P. Navarrete propositione sequitur, vel patres nostros semper erasse, vel irresolutos fuisse, atque adeò resolutionem harum materiarum pendere ab inspectione rationum R. P. Navarrete; sed hujus Propositionis censuram non mihi arrogo, sed cuivis justo arbitro committendam puto, quem æquâ lance expensis omnibus, non dubito justam sententiam laturum.

2. §. Aqui solo hablarè del Philosopho Chino, dexando otros pontos, que en adelante, en haviendo lugar se tratteran. Y suppongo lo primo que nó me metto, ni tratto de lo que fue, ó huvo en su primera institucion; sino de loque ahora se haçe, que es de loque se ha de jusgar y loque obran lo presente, son los que se han de bautizar, no los y a passados muchos siglos.

Hic solùm loquar de Philosopho

» Sinicò, relictis aliis punctis, quæ in
» poſterùm, quando erit locus, trac-
» tabuntur: & ſuppono primùm me
» non agere nec tractare de eo quod
» fuit aut intervenit in prima inſtitu-
» tione, ſed de eo quod nunc fit. Nam
» de hoc modò judicandum eſt & ij,
» qui hoc agunt in præſenti baptizan-
» di ſunt, non verò jam præteriti à
» multis ſæculis.

Si R. P. in principio hujus Paragraphi loquitur conſequenter, dum profitetur ſe tantummodò quæſtionem agere de Cumfucio, debet etiam in eo quod ſupponit, de eodem Cumfucio loqui; non autem de aliis ſectis, vel de mixtione aliarum ſectarum; nam ſi ſermo eſt de cultu & veneratione Cumfucii, nulla intercedit diſtinctio inter illa, quæ in ejus honorem primis illis ſæculis agebantur, & illa quæ modò in ejus honorem aguntur; nam ſubſtantia cultus politici quem Sinæ Cumfucio exhibent eodem modo perſeverat his noſtris temporibus, ſicuti præteritis ſæculis, quando primum vigere cœpit, ut in toto hujus Apologiæ noſtræ diſcurſu conſideranti patere poteſt unde non incongruè Cumfucianis ritibus illud ſapientis aptare poſſumus:

Digitized by Google

* *Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est.* Quoad substantiam usque nunc perseverat, atque adeo eodem modo se habuissent in ordine ad Baptismum prisci illi literati, sicuti præsentes se habent, dummodo non habeant aliarum sectarum sordes admixtas: supponimus enim hic tantummodò sermonem esse de Cumfucio & de literatis, qui Cumfucium tanquam Magistrum colunt; non autem de literatis, qui idolorum sectas profitentur.

A fuera de que, dado que fuisse « buena y honesta la primera institucion, « si no dura en su primera bontad, sino « que este maliciado y viciado por « otros; poco nos importa à nos fuera « bueno en su primera origen. «

Præterquam quod permisso quod « esset bona & honesta prima institu- « tio, si non perseverat in suâ primæ- « vâ bonitate, sed è contrà vitiata est « malitiâ aliorum, parùm interest es- « set bona in sua origine &c. «

Probat hoc R. Pater exemplo serpentis ænei à rege Ezechia confracti 4. Reg. c. 18. no porque el ori- « gen no huviera sido muy santa, sino « porque los hombres por su malicia, «

* *Eccles.* 1. 9.

» ó error, idolatravan en ella, con
» que passó à otro éstado distintissi-
» mo del primero, que fue à ser idolo.
» Cujus origo bona & sancta fuit,
» sed homines pro suâ malitiâ & erro-
» re idolalatriam circa illam exercebant,
» sicque transiit ab uno statu bono ad
» alium pessimum, scilicet idololatriam.

3. §. Confirmase el mismo intento con el cap. 14. della sabeduria. * *Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit imaginem, & illum, qui tunc tanquam homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit.* Id ipsum confirmat exemplo Nini Regis Babiloniæ, qui pinxit imaginem patris sui Beli, deinde longitudine temporis additis ritibus aliis superstitiosis, illum, qui tunc tanquam mortuus fuerat, postea tanquam Deum homines cæci colere cœperunt &c.

Prosequitur intentum R. Pater sic
» dicens, es muy commun decir, que
» de aqui comezó la idolatria. S. Thom.
» 2. 2. q. 94. a. 4. y novissimè & P.
» Juan Barisur de la compañia. Y añade
» fue este Saturno Dios de los genti-
» les, y Baal Dios de los Hebreos,
» fue el caso à los 1997. del mundo,

* *Sap.* 14. 15.

Digitized by Google

Bien claramente se ve aqui delinea- "
do mi supuesto : con que esta conse- "
quentia ex vi terminorum non valet, "
in prima institutione hic cultus v. "
g. fuit bonus & licitus, ergo hic & "
nunc est etiam bonus. Nam in simili "
forma instatur manifestè. 2. se con- "
firma lo dicho. El muy grave y docto "
P. Matteo Riccio en el 2. tomo de "
su *tien hió* c. 7. fol. 54. Pregunta "
qual fue la origen de los idolos, y "
sus templos en el mundo ? Responde "
nó fue otra cosa sino que difunctos "
los hombres insignes en dignidad, "
armas de assi levados los vivos de "
demasiado affecto, pintaron sus "
imagines para conservar su memoria, "
despues de tiempo unos les offrecian "
incenso, otros les pediam, otros "
quemado algunas cosas los adoravan: "
y assi poco à poco passaron à ser "
idolos. el M. R. P. Juan Adam en "
el tom. 2. del *Chú Kiáo Juên Ki*, el "
P. Julio Aleni en el. tom. 8. par. "
2. dicenlo mismo &c. "

Communiter dicitur incœpisse Ido- "
lolatriam à Belo. S. Thomas 2.2. q. "
94. a. 4. & P. Joannes Barisur So- "
cietatis Jesu addit hunc Belum fuisse "
Saturnum Deum Gentilium & Baal "

» Deum Hebræorum, quod accidit » anno 1997. mundi. Clarè hic appa- » ret delineatum quod à me fuit sup- » positum. Unde ista consequentia ex » vi terminorum non valet. Hic cultus » v. g. fuit bonus & licitus in primâ » institutione : Ergo hic & nunc est » etiam bonus. Nam in simili formâ » instatur manifestè.

» 2. Confirmatur, nam gravissimus » & doctus P. Matthæus Riccius in » 2. tomo sui *tien ho*, c. 7. fol. 54. » quærit quæ fuerit origo Idolorum, » & templorum in mundo ? Respon- » det non fuisse aliam causam, nisi ho- » mines insignes in dignitate & armis » defunctos. Unde homines viventes » ducti nimio erga illos amore depin- » xerunt eorum imagines ad conser- » vandam eorum memoriam, & post » tempus alii offerebant eis incensum, » alii eos rogabant, alii incensis aro- » matibus illos adorabant. Unde pau- » latim transierunt in idola. Idem di- » cunt R. P. Joannes Adamus in tomo » 2. libri *Kiao juven Ki* & P. Julius » Aleni tomo 8. p. 2. &c.

In his duobus valdè eruditè procedit R. P. sed in hoc est deficiens illius eruditio, quia non probat quod debuerat

buerat probare. Incumbebat illi probare Cumfucianas cæremonias jam esse vitiatas, & tunc adducta exempla vim aliquam haberent; ipse autem ne verbum quidem de Cumfucianis cæremoniis, sed totus est in adducendis exemplis, quæ tamen nec favent illi, ut ostendam.

Igitur illius argumentatio sic posset in formâ procedere. Cultus quicumque, qui in primâ sui institutione fuit bonus, si vitietur per malas res illi additas, desinit esse bonus; sed cultus Cumfucii, bonus quidem in suâ primævâ institutione, nunc vitiatus est: Ergo cultus Cumfucii non est bonus. R. P. majorem probat exemplo serpentis ænei; item patris qui sibi pinxit imaginem filii, & regis Nini qui etiam pinxit imaginem Beli patris sui; item auctoritatibus PP. Riccii, Adami, Aleni. Minorem verò, quam debuerat probare, & in quâ consistit cardo difficultatis, tacitus præterit, fortasse quia difficilis videbatur illius minoris probatio, vel quia tam certum illi hoc videbatur, ut nullâ indigeret probatione; sed si illi certum, alii incertum & falsum pronunciabunt; debuerat igitur suam illam certitudinem ostendere.

Deinde aliud est rem aliquam esse vitiatam, aliud verò rem esse corruptam; nam vitiatum id dicimus, quod est affectum aliquibus accidentibus extraneis, quæ substantiam rei minimè corrumpunt, sed solùm alterant illam. Sic acor, ubi vini substantiæ adhæsit, vinum quidem incipit acescere; sed quia adhuc perseverat substantia vini, vinum illud potest esse materia sacramenti; quando verò fuit totaliter corruptum, tunc deperditur substantia vini per amissionem formæ vini, & introducta nova forma aceti, ex vino fit acetum. Dato igitur & non concesso quod Cumfuciani ritûs vitium aliquod contraxerint, exempla verò cum non vitiatam, sed totaliter corruptam habeant substantiam, clarè patet non posse ab his exemplis paritatem deduci ad Cumfucianos ritus: quod autem corruptam substantiam habeant & transiverint de unâ in aliam substantiam, non est ambigendum; nam omnia facta sunt idola ut ex ipsismet verbis in hoc 2. paragrapho adnotatis quisque colligere potest, quod nusquam probari potest de Cumfucianis cæremoniis. Cumfucium enim nullatenùs Sinæ colunt tanquam Deum, neque tanquam numen

Digitized by Google

aliquod divinitatem participans, neque tanquam sanctum aliquem, supernaturali gratia præditum & ornatum, ut infrà clarissimè patebit. Atque adeo cùm in modo argumentandi varietur suppositio, nam in exemplis adductis supponitur corrupta & permutata substantia ritûs in alienam substantiam & idololatricum ritum; in Cumfucianis verò cæremoniis asseritur vitiata substantia ritus, quamquam de hoc vitio nulla etiam probatio afferatur, non autem corrupta: ex hac igitur variâ & diversâ terminorum suppositione sequitur non posse bonam & veram elici consequentiam.

Addo etiam ego, si in sententia R. Patris Cumfuciani ritus aliquid vitii contraxerunt propter hominum improbitatem, vel incuriam, Missionariorum curæ erit illos à contractis sordibus purgare, & nitidam conservare substantiam ritûs, sicuti purgamus ferrum à rubigine, cuprum ab ærugine & vestes à tinea.

Quod ipsum admonet Sacra Congregatio Inquisitionis dicens, *superstitiosis rejectis, posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas cæremonias.*

Quod autem Cumfucii cultus ab an-

tiquis temporibus, usque ad hæc nostra tempora, eodem modo perseveret, probatur auctoritate doctissimi, itemque optimi Christiani Sinensis, licentiatus laureâ conspicui, *Chû ûi chím* Cosmas, qui sic ait in aureo suo libello *Chim min liŏ xuẽ. In aula Cumfucii*, perenniter hic ordo servatur, *extra illa duo temporatim dicta*, quæ incidunt Vere & Autumno, *nullo modo contingit ut quis accipiat frustum vel portionem carnis, vel cyathum vini, illaque offerat Cumfucio, propterea quod omnes noverunt Cumfucium* tim̃, qui etiam dicitur, Ven sivên vâm, *fuisse semper summè rectum, atque adeo inconveniens esse, ut illi per adulationem offeratur aliquid*, quod magistri honorem excedat; *alterius verò malæ sectæ spiritibus, quia nequam sunt, adulantur homines* offerentes illis vel usque ad nauseam mutantes sæpissime rituum culturam, *ex suâ particulari intentione, nam modo à se abjiciunt, modo iterum ad se ingredi volunt. Modo elevant illos*, ad superiores dignitates, *modo illos deprimunt* (ex superiori dignitate ad inferiorem, & sic augent vel minuunt rituum culturam) *prout illis collibitum fuerit ornant vestibus, & cingunt illos, huc illuc va-*

gò discurrentes, eodem modo ac si hominum negotia agerent, susque deque, contra rectam rationem agentes; naturali inclinationi adversantes, tanquam amentes sine ullo prorsùs metu & timore. Huc usque Chũ ûi Chim Cosmas.

Ex quibus patet quomodo cultus Cumfucii numquam mutatur, sed idem perseverat, quod non contingit in idolorum culturâ; atque hæc sufficiant pro responsione secundi & tertii §.

4. §. Y para que mas claramente se proceda, quiero aqui poner la pregunta y propuesta del R. P. Martino, que es como se figue. Ut clariùs procedatur volo hîc apponere interrogationem factam à R. P. Martinio, quæ est ut sequitur.

3. *Quaritur nùm accipiendorum graduum cæremoniam, quæ fit in aulâ Cumfucii, Christiani literati agere valeant? Nam nullus intervenit sacrificulus vel ex idololatriæ secta ministellus: nihil omnino fit ab idololatris institutum; sed soli studiosi & Philosophi conveniunt, Cumfucium tanquam magistrum suum agnoscentes, civilibus ac Politicis ritibus ex suâ primâ institutione ad merum cultum civilem institutis: omnes enim graduandi simul in aulam Cumfucii ingrediuntur,*

in quâ eos expectant Cancellarii, doctores, examinatores, ibi simul omnes ante nomen Philosophi, nihil omnino offerendo, faciunt illas cæremonias & inclinationes more Sinico, quas omnes discipuli faciunt magistris suis vivis. A se autem ita cognito Philosopho Cumfucio, ut magistro suo, gradus accipiunt à Cancellariis ac discedunt. Prætereà aula illa Cumfucii gymnasium est, & non templum proprie dictum, nam clausa omnibus est, præterquam studiosis. Sacra Congregatio, juxta ea quæ superius proposita sunt, censuit permittendas Sinensibus Christianis prænominatas cæremonias, quia videtur cultus merè politicus & civilis.

» Assi lo saqué de un manuscritto.
» Haste à hora ninguno de nuestros há
» visto autentico este decreto, ni sabe-
» mos se haya publicado: loqual, ó
» algo dello era necessario, paraque
» obraremos conforme à el; y se a-
» nulasse èl Decreto de Inocentio X.
» y quitasse la excommunion mayor,
» pena de la qual se nos mando la guar-
» dassemos.

» Ita extraxi ex manuscripto. Hacte-
» nus nemo nostrorũ vidit authenticum
» hoc Decretum, neque scimus esse pu-
» blicatum, quod utrumque vel aliquid

eorum necessarium erat, ut juxtà illud « operaremur, & annullaretur Decretum « Innocentii X. & tolleretur excommu- « nicatio major, sub quâ jubemur illud « observare. «

In hoc 4. §. dicit R. P. *para que mas claramente proceda.* Certè non video, in quo consistat major hæc claritas, quam ipse intendit, & secundum illam in arguendo procedere; nam cum ipse pro scopo sibi sumpserit Cumfucianas cæremonias confutare & evertere, planè debuisset illas ex Sinicis codicibus eruere, & argumentis easdem impugnare tanquam noxias & superstitiosas, & deinde Decretum super dictas cæremonias latum expendere & examinare; sed cum modo Decretum primo loco referat, videtur contra ipsum Decretum arguere velle, & ita reverâ est, sicuti infra ostendemus.

Dicit, *hasta à hora ninguno de nuestros há visto autentico esté Decreto.* Respondeo, esto, vestræ Paternitates non viderint, nec erat necessarium ut illud tanquam victores vestris Paternitatibus ostenderemus; non enim obtinuimus Decretum illud, ut sententiæ vestrarum Paternitatum opponeremus, sed ut veritas nostræ praxis eluceret,

& Neophytos nostros pacificè & sine timoris pertubatione viam mandatorum Dei doceremus, nec à P. nostro Martinio factum est, sicuti à R. P. Joanne Baptista Morales actum fuit, nam vi, volens cogere Societatis nostræ Missionarios ad illius & sociorum suorum sequendam sententiam, procuravit excommunicationem subreptitiam (nec non cùm multa à vero aliena in quæsitis proposuerit, ut ex hoc discursu patebit, disputationi locus relinquitur, & adhuc sub judice lis est) obtinuit quidem, sed pendulam & indeterminatam, ut ait Decretum ab ipso obtentum, donec sancta Sedes aliter judicaverit. Et hoc quidem quia Patres Societatis non fuerunt auditi, ut Sacra Congregatio postea dixit. Igitur quod Decretum illud latum fuerit pro pacificâ instructione nostrorum Neophytorum, non incumbebat nobis onus illud vestris Paternitatibus ostendendi.

Sed fortasse dicet aliquis, charitas debuisset urgere nostros ad ostendendum illud Decretum RR. PP. Dominicanis.

Respondeo Charitatem ordinatam esse, & tum demùm officio suo fungi, cùm nihil contra charitatem eventurum

cognoverit : igitur cum certum esset RR. PP. Dominicanos pro nostrâ sententiâ Decreto lato minimè assensuros fuisse, satius fuit, ad contentiones evitandas, illis Decretum hoc propriis nostris manibus non offerre ; sed relinquere, ut aliâ viâ, illius Decreti notitia ad illos perveniret. Experentia verò demonstravit quam proficuum nobis fuerit pro sanctâ Charitate tuendâ, Decretum non offerre : nam si tam acriter contra hoc Decretum insurrexerunt alienis manibus oblatum, certè acriori sensu à nostrorum manibus illud recepissent, & si modò non est disputandi finis, quid tum contigisset, si à nostris fuisset oblatum ?

Non me latet R. P. vim facere in illo verbo (*authentico*) sed si dicit pro (*Ly authentico*) quod non fuerit Decretum à nostris authenticè intimatum R. Patribus Dominicanis, jam supra respondi nostris non incumbere hoc onus authenticè intimandi vel simpliciter illis ostendendi tale Decretum. Si dicit quod non viderunt originale Decretum Româ allatum à P. Martinio, sibi imputent, quia non petierunt à nostris sibi copiam fieri talis Decreti ; nam ad minimum illorum verbum, per-

gamenum, in quo Decretum scriptum erat, à Sacrâ Congregatione sanctæ Inquisitionis signatum, illicò fuisset cuilibet RR. Patrum ostensum.

Sed his omissis, constat nobis R. P. Coronatum authenticum vidisse, cum per civitatem *Hâm cheũ* transiens, nostros Patres ibi commorantes, pro suâ erga nos charitate visere dignatus est. Sed hunc etiam prætereamus. Quando admodùm R. P. Manilanæ Provinciæ moderator, RR. Patribus inter Sinas degentibus scripsit Româ venisse jam nova Decreta; propterea curarent Patres ut illis Decretis sese accommodarent, quemadmodum R. P. Timotheus à S. Antonio clarissimis verbis testatus est loquens coram P. Petro Canevari, qui vel juratus dicit se hoc posse affirmare. An non sufficiebat RR. Patribus auctoritas admodùm R. Patris Provincialis pro omni authenticâ scripturâ? sed quia Decretis assentiri noluerunt, etiam voluntatem admodùm R. Patris Provincialis interpretantes, in antiquâ sententiâ perstiterunt.

Propterea non possum non valdè mirari quomodo R. Pater possit dicere sequentia verba, *Lo qual ó algo dello era necessario, paraque obraremos conforme à*

Digitized by Google

el. Quomodo enim veſtræ Paternitates ſecundùm hujus Decreti formam operaturi erant, ſi poſt habitam juſſionem ab admodum R. P. Provinciali, ut Decreto ſuprà ſupradicto ſe conformarent, non ſolùm non operati ſunt juxtà formam Decreti, ſed contra Decretum ipſum inſurgentes, illud infirmare procurant, propter illam clauſulam, quam Sacra Congregatio apponit, *ex diverſitate facti*, quæ clauſula non ſolum favet, ſed deſtruit contrariam nobis ſententiam, ut infrà probabimus.

Addit R. P. hæc verba, *Y ſe annulaſſe el Decreto de Inocentio X. Y quitaſſe la excommunion major, pena de la qual, ſe nos mandó le guardaſſemos.* His ultimis 4. §. verbis vult R. P. magnum nobis metum incutere, & excommunicationis tonitru terrere; ſed quamvis nos ſanctam hanc pœnam venerantes timeamus, in caſu noſtro nihil eſt ab illâ timendum; ubi enim prodiit novum Decretum, jam illa ſuo perfuncta officio diſceſſit, ut ſummus Pontifex Innocentius dixit, *donec Sancta Sedes Apoſtolica aliter ordinaverit*, cum ſcilicet Patrum Societatis cauſa audita fuerit.

5. §. Ni pienſe alguno, que haçen

» este papel, es abrir las zangas para mo-
» ver altercationes ó disputas, Estas son
» odibiles sapientibus. *Sapientis est nolle*
» *certare*, dixo Lattantio; oque est armar-
» nos presumiendo alcançar victoria. El
» fin que se pretende, es saber la verdad,
» alcançada esta, aunque sea lo contrario,
» que a mi, y à otros pareçe, diremos
» lo que S. Hieronimo escrivio à S. Au-
» gustino haviendo este S. Doctor ven-
» cido una questiom contre aquel. *Tu vi-*
» *cisti, & ego quoque vici*; nó os glo-
» ries Augustino, que si vos triunfastes,
» tambien triunfè yo: vos pretendistes
» hallar la verdad, y la consiguiestes;
» mi intento es el mismo, y pues median-
» te vestra doctrina la hallé, *ego quoque*
» *vici*.

» Neque putet aliquis quod scribere
» hunc tractatum sit aperire fundamen-
» tum ad altercationes aut contentiones,
» istæ enim sunt odibiles sapientibus; aut
» quod volumus arma sumere præsumen-
» tes consequi victoriam. Finis à nobis
» intentus est veritatem consequi ac ob-
» tenta, & si opposita sit meæ & aliorum
» sententiæ, dicemus quod S. Hierony-
» mus scripsit ad S. Augustinum, *tu vi-*
» *cisti, & ego quoque vici*. Ne glorieris,
» Augustine, quasi triumphaveris, nam

Digitized by Google

ego etiam triumphavi tecum. Tu vo- «
luisti invenire veritatem & consecutus «
es: Idem ego per tuam doctrinam con- «
secutus sum. *Ego quoque vici.* «

Respondeo quæ oculis videntur, & manu tanguntur, non opus est intellectum fatigare in illorum investigatione. Dicit R. P. *ni pienſe alguno que haçer eſte papel es abrir las zangas para mover altercationes ó diſputas.* Utique nullus est qui legens hanc R. P. declamationem suspicetur, sed clarè videt & manu palpat, *que el R. P. abre las zangas para mover altercationes y diſputas.* Nam dicere, quamquam sub dubio, quod pater Martinius Sacram Congregationem decepit, propterea quod negligens fuerit & incuriosus, vel quia negotiorum vim minimè percipiens, deceptus est, quod non plenam informationem proposuerit Sacræ Congregationi, quod non fuerit cordatus & prudens vir, fidem mendaciis præbens, atque adeò Patres omnes nostros Missionarios condemnans insciticæ & negligentiæ, eo quod ad tractanda gravissima negotia apud sanctam Apostolicam sedem Romam miserint hominem negotiorum incapacem, sic enim R. P. dicit §. 38. *Luego puedo yo con fundamento dudar*

si por descuido, el P. Martinio, ó inadvertentia ó cosa semejante omittio algunas cosas, ó pudò enganarse en algo, ó con buena fè creer en algo à quien le ocultò la verdad &c.

» Possum cum fundamento dubitare » utrum P. Martinius ex incuriâ vel inad- » vertentiâ, aut alio simili defectu, omi- » serit aliqua aut potuerit in aliquo falli, » aut bonâ fide credere alicui, qui veri- » tatem occultavit. An non est hoc, a- » *brir las Zangas para mover altercatio- » nes y disputas?*

Quod ignoraverint sexaginta Missionarii nostræ Societatis spatio nonaginta annorum harum controversiarum veritatem, & consequenter, practicè erraverint, & hic R. P. in hac missione novissimus veritatem sit assecutus, eamque nos doceat; sic enim declamationem concludit loquens cum nostro P.-vice-Provinciali, *V. P. sea servido de poner los ojos en lo que aqui va escrito con animo solido y verdadero, para ayudar y saber la verdad, y lo que se deve y puede haçer en estos casos.*

» Vestra Paternitas dignetur conjicere » oculos in eâ, quæ hic scripta sunt » animo sincero, ut juvent ad conse- » quendam veritatem. An non est hoc

Digitized by Google

abrir las zangas para mover altercatio- «
nes y disputas? «

Quod nostri Missionarii contra Christi Domini præceptum, non per arctam gradiantur viam, neque eam Neophytos doceant, ipse verò cum sociis arctam ingressi viam rectà tendunt in cœlum; sic enim ait §. 44. circa medium, *quando ay materias graves y de conscientia como estas, nò se puede estranar de que haya quien con difficultad se allane à lo contrario. Certissimo es sér éstrecho el camino del cielo y angusta su puerta. Arcta est via, dixo Christo, si sû Mágestad dixo este camino, mal podré yo ensancharle &c.*

Quando de re gravi & de conscien- «
tiâ agitur, non mirandum quod sint «
qui cum difficultate huic sententiæ se «
accommodent, oppositum sentientes. «
Nam certissimum est arctam esse viam «
cœli & angustam portam, *arcta est* «
via, dixit Christus; si ita loquitur, «
quomodo possumus nos ampliare? «

Patres ergo Societatis, qui contrariam tenent sententiam, per latam incedunt viam? An non est hoc *abrir las Zangas para mover altercationes y disputas?*

Quod Missionarii Societatis, ut ani-

mas Sinarum lucrentur, ſuarum animarum detrimentum faciant; nam cum ſit certum, non eſſe licitum, vel etiam pro totius mundi hominibus ſalvandis, minimum committere veniale peccatum, propterea R. P. & ejus ſocii ſeveriorem ſequuntur ſententiam, ne veniale quidem peccatum committant: Societatis verò Miſſionarii, vel quia iſta neſciunt, vel non curant, diverſam ſequuntur ſententiam, ſic enim ait in eodem §. *Y mas ſabiendoſe que por la converſion de todo el mundo no es licito cometer ni un peccado venial: quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? &c.* Hæc & ſimilia quibus R. Patris declamatio reſperſa eſt, an non eſt hoc *abrir las Zangas à altercationes y diſputas?* Si R. Pater nolebat altercationes texere, ut odium vitaret Lactantii; quare poſt tot quæſtiones & diſputationes ab utriſque religioſorum Ordinibus exagitatas; poſtquam Sacræ Congregationes Inquiſitionis & propagandæ de his controverſis Decreta tulerunt, ipſe noviſſimus, ac ſi nihil horum ante præceſſerit, iterum argumenta producit & declamationes inſtaurat?

Si nolebat altercationes texere, &

ſolum rerum veritatem inquirere, ut in hoc 5. §. ait, quare poſtquam P. Didacus le Favre, breviter & dilucidè declamationi R. Patris reſpondit, ſtatum controverſarium expoſuit, & Societatis praxim declaravit, ſine fuco, & fallaciâ rerum veritatem explanans, R. Pater reſponſioni Patris le Favre non ſolum non acquievit, ſed iterùm calamum ſtrinxit reſponſionem illam impugnando? Quamvis incaſsùm, quia contra veritatem. Si nolebat aſſenſum præbere rationibus à Patre le Favre allatis, ſat fuerat illas legiſſe. Ut quid illas impugnare? Quomodo hoc non erit, *abrir las zangas à altercationes y diſputas.*

Si nolebat texere altercationes quando P. Felicianus Pacheco, tunc temporis vice-Provincialis obtulit R. Patri Apologeticam reſponſionem, poſtquam illam perlegiſſet, debuiſſet iterum fideliter reddere eidem Patri, ſicut ipſe pater expetiverat. Contrarium tamen accidit; nam R. P. finxit ſe Apologica folia flammis tradidiſſe, ut poſſet commodè per otium illa impugnare: ſed quid opus erat illâ fictione? an ut occuleret id quod omnibus notum erat? R. Patrem ſingulis diebus calamum a-

cuere contra Apologiam noſtram. An non eſt hoc *abrir las zangas para altercaciones y diſputas* ? ubinam eſt illud. *Eſtas ſon odibiles ſapientibus ?* & illud Lactantii, *Sapientis eſt nolle certare ?*

Si finis quem R. P. intendit tantummodo, eſt veritatem noſcere, quâ cognitâ etiam contrariam paratus eſt ſequi ſententiam, & cum S. Hieronymo dicere, *tu viciſti & ego vici.* Cum nullæ prorsùs rationes, oſtendentes veritatem Reverendo huic Patri aptè quadrare poſſint, oportet dicere neminem eſſe, qui veritatis lineamenta dignoſcat, ſecundum illius opinionem ? Reſtat igitur, ut ipſe ſolus ſit veritatem aſſecutus, & in illius ſolâ ſententiâ veritas requieſcat, cujus aſſertionis arbitrum alium non oportet quærere, niſi ipſummet R. Patrem, qui affirmat, ut ſuprà dixi, veritatem in hoc ſuo ſcripto reperiri, dum ait, *V. P. ſea ſervido de poner los oyos en lo que aqui vá eſcritto, con animo ſolido, verdadero ; para ayudar y ſaber la verdad.* Si igitur R. P. veritatem apud ſe tenet, eamque ſcriptis ſuis cognoſcendam offert P. noſtro Vice-Provinciali, quare decepit nos, dicens ſe inquirere veritatem ? quâ adeptâ, paratus eſt

Digitized by Google

vel contrariam ſequi ſententiam, & cum S. Hieronymo dicere, *tu viciſti, & ego vici.* Sed ego etiam dicam cum ſancto Hilario; * *Non qualem quis verbis ſe referat, ſed qualem ſe rebus efficiat, ſpectandum.*

Proſequitur R. P. Tan poco ſe pueda preſumir, baſte eſta diverſidad de opiniones à intibiar la charidad, union y amor, que deve haver entre religioſos y miniſtros que ſe ocupan en el miſmo exercicio, y que ſirven y padecen por el miſmo ſeñor.

Neque præſumi poteſt quod hæc diverſitas opinionum minuat charitatem, unionem & amorem, qui debet eſſe inter religioſos & miniſtros qui in eodem ſancto exercitio laborant, & qui ſerviunt & patiuntur pro eodem Domino. &c.

Hanc propoſitionem confirmat R. P. multis Doctorum auctoritatibus. Quibus omnibus aſſentior, Deumque qui eſt principium omnis bonæ charitatis precor, ut hunc ſanctum amorem inter nos foveat, augeatque ſemper, & verbis & opere, dumque intellectus inter ſe bella gerunt, voluntates pacificè in Chriſto Domino unitæ requieſcant.

* *S. Hil. in Matt. 6.*

Apostoli Pauli consilium sequentes ; * *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate, superiores sibi invicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum.*

» 6. §. De toto lo dicho se sigue, » quan poco fundamento hay para sos- » pechar, y menos juzgar ó dezir que » alguno de nuestros condena ó censura » sententias ó pareçeres contrarios á » los nuestros siempre me pareció bien » la Doctrina del doctissimo Gerson. » De vita spirituali lec. 4. habla con- » tra los que arrojadamente condenam » opiniones, è reprende este vicio, *yo* » *no ago mas que officio de proponiente* » *las raçones que tenemos de dudar en este* » *particular sin metterme en otra cosa* » *alguna, pues por ningun titulo me* » *tocca.*

» Ex his omnibus clarè sequitur quod » nullum sit fundamentum suspicandi » & minus judicandi aut dicendi ali- » quem ex nostris damnare aut censu- » rare sententias aut suffragia contraria » nostris ; semper mihi arrisit hæc Doc- » trina Doctissimi Gersonis de vita spi- » ritali lect. 4. ubi loquitur contra eos

* *Ad Philip. c. 2.*

Digitized by Google

qui temerè damnant opiniones., eos- « que arguit. *Hîc nihil aliud volo quam* « *proponere rationes eas, quæ nos ad du-* « *bitandum adducunt, neque aliud quid-* « *quam intendo, cum nullo titulò id ad* « *me pertineat.* «

R. P. in hoc §. si tantum profiteretur se nolle alienas opiniones censurare, fortasse libenter illud admitterem; sed quia dicit (*quan poco fundamento hay para sospechar y menos juzgar ó decir que alguno de nuestros condena ó censura sententias ó pareceres contrarios à los nuestros*) Respondere illi possumus maximum esse fundamentum, non suspicandi, sed firmiter asseverandi RR. PP. Dominicanos censurare & condemnare practicas & speculativas opiniones nostrorum Missionariorum inter Sinas degentium. P. quidem Hurtadus qui ut supra diximus, dicit Missionarios Societatis Sinenses pudere prædicare Christum Crucifixum, quamvis temere hoc affirmet. Hoc quidem à R. Patribus accepit Lovanii in Conventu S. Dominici, ubi hæ prodierunt Theses, quas ejusdem Conventus Religiosi publicè sustinuerunt.

Prima conclusio: Missionarii aliqui apud Sinas asserunt Christianos posse

Digitized by Google

abscondere infrà vestes crucem, & deinde publicè exhibere reverentiam idolo. Dicimus hoc esse Idololatriam.

2. Conclusio : Iidem Missionarii concedunt Christianis posse exhibere quasdam reverentias parentibus defunctis, à quibus petunt aliqua bona, dicuntque hoc pertinere ad ritum politicum. Dicimus hoc esse Idololatriam.

3. Conclusio : Iidem Missionarii concedunt Christianis colere quemdamantiquum Philosophum à quo Doctrinam acceperunt : ab ipso petunt felicitatem, ingenium & progressum in literis. Dicimus esse Idololatriam.

4. Conclusio: Iidem Missionarii prædicantes Sinensibus fidei Christianæ mysteria, non audent prædicare Christum Crucifixum. Dicimus hoc esse impium, erroneum, scandalosum.

Harum Conclusionum impressum exemplar servatur in archiviô nostræ Ecclesiæ, quæ est in civitate *Hâm cheü*. Ex his conclusionibus bene quis videre potest quomodo hi Religiosi censurent, & condemnent aliorum opiniones, quamquam perperam & falsò referant ea, quæ in conclusionibus continentur, ut ex discursu nostræ Apologiæ patebit, atque adeo hæc propositio R. P.

Digitized by Google

quan poco fundamento hay para sospechar y decir que alguno de los nuestros condena ó censura sententias ó pareceres contrarios à los nuestros, minimè consistere potest.

Quod si dicas R. Patrem quando dicit (*de los nuestros*) intelligere de suis patribus Missionariis, non autem de reliquis R. Patribus Dominicanis, qui in aliis mundi partibus degunt.

Respondeo hoc etiam posse illi concedi, sed prius solvenda est hæc instantia. Nisi Patres Dominicani Missionarii propagassent sententias & Societatis praxim in regno Sinarum claudicare, easque censuris obnoxias esse: Quomodo Lovanienses Religiosi potuissent illas conclusiones cudere easque publicè defendere? Quomodo Hurtadus ita potuisset famam Missionariorum Societatis tam temerè labefactare? Quomodo RR. Patres, qui Manilæ degunt, potuissent libellum illum, cui nomen (*Varios reparos*) typis mandare, & tam acriter contra Societatis Missionarios insurgere? Unde mihi videtur admodùm quadrare huic rei dictum illud, *Isti excubant ova, illi pullos excludunt.* Neque etiam consistit altera propositio R. Patris, *Yo no ago mas que*

Digitized by Google

officio de proponiente las raçones que tenemos dedudar, ſi enim nihil aliud ageret quam dubitandi rationes proponere, cur lectâ brevi, ſed dilucidâ reſponſione P. Didaci le Favre, feſtinatò recurrit ad calamum, eumque contra P. Didacum ſtrinxit? Cur traditum à P. Vice-Provinciali Apologeticum libellum, in quo ad hominem argumentis & rationibus R. Patris reſpondebatur, finxit ſe flammis tradidiſſe, ut per otium poſſet allatis in eo rationibus contradicere? Igitur quamquam ſemper bona viſa fuerit Gerſonis Doctrina R. Patri, interim hoc loco valeat Gerſon & requieſcat. Putabat R. P. utpote veritatis arbiter, propoſitas à ſe rationes omnes ſubmiſſo poplite recepturos; propterea dicit, ſe tantùm proponentis officio fungi: ſed cum veritas ad alios patronos confugerit, non poſſunt iſti cauſam illius non procurare ſedulò. Sed ad nodos quæſtionis tranſeamus, qui ſequentibus §§. continentur.

ARTICULUS

ARTICULUS II.

R. P. Martinii defensio.

SEd antequam ad has enodandas quæstiones accedamus, oportet primùm ab injuria vindicare nostrum P. Martinum Martini, qui causam nostram in Romanâ Curiâ tractavit, & veritatem contra illius impugnatores pro virili defendit. Igitur P. Martinius ab hac nostrâ missione, eo fine ad Romanam Curiam missus fuit, ut Sacram illam Curiam informaret de praxi, quâ nostra Societas utitur, circa has controversas quæstiones, quomodo ablegatis omnibus superstitionibus, vel etiam illarum umbrâ, sinceram Catholicamque Doctrinam doceat Neophytos suos; sicque notam illam elueret, quam adversarii nostris Missionariis falsò affinxerant.

Instructus ergo necessariis notionibus, quas Patres nostri qui in hac missione versantur illi tradiderant, fideliter munus suum præstitit, sinceram & veridicam Sacræ Romanæ Curiæ notionem obtulit, & Decretum obtinuit

Digitized by Google

in favorem veritatis quam tuemur. Quod autem sinceram & veridicam notionem dederit, sic probo: Veritas illa est, quæ conformitatem habet cum suo objecto; propterea sic dicit Cicero, *Veritas est per quam immutata ea quæ sunt, aut antè fuerunt, aut futura sunt, dicuntur.* Nam falsitas mutat res, & non eas dicit sicuti revera sunt vel fuerunt, vel futuræ sunt; Ergo res omnes quæ conformitatem habent cum suo objecto, & sine mutatione dicuntur, veræ sunt. Sed Patris Martini informatio Sacræ Romanæ Curiæ oblata, conformitatem habuit cum suo objecto, nec mutavit objectum ab esse suo, id est, ita objectum proposuit sicuti reverâ erat à parte rei: ergo informatio Patris Martini Sacræ Romanæ Curiæ oblata vera fuit & sincera. Minor probatur: Objectum illius informationis fuit illud: quod faciunt Christiani in illis cæremoniis, id ipsum est, quod Patres permittunt Christianis: Sed informatio Patris Martini illud ipsum proposuit quod faciunt Christiani in illis cæremoniis, nullâ factâ in objecto mutatione: Ergo informatio P. Martini Sacræ Romanæ Curiæ oblata, conformitatem habuit cum suo objecto; Ergo vera & sincera fuit.

Digitized by Google

Diees P. Martinium non omnia exposuisse, quæ in illis cæremoniis interveniunt: Ergo proposuit objectum mutatum, & non sicut revera à parte rei erat.

Respondeo negando antecedens; nam in illis cæremoniis ante Cumfucium peractis, nihil aliud prorsus intervenit, quam quæ narravit & exposuit P. Martinius Sacræ Congregationi, ut mox patebit. Sed dato etiam & non concesso, quod aliquid aliud interveniat, cùm hoc non pertineat ad substantiam rituum, *nec illud peragant Christiani*, neque ad Patrum Martinium pertinebat illud Sacræ Congregationi exponere tanquam rem, quæ non ingreditur objecti essentiam.

Atque ex his constat quàm malè R. P. dubitando deducat P. Martinium ob negligentiam & incuriam, vel quia in aliqua re erravit & deceptus est, vel quia bonâ fide fidem aliis præstitit, qui veritatem illi occultantes, mendacia vendiderant. Nam primò Patribus omnibus nostris qui in hac missione degunt, magnam negligentiæ & socordiæ notam impingit, qui hominem talem, qualis hîc describitur P. Martinius, selegerint, illique tam seria & magni

momenti negotia tractanda commiserint. 2. Quomodo negligens & incuriosus, & qui non omnia bene advertit, poterat esse P. Martinius, cujus ingenii perspicaciam & in rebus gerendis solertiam mirati sunt omnes, qui cum eo familiariter egerunt? Quomodo talis incuria potest cadere in hominem, qui datâ operâ propter hoc unum negotium tractandum à Societatis missione Romam missus fuit, & tot diligentissimis rerum tractandarum notionibus instructus? atque adeo quamquam solus Martinius loqueretur coram summis illis Ecclesiæ principibus, omnes nos in ejus uno ore loquebamur.

Dicit R. P. *Fortasse erravit & deceptus est*: Non nego hominem quemque errare & decipi posse; sed quando dicta clarissimè factis congruunt, res verò secundum statum suum non alterantur, sed juxtà cujusque exigentiam perficiuntur, ut accidit in ista informatione Patris Martini Sacræ Congregationi oblatâ, in quâ omnia dilucidè procedunt in cæremoniis Cumfucianis, hoc peragunt Christiani, hoc illis permittitur, quomodo in hoc error cadere & deceptio potest? cùm omnia clarè & distinctè proponantur. Pejus etiam illud est,

bonâ fide credidit iis, qui veritatem occultantes, mendacem illi de rebus notionem dederunt. Nam cum notiones, quas habuit P. Martinius de horum rituum culturâ acceperit à Patribus noſtris, ſequitur quod Patres noſtri mendaces fuerint, qui veritatem occultantes, in quo eſt magna malitia, falſas & mendaces de rebus iſtis notiones dederint illi: quamvis enim P. Martinius perſemet multorum annorum experientiâ doctus, benè noverit horum rituum culturam quomodo ſe haberet, tamen procuratoris officio fungens, non ex proprio capitis ſui marte, informationem Sacræ Congregationi obtulit, ſed ſecundum inſtructionem datam illi à ſuis ſuperioribus, ad quam etiam reliqui Patres, ſuperiores informando, relationem quandam habebant.

Si verò ſermo ſit de externis, quaſi verò P. Martinius nimis credulus & valdè ſimplex illicò fidem præbuerit mendacibus hominibus ei veritatem occultantibus, quis hoc de Patre Martino Martinio credat? Notus eſt homo, & virtutibus, & literis excultus, nec parvis naturæ donis ornatus, ut hæc credula ſimplicitas illi affingi minimè poſſit. Deinde externi illi qui veritatem

occultantes mendacia illi vendiderunt; peto ab hoc R. Patre, in quem finem P. Martinio veritatem voluerint occultare? certè nullus talis potest inveniri finis. Præterea cum illæ cæremoniæ sint lippis & tonsoribus notæ, si unus vel alter voluisset veritatem tegere, decem vel viginti illicò propalàm veritatem fecissent, & mendaci magnum incussissent ruborem. Satius foret R. Patri conceptum quem habet de P. Martino Martinio in meliorem commutare, nec de illo ista proloqui, quamvis sub dubio proloquatur.

Præterea cum R. P. Joannes Baptista Morales priùs Sacram Congregationem informaverit, omniaque luculenter exposuerit, quæ faciunt contra Sinensium rituum culturam, P. verò Martinius posterior fuerit in offerenda notione de Sinicis ritibus, pleniſſimam Sacra Congregatio consecuta est notitiam de horum rituum culturâ, atque adeò utrâque parte auditâ, ultimam sententiam tulit in favorem veritatis quam sustinemus. An sacra Congregatio decepta est? Quis audeat hoc dicere de illa in qua conveniunt tot summorum Theologorum capita? Qui utramque sententiam conferentes, & u-

Digitized by Google

trarumque rationes expendentes, tandem tulerunt illud Decretum quod attulit P. Martinius; atque adeò non potest non esse valdè mirum, post latum tale Decretum, ac si nihil prorsùs actum fuerit, vel nunc primò hæ quæstiones agitari cæperint, denuò instaurare dubia, argumenta producere, & non solùm sententiam nostram impugnare, sed & contra Decretum ipsum insurgere.

Propterea R. P. 1°. posuit verba quæsiti, quibus Pater Martinius exposuit nostram praxim, & posteà subnectit responsionem ad idem quæsitum, ut modo quæsitum infirmans, etiam datam responsionem dejiciat. Sed intentum hoc minimè consequi potest, nam fundamenta, quibus illius rationes nituntur, nullam veram consistentiam habent. Dum tribuit negligentiam, focordiam, ignorantiam & simplicitatem P. Martinio fundatus in eo, quod P. Ignatius d'Acosta nostræ Societatis dixerit huic Reverendo Patri, P. Martinium non benè proposuisse Sacræ Congregationi &c. *El P. Ignatio dixo que no le parecia bien lo que el P. Martino havia propuesto en Roma.* §. 38. Sed apud nos notum est, dequa re loquebatur P. Igna-

tius d'Acosta. Dicebat enim non benè proposuisse rationes circa jus positivum ; propterea Sacram Congregationem respondisse jus positivum publicandum Neophytis esse sub obligatione peccati, putabat P. d'Acosta Neophytorum humeros debiles adhuc esse ad illud onus ferendum, & ideò sæpè dicebat P. Martinium majori cum efficacia debuisse iterùm atque iterùm rationes pro Neophytis proponere. Et ex hoc R. P. dicit P. Ignatium d'Acosta fassum esse P. Martinium malè proposuisse ; oportebat Reverendum addere, & etiam probare Patrem d'Acosta locutum fuisse de cæremoniis, &c. Nam cum ipse Pater Martinius multa proposuerit quæsita, solummodo dicebat P. d'Acosta non bene, non efficaciter, proposuisse punctum illud de jure positivo.

Articulus III.

In recipiendis Baccalaureis cæremoniæ.

Aliud fundamentum est id quod narrat in §. 7. in quo R. P. ostendit, se valdè versatum in his cæremo-

hiis ; & tamen notabiliter in his recolendis cæremoniis errat. Sed legamus illiusmet §. verba.

7. §. Suppongo por cosa cierta que « los grados de Bachiller y licenciado « nó se dan ni en el templo del Com- « fucio , ni en la sala antecedente lla- « mado *mîn lún tân* , ni dentro de to- « do aquello edificio llamado *hiŏ li* , « universitad o escuelas. Ló mismo digo « de los examines. Para estos ay luga- « res particulares en las Ciudades y Me- « tropolis , donde examinados y appro- « vados los ponen en unas tablas en « lugar publico con precedentia de pri- « mo , secundo , y tertio. Ex vi desta ac- « tion quedan graduados y goçan de su « grado y dignidad sin necessitad de « otra cota , y meno de yr al templo « del Comfuçio , como se dira despues. «

Suppono quod est certissimum, gra- « dus Baccalaurei & Licentiati non con- « ferri neque in templo Confucii , ne- « que in aulâ præcedenti , quæ *mîn lún* « *tân* dicitur , neque in eo toto ædifi- « cio quod appellant *hiŏ li* , Academiam « vel scholas. Illud ipsum d co de exa- « minibus. Hæc enim fiunt in peculia- « ribus locis , qualia loca habentur in « civitatibus & Metropolibus ; atque «

» ibi examinatorum atque approbato-
» rum nomina publicè in tabulis des-
» cripta suo singula ordine 1. 2. & 3.
» exponuntur, atque ita & ex vi is-
» tius actionis censentur ad gradus pro-
» vecti, suoque gradu ac dignitate fruun-
» tur, neque necesse est aliam rem ul-
» lam adhibere, multo minùs conferre
» se ad templum Confucii, ut infrà di-
» cetur.

Quis Europæus audiens R. Patrem ita loquentem & tam firmiter asseverantem omnia suprà dicta, non existimabit magnam esse experientiam istius R. Patris de Ritibus Sinensibus, & consequenter omnes ad unum, nemine discrepante, illi assensuros? Sed admodùm mirum est R. Patrem, dum is loquitur cum hominibus diù ante illum in hac missione versantibus, posse tam audaciter & confidenter ista eloqui. Sed puto confidentiam hanc ortum ducere ab illâ tam illi familiari suppositione propter quam certior factus de rebus, illas tanquam certas omnibus proponit, *Suppongo por cosa cierta* (sed quàm certa ista sint pauliſper expendamus) *que los grados de Bachiller y Licenciado no se dan en el templo de Comfucio*; quæ necessitas conjungendi Baccalaureatum

cum Licentiatu, cum duo hi gradus valdè differant inter se, nec sit quæstio de Licentiatûs gradu suscipiendo, sed de Baccalaureatu? Sed videamus quomodo probat gradum Baccalaureatûs non conferri in aulâ Cumfucii? Sic enim prosequitur R. hic Pater.

Examinados y aprovados, y escritos « sus nombres en unas tablas en lugar « publico con precedentia de primo, se- « cundo y tertio, ex vi desta action que « dan graduados y goçan de su grado y « dignitad, sin necessidad de otra cosa, « y meno de yr al templo del Comfu- « cio &c. O quam benè huic loco, omnia encomia quæ R. P. tribuit P. Martinio quadrant! scilicet Dudando yo si por descuido el P. Navarrete ó por inadvertentia, ó cosa semejante omitio algunas cosas ó pudo engañarse, en algo, ó con buena fé creer en algo à quien le occulto la verdad, sicuti ex dicendis infra patebit.

Cum ego dubitarem num forte P. Navarreta vel per incuriam vel per inadvertentiam vel per aliquod ejusmodi vitium res aliquas omiserit, aut ipse erraverit in aliquâ re, aut bona fide crediderit aliquid illi, qui veritatem ipsum celevarit.

Sciendum igitur est valdè diversam esse Baccalaureorum graduationem à narratione R. Patris superiùs datâ. Sic enim graduationis series se habet. Examine à totius Provinciæ studiorum moderatore peracto, selecti in albo scribuntur; tum summus studiorum Moderator diem statuit, in quo selecti Baccalaureatûs laureâ sint donandi. Eo die conveniunt omnes in hujus summi moderatoris Curia, quæ est in aliqua civitate primaria, selecti vestibus nigris gossipinis induti, & plebeiorum pileo tecti, utpote nondum gradus lauream consecuti ducuntur ab inferioribus studiorum præfectis ante conspectum summi studiorum moderatoris *Tien hiò tào*, cui primum, more Sinico reverentiam exhibent inferiores præfecti, & hac peractâ, jubent selectos propiùs ad summi moderatoris tribunal accedere, & bis more Sinico capite terram percutientes, & ipsi reverentiam exhibent summo illi moderatori; surgentes, hinc inde divisi, taciti stant. Tum summus moderator hanc vocem profert *Kem y*, id est, permutentur vestes. Illicò selectorum famuli è thecis præparatas extrahunt vestes, & ocreas, item holosericum pi-

leum, quæ tria Baccalaureorum sunt insignia, & his ornati iterùm bis reverentiam exhibent summo Moderatori. His peractis summus Moderator pergit in aulam Cumfucii, quem omnes sequuntur, & in eâ aulâ, in quâ multi Doctores & Literati adsunt, reverentias solitas Magistris exhiberi peragunt, nihil offerendo, nihil ore recitando; & his omnibus absolutis discedunt.

Ex his colligere potes collationem hujus Baccalaureatûs duo essentialiter continere; vestium permutationem, per quam homo relinquit statum plebeii, & ascendit ad nobiliorem statum Literatorum, & Cumfucii reverentiam, quâ quisque profitetur se in Magistrum recognoscere Cumfucium: quæ duo si desint, quamvis alioqui in albo Selectorum suum habuerit nomen inscriptum, nihilominus tamen, haud potest gaudere Baccalaureatûs dignitate. Et hoc tam ad amussim servatur, ut nulla possit intercedere indulgentia. Propterea, si contingat tunc temporis aliquem morbo laborare, oportet ut inferior studiorum præfectus, vel unus ex suis Assessoribus supplici libello admoneat supremum studiorum Modera-

torem de infirmitate : Tunc absolutis omnibus, supremus studiorum Moderator, unum ex sibi subjectis Mandarinis mittit in domum infirmi, ut examen agat, sit necne infirmus ; deinde præsentibus testibus vultus lineamenta describit, unà cum aliquibus individuantibus notis ut sine errore cognosci possit, ne fortasse alius pro illo supponatur : ubi convaluit infirmus, oportet ut inferior præfectus studiorum iterùm supplici libello summum præfectum admoneat de illius confirmata valetudine, tunc fit illi potestas Literatorum insignibus se ornandi.

Ex quibus omnibus constat quam distet narratio R. Patris à vera graduum collatione. Sed & collationis graduum ultimum complementum est, descriptio nominis Baccalaurei in eo libro in quo notantur illius civitatis vel oppidi Baccalaurei, cui nomini apponitur sigillum supremi studiorum Moderatoris, quod si desit, nec etiam pro Baccalaureo reputatur. Videat modò R. Pater, si tantùm sufficit ad gradus collationem descriptio nominis in eo albo quod exponitur in platea. Ista omnia percontari possunt à quolibet simplici Baccalaureo vel in triviis obvio.

Digitized by Google

Necessaria fuit minuta hæc notitia collationis graduum ad retundendam magnam illam R. Patris confidentiam, qua pro certis supponit aliqua, quæ non solùm probatione indigent, sed à substantiâ veritatis diversa sunt. Et quia ipse, suâ hac narratione collationis graduum postulabat infirmare quæsitum P. Martini, & per consequens Decretum sacræ Congregationis, incidit in foveam quam fecit; nam collatio gradûs, quantum pertinet ad reverentiam Cumfucio exhibendam, descripta reverentia à P. Martino veræ est, sed descripta à R. Patre trunca & falsa; propterea sacræ Congregationis Decretum constans & firmum remanet.

Reliqua quæ in toto hoc 7°. §. describuntur, pertinent ad formam ædificii & aulæ in qua reverentiam exhibent Cumfucio. Satis prolixè ædificium hoc describit, in qua descriptione non pauca semina spargit, quæ illi usui postea erunt, quando probare conabitur Cumfucii aulam verum esse templum, de quo infrà.

§. 8. Las funciones que en esta capilla se haçen nò son mas que 4. la primera quando los governadores toman «

» posseſſion de su governo, &c.
» Functiones in eo Sacello omninò
» quatuor exercentur. Prima cum Præ-
» fecti Præfecturæ suæ posseſſionem
» ineunt, &c.
» 9. §. La 2ª. la que se haçen a los
» primeros, y quinçes de cada luna
» esta se llama *him ham*. Esto es que-
» mar olor, &c.
» Secunda ad Novilunia & Plenilunia
» pertinet, & vocatur *him hiam*, odo-
» ramenta incenduntur, &c.
» 10. §. La 3ª. es la que hacen los
» graduados recebido el grado. Estos
» un dia señalado acuden al pretor, y
» el con ellos van ala sobredicha ca-
» pilla. Alli los entrega al braço lite-
» rario y quedan esentos del braço se-
» cular. ut ita dicam, y sujettos alos
» *hió quon*, &c.
» Tertia fit ab iis, qui ad gradus sunt
» admissi. Nimirùm illi certâ die ad
» Prætorem conveniunt, atque ille
» cum iis omnibus ad prædictum Sa-
» cellum progreditur, ibique eos ve-
» luti brachio Litterario tradit. Un-
» de jam immunes fiunt, ut ita dicam,
» à brachio sæculari, veniuntque in
» potestatem eorum quos appellant *hio*
» *quon*.

Digitized by Google

R. Pater confundit duas functiones, & ex duabus unam conficit. Prima functio est illa quam suprà retulimus, quando summus studiorum Moderator *ti hiò táo*, post vestium permutationem ducit novos Baccalaureos ad aulam Cumfucii, quæ functio peragitur in primariâ vel secundariâ aliquâ civitate, quò conveniunt minorum civitatum, vel si mavis oppidorum, Baccalaurei ad gradum recipiendum. Eâ peractâ functione in oppidum, unde suum ducit ortum, quisque revertitur; deinde constituta die in aulam *chi hien*, scilicet illius oppidi gubernatorem, conveniunt omnes, & supplici libello ei oblato ter illi reverentiam exhibent; deinde *chi hien* tribus passibus, (surgens è sella) foras procedit, & singulos Baccalaureos rubro holoserico donat, quod ab humero dextro in sinistrum latus religatum pendet: quod si balteum dicere velis, non errabis; deinde argenteis scyphis, singulis ter vinum propinat, singulis etiam offert ramusculos duos argenteos, argenteis etiam floribus plenos, quos Baccalaurei pileis affigunt. Deinde omnes ducit ad aulam Cumfucii, quæ in eo oppido erecta est: igitur post exhibitas Cumfucio solitas

cæremonias, Baccalaureos Præfectorum curæ commendat, tanquam Pater ludimagiſtris, & ex eo die in poſterum ſi quid deliquerit illorum aliquis, ſolihi ſtudiorum Præfecti, vel ſummus Præfectus *ti hiò tào* poteſtatem habent in Baccalaureos animadvertendi, & hæc eſt ſecunda functio quæ in oppidis peragitur.

Igitur in hac 2ª. functione, ſi contingat aliquem ex Baccalaureis præſentem non adeſſe, ſi manus ungat oppidi Præfecti, vel alia utatur excuſatione, poterit aliquando cæremoniis his oppidanis non intereſſe, quod nunquam contingere poteſt in his cæremoniis quæ in civitate peraguntur, quemadmodum ſuprà relatum eſt. Ecce tibi quomodo R. Pater duas iſtas civicas & oppidanas cæremonias in unum confundat, & quod uni eſt proprium, alteri tribuat; igitur cum in principio hoc erraverit, non eſt mirum ſi in deſcurſu rerum quæ ab illo dependent, incidat in errorem, ſicuti eſt quod ſequitur.

» Y la eſperencia de años en *Fo nim* » y en *Fo ngān* donde los Bachilleros » Chriſtianos jamas acudian a eſta » funccion, preſentandoſe deſpues ſin » difficultad alguna los matricularon,

sabiendolo los Pretores *hio quòn*, y graduados infieles, y gruñendo algunas veces, y otras dissimulando, passaron siempre assi.

Hoc multorum annorum usu & experientia probavimus in civitatibus *Fo nin* & *Fo ãgan*, in quibus Christiani Baccalaurei nunquam ad eam functionem obeundam accesserunt. Atque illi tamen posteà cum se offerrent, in album absque ullâ morâ sunt relati. Scientibus id & cognoscentibus Prætoribus *hio quón*, & infidelibus graduatis. Neque aliter unquam contigit, sive illi mutassent, ut fit, ac murmurarent, sive dissimularent & conniverent.

Certè gratulari debemus duabus istis civitatibus *Fo nim*, & *Fo ngãn*, quod in illis inveniatur tanta copia Christianorum Baccalaureorum, ut hi possint constituere experientiam multorum annorum. Attamen id perdifficile satis videtur iis, qui noverunt Baccalaureorum examina: nam cum ista contingant singulis tribus annis, id est, peracto uno examine, non nisi post elapsum triennium aliud succedat, ut constituatur experientia, non sufficit semel, aut bis id contigisse, sed opor-

tet ut ter, vel quater id contigerit; atque adeò debuerit præterire ad minimum novem annorum ſeries; unde id quod R. Pater vocat (*Eſperiencia de anos*) benè dicitur experientia multorum annorum.

Majorem difficultatem continet id quod ſequitur (*preſentandoſe deſpues ſin difficultad alguna los matricularon*, &c.) Qui hæc audit vel legit tam aſſeveranter à R. Patre dicta, ſi mores ignorat Sinicos, minimè dubitabit dictis à R. Patre aſſenſum præbere; ſed qui Sinicos callent mores, cum nulla dictorum afferatur probatio (niſi velimus cum Quintiliano dicere, quod *quorumdam probatio ſola ſit in aſſeveratione & perſeverantiâ*) coguntur, ut veritas ſuum obtineat locum, ea dicta improbare. Nam (*matricolarſe*) nihil aliud eſt quam in albo Baccalaureorum deſcribi. Quod album vocatur *hûm ngân*, eo quod in eo Baccalaureorum nomina rubro ſcribantur colore, & infrà Baccalaurei nomen, ſcribitur nomen patriæ, patris & matris, item Baccalaurei ætas, & vultus etiam lineamenta notantur: Suprà hæc apponitur ſigillum ſupremi ſtudiorum Moderatoris; ſicque Baccalaureus privile-

Digitized by Google

glis gaudere poteſt.

Quâ igitur ratione in *Fo nim*, & *Fo ngãn* ad libitum Baccalaurei deſcribuntur in albo ? ſi hi qui propter infirmitatem non potuerunt intereſſe cæremoniis quæ à ſummo Præfecto in collatione graduum peraguntur, ubi primùm convaluerint, oportet ſiſtere ſe ante Tribunal hujus ſummi Præfecti, qui vel in uno Baccalaureo prætermiſſas cæremonias peragit, & his peractis, ipſemet ducit Baccalaureum ad Cumfucii aulam, ut ſe diſcipulum profiteatur Cumfucii; & hâc cæremoniâ peractâ, ſcribit illius nomen in albo Baccalaureorum, & ſigillum apponit. Quomodo hæc poſſunt ad libitum fieri ? Et quomodo hæc poſſunt inferiores Præfecti facere; *hio quõn*, ſcilicet cum iſta dependeant à ſummo Præfecto ? & quamvis per dolum poſſent illæ cæremoniæ prætermitti, appoſitio ſigilli quomodo prætermitti poteſt ? & cum fiat per ipſummet ſupremum Præfectum, quomodo Præfecti minores dolum adhibere poſſunt in hac ſigilli appoſitione ? Quanta igitur veritas ineſſe poteſt in hac propoſitione, *la eſperiencia de anos en Fo nim, Fo ngãn es que los Bachilleres Chriſtianos jamas*

Digitized by Google

acudian à eſtas funciones, preſe ntando-ſe deſpues ſin difficultad alguna los matricularon, ſabiendolo los Pretores hio quõn ?) certè ſi quis conferat illa quæ accidunt re verâ in hac graduum collatione, quæ ut ſuprà dixi, ab obvio quolibet Baccalaureo percontari poterit, cum iis quæ in hac propoſitione aſſeverantur, non poteſt non rugas contrahere & ſtupere.

Prætereà particula (*ſabiendolo los Pretores hio quõn*) ſupponit Baccalaureum ex ſe accedere ad tribunal ſummi ſtudiorum Moderatoris & Præfectum inferiorem *hio quõn*, tantummodo ſcire Baccalaureum acceſſiſſe; quod eſt falſum: nam eſt neceſſe, ut ipſe inferior Præfectus Baccalaureum nondum in albo ſcriptum ducat & offerat ſupremo ſtudiorum Moderatori, dato priùs ſuper hanc rem ſupplici libello. Et hic inferior Præfectus *hio quõn* ſequitur ſupremum Moderatorem quando ducit Baccalaureum ad aulam Cumfucii, ut illi tanquam diſcipulus reverentiam exhibeat. Quomodo igitur dicit (*ſabiendolo los Pretores hio quõn*) & quamvis aliquando, ſed valdè raro poſſit contingere, ſicuti ſuprà dixi, quod aliquis Baccalaureus velit

ſubterfugere cæremonias quæ in oppidis peraguntur ; exponit tamen ſe periculo, ut in eum Præfecti graviter animadvertant ; poteſt enim accuſari quia contra leges fecerit, eò quod neglexerit Regis beneficium, renuens accipere balteum & flores, quibus Regis nomine donantur Baccalaurei ab oppidi gubernatore ; & quod noluerit reverentiam exhibere totius regni magiſtro Cumfucio, *Pu xeù hoe hûm pù tĕ xîm gin.* Sed de his ſatis ſuperque dictum ſit in gratiam veritatis dictorum à P. Martinio, qui ea expoſuit ante tribunal ſacrorum Purpuratorum ; qui Decretum tulerunt in favorem hujus veritatis quam tuemur.

ARTICULUS IV.

De Ritibus Cumfucianis.

11. §. LA quarta es : quando el verano y otoño los prefectos de las ciudades y villas haçen el *çi tim* eſte es el ſacrificio que ſe haçe el dia *tim*, &c.

Quarta cum Vere & Autumno civi-

Digitized by Google

ratum atque oppidorum Præfecti faciunt *ci tim*, quod est sacrificium fieri solitum ad diem *tim*.

12. §. El dia siguiente al canto del gallo ẽcha la señal acuden el prefecto y los demas letrados, &c.

Die sequenti ad galli cantum dato signo conveniunt Præfectus & cæteri Litterati, &c.

13. §. 2ª. Echas inclinationes delante dela estatua, levanta el prefecto un vaso de vino y se lee esta oracion, &c.

Parte secundâ fiunt prostrationes ante statuam, atque his peractis Præfectus vas vino plenum attollit, legiturque hæc oratio, &c.

14. §. La 3ª. parte cantãdo diçe el mastro de ceremonias, prosigamos la 3ª. parte, &c.

Tertiâ parte magister cæremoniarum cantando dicit, prosequamur ad tertiam partem, &c.

15. §. Sigueſe luégo otra funcion que es accompagñar el spiritu para que buelua à su lugar, &c.

Tum sequitur alter ritus deducendi spiritum ut ad locum suum revertatur, &c.

In his quinque §§. R. P. prolixè refert cæ-

cæremoniarum series, quæ aliis temporibus peraguntur in aulâ Cumfucii, & quamvis R. Pater sibimet videatur sedulus & diligens in his cæremoniis exponendis, tamen non pauca omittit quæ omittenda non fuerant. Deinde aliquas comparationes de suo addens veluti sale quodam respergit illas cæremonias, ut superstitionem sapiant legentibus, eosque attrahat in suam sententiam. Sed ego prorsùs ab his comparationibus abstinerem, ne Sacra prophanis misceantur. Nam R. Pater dicit cæremonias quæ ante Cumfucium aguntur, Missam veluti esse, in qua sacrificatur Cumfucio; in his tres Missæ partes distinguit, oblationem, elevationem, & consumptionem. Invenit etiam, *Flectunus genua*, & *levate*; & quia Cumfucius miris laudibus extollitur à Sinis, R. Pater in contemptum Cumfucii addit (*parece el inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista*) sed dum Cumfucium contemptui habet, interim sanctum Prophetam satis vulgariter tractare videtur.

Nec quadrat comparatio illa *flectanus genua*, & *levate*, cum illâ cæremoniâ ante Cumfucium exhibita; nam

flectamus genua, & *levate*, est genua plicare & illicò surgere. Quod verò in cæremoniis Cumfucianis agitur est tantum capite percutere solum, nec illicò surgere, sed post aliquam morulam, & quia, sicuti suprà dixi, R. Pater valdè minutim cæremonias refert, debet etiam & mihi veniam dare, si minuta etiam ego referam.

Dicit R. Pater pro suæ comparationis convenientiâ, quod quando exhibendæ sunt illæ reverentiæ ante Cumfucium, magister cæremoniarum altâ voce dicit, *quèi, flectite genua*, & posteà dicit *Ki*, id est, *levate*, quia duæ istæ literæ magis congruunt cum illo *flectamus genua* & *levate*: sed valdè diversæ sunt literæ illæ & voces, quibus cæremoniarum magister utitur quando Literatis edicit ut exhibeant reverentiam Cumfucio, sic enim primò ait, *pan çî*, id est, *ordinatè consistant*: deinde *Kiŏ cum, inclinent corpus*, deinde *pài, capite solum percutiant*, deinde *him* erigant sese. Deinde *pim xim, recto stent corpore*. Peractis posteà aliquibus cæremoniis, iterùm magister cæremoniarum dicit *sŭ fŏ, inclinent sese usque ad terram*, deinde *him, erigant sese*. Deinde *pim xim, recto stent*

corpore, quæ reverentiæ exhibentur ter vel quater : deinde expletis omnibus Magister cæremoniarum dicit, *li pi, cæremoniæ sunt absolutæ.* Hæc omnia invenies in libro *tà mîn ho ci, regis Chim tûm* anno tertio.

Sed antequam ad particularia descendamus, advertendum est R. P. Martinium, quando proposuit Sacræ Congregationi quæsitum circa cæremonias, quibus gradum suscipiant Baccalaurei, optimè proposuisse nihilque omisisse eorum, quæ ad illam pertinent functionem, eò quod Baccalaurei cogantur illas cæremonias peragere, quando gradum accipiunt, alioquin minimè possunt Baccalaureatûs insignia adipisci ; propterea juxta rei veritatem, sententiam in favorem obtinuit. Omisit verò reliquas cæremonias, quæ in honorem Cumfucii aliis temporibus à Sinensibus literatis exhibentur, & quidem consultò : nam cum illis intersit ad libitum, poterit quisque illis assistere vel non, prout sibi collibitum fuerit ; & quamvis multi literati & Baccalaurei dictis assistant cæremoniis, nulla tamen est illis imposita obligatio ut eò conveniant & cæremoniis intersint.

Præterea sciendum est, quod cum hæ cæremoniæ Cumfucianæ aliqua contineant, quæ primo intuitu nescio quid superstitionis oleant, antiqui nostri Patres, ut Christianos vel ab umbrâ superstitionis removerent, per modum consilii, non permittebant illis interesse, cum nulla esset obligatio, vel lex quæ Baccalaureos cogeret ad assistendum cæremoniis his; propterea etiam P. Martinius judicavit, sicut & reliqui Missionis Patres, non esse necessarium de illis apud Curiam Romanam mentionem facere, quia ad Christianos non pertinebant, & propter hanc causam non admodùm curarunt illas expendere, an reverà superstitionis culpæ essent obnoxiæ, an liberæ omninò ab illa macula forent.

Quoniam verò adversarii ex his cæremoniis non benè intellectis scalam sibi conficientes altiùs ascendunt, & probare contendunt Cumfucium esse idolum (quod nusquam probant, sed nec probare possunt) atque adeò evertere non solùm has cæremonias, sed omnem alium honorem à Sinensibus Cumfucio exhibitum; quod est contra justitiam, ut mox patebit, & janua clauditur literatis ad Baptismum, nec

periculo carebunt promulgatores divinæ legis, dum maledicunt regni totius Magistro, & hoc sine rationum fundamento : propterea oportet ad majorem Dei gloriam, ad veritatem sustentandam, ad aperiendam januam literatis ad Baptismum, ad innoxium hominem Cumfucium à calumnia liberandum, causam hanc suscipere. Vexillum nobis præfert in hac causa tuenda Sacra Congregatio de propaganda fide, quæ respondens 15°. quæsito R. P. Joannis Baptistæ Morales, sic ait, *cætera quæ redolent tantummodò cultum civilem aut ad illum reduci possunt permitti posse.* Probabo igitur omnia quæ interveniunt in his cæremoniis, ad cultum pertinere politicum & civilem, vel ad illum posse reduci.

Politia sive civilitas, secundum Aristotelem in Rhetoricis, est consuetudo rerum, secundùm quam vivere unumquemque & conversari decet ; propterea Lipsius civilem sive politicam vitam definit Societatem esse, in qua homines mixti degunt, ad mutua commoda, sive usum. Jus verò politicum & civile secundum Ulpianum est, quod neque in totum à naturali, vel gentium jure recedit, nec per omnia ei ser-

vit. Itaque cum aliquid addimus vel detrahimus à jure communi omnium gentium, jus proprium, id eſt, civile efficitur. Caïus verò Jureconſul. ait: quod *quiſque populus ſibi jus conſtituit, id ipſum proprium civitatis eſt, vocaturque jus civile, quaſi jus proprium ipſius civitatis.*

Ex his colligere poſſumus 1°. cultum civilem & politicum eſſe reverentiam & honorem alteri exhibitum, eo quod decens ſit, & conferat ad mutuum commodum & uſum. 2°. Colligere poſſumus cultum hunc civilem & politicum eſſe proprium & particularem ſecundum conſuetudinem proprii regni vel civitatis; neque debemus deducere paritatem unius regni cultûs, ad alterius regni cultum. Nam ſæpiſſimè accidit, quod id, quod in uno regno exiſtimatur cultus & reverentia, in altero fortaſſe erit irreverentia; ut apud Europæos pileum detrahere, quando mutuò amici ſe ſalutant reverentia eſt; apud Sinas verò irreverentia; nullus enim audet amico ſalutem dicere, aperto capite, quin imò ſuperioribus omnibus, vel ipſimet Regi, nonniſi operto capite reverentiam exhibent omnes. Unde malè faciunt qui politicos Sinarum Ri-

tus expendunt ex comparatione Rituum Europæorum, eos improbantes, sive etiam damnantes, quando Europæis non congruunt ritibus; contingit enim ut eadem exterior actio sit cultus religiosus apud nostros, apud Sinas verò sit tantùm cultus politicus, quia actiones quæ dependent à libera voluntate hominum, liberam etiam significationem accipiunt, prout illis libera voluntas attribuit.

Cum igitur, ut dixi, satis prolixè R. Pater describat aulam Cumfucii & actiones quæ in ea peraguntur, quæ omnes, ut legenti patebit, reducuntur ad genuflexiones, odorum suffitus & candelas accensas; item gratiarum actiones propter doctrinæ beneficium à Cumfucio acceptum, & orationem in genere exornativo in laudem præceptoris (de reliquis actionibus & functionibus infrà sermo erit;) quæ omnia cum sint politici cultus, & honoris affectus & effectus, qui per illas externas actiones à senioribus institutas foras demonstrantur, quisnam doctus vir poterit illis superstitionis notam appingere?

Quod ex eo clarissimè patet, quia Ritus isti cultûs & honoris non solùm Cumfucio exhibentur; sed omni-

bus aliis qui aliquo funguntur officio, vel dignitate præeminent, vel virtutibus præfulgent, vel beneficio homines affecerunt. Et cum politica Sinarum consuetudo sit, mortuos suos eo prosequi cultu & honore, iis Ritibus & cæremoniis venerari, quibus dum viverent honorabantur; sic enim aiunt classici Sinensium codices *sú sú giû sum sú vaìn giû çun, eo obsequio mortuos prosequere, sicut vivos prosequebaris; servias vita functis, sicuti si præsentes adessent.* Si dum viverent, non erat superstitiosa res istis cæremoniis illos colere, neque post mortem iisdem prosequi. erit superstitiosum.

Et ad particularia singula descendendo, quis ignorat apud Sinas genuflexiones esse politicum reverentiæ signum erga Superiores, & amoris inter amicos? odorum suffitus adhibentur ab omnibus, quotiescumque novus aliquis Mandarinus gubernationem adit, obviam illi procedentibus populis cum virgulis odoriferis; quin & mensas præparant holoserico palliolo ornatas, super illas acerras componunt, in quibus ardent odores, utrimque candelabra statuunt, cum accensis candelis; medium inter acerram & candelabra occupant

duo vasa floribus onusta, vocantur hæ mensæ *hiâm ngàn*. Hoc etiam modo comitantur beneficos in populum Mandarinos, quando perfuncti officio discedunt. Item quando particularis aliquis, vel tota aliqua familia notabili beneficio afficitur, tunc benefactori vel in publicâ plateâ, vel intra domesticos parietes, qui beneficio fuerunt affecti, virgulas odoratas manibus præferentes, genuflexi gratias reddunt. Mensarum *hiâm ngàn* item est usus in diebus natalitiis, propterea parentes & amici offerunt ei, cujus dies natalis agitur, candelas & odores. Item in celebratione sponsalium & nuptiarum, vel quando nascitur domi filius, cæterisque similibus, quæ omnia sunt signa lætitiæ. Præterquamquòd acerras istas cum odoribus, aliquando cum candelis, aliquando sine candelis, passim quisque poterit invenire apud honestos literatos, vel etiam divites plebeios; ex quibus possumus optimè intelligere odores & candelas, item flores nonnisi ad politicum cultum pertinere.

Sed quid dicemus de gratiarum actione, & panegyrica oratione? numquid superstitionis vitio sunt notandæ, cum pertineant ista ad justitiæ virtu-

rem? debemus enim secundum justitiæ regulas benefactori gratias agere, eumque laudibus cumulare, nec erit aliquis humanitatis sensu præditus, qui his regulis contradicere audeat. Propterea dixit Seneca, * *Ingratus est qui beneficium accepisse negat, qui dissimulat, qui non reddit; ingratissimus omnium qui oblitus est.*

Describit etiam R. Pater cæremonias quæ in eâdem aulâ habentur, quando novi gubernatores gubernationem adeunt. Item cæremonias quas iidem gubernatores singulis mensibus bis in eâdem aulâ Cumfucii præsentibus multis Baccalaureis perficiunt: sed cum in istis cæremoniis nihil aliud contineatur quam politicus ritus genuflexionum, odorum, &c. ut suprà diximus, nullâ possunt hæ cæremoniæ superstitione notari, quod infrà etiam clariùs patebit.

* *Lib. 8. De Benef.*

Digitized by Google

ARTICULUS V.

De cæremoniis Æquinoxiorum.

SEd veniamus modò ad quartum cæremoniarum genus, quod singulis annis bis adhibetur Vere & Autumno, qui quidem Ritus exhibendi honorem Cumfucio vocatur *çi tim*, quem R. Pater describit magnâ cum diligentiâ & observatione, ut suprà diximus. Facit etiam mentionem de Sacrificulo & ministello alludens ad verba P. Martinii dicentis in collatione graduum, nullum adesse *Sacrificulum*, seu ministellum, quæ duo nomina accipit R. Pater pro duobus *parvulis Sacrificiis*, *cum tamen Sacrificulus* sit nomen diminutivum à nomine *Sacrificus*, quod est sacrificans; *ministellus* verò sit nomen diminutivum à nomine *minister*, quod est *ministrans*. In contemptum verò Bonziorum, P. Martinius appellat illos ministellos. Igitur P. Martinius loquens de graduum collatione dicit, *nullum adesse Sacrificulum*, *vel ministellum*. Sed dico etiam ego in his cæ-

remoniis *çi tĩm* nullum etiam adeſſe Sacrificulum ſeu miniſtellum ex Bonziorum Sectis ; nam omnes prænarratas cæremonias perficit ſolus civitatis vel oppidi gubernator *chĩ fù*, vel *chĩ hién*. Nam cum iſti ex legibus Sinarum decorentur honorifico nomine, patris, vel avi, & quidem gubernator civitatis à literatis & honoratioribus vocatur *laò cum çà*, id eſt, *dominus avus*; gubernator verò oppidi ab iiſdem vocatur *laò fú mù*, id eſt, *dominus pater & mater* : illorum quilibet in ſua civitate, vel oppido tanquam avus, vel pater Baccalaureorum offert illas oblationes Cumfucio in gratiarum actionem pro beneficio doctrinæ ab illo acceptæ, in quo ritu peragendo ſtudiorum Rectores, id eſt, minores Præfecti, *hiô quõn* dicti, perſonam referunt, quaſi ludimagiſtri à patribus Baccalaureorum *chĩ fù*, & *chĩ hién* conducti. Si verò adſunt Baccalaurei ex familia Cumfucii, ipſi adjuvant gubernatores *chĩ fù*, & *chĩ hién* in his cæremoniis peragendis. Si verò non adſint, quilibet alius Baccalaureus hoc poteſt officium præſtare.

Adſunt etiam duo alii Baccalaurei, quorum officium eſt ordinem cæremo-

niarum indicere, & hi vocantur *Lè ſém* communi nomine; proprii verò officii nomine, unus vocatur *tiẽn y*, alter vocatur *in çan*, quos nos vocare poſſumus *cæremoniarum magiſtros*: atque hi omnes nullâ aliâ veſte utuntur, quàm Mandarinis & Baccalaureis conſueta; quod id ipſum ſignum eſt politicum ritum eſſe, non religioſum. Sacrificuli namque, & idolorum miniſtelli, quoties idolis litant, conſuetas deponunt veſtes, & pileos, alioſque aſſumunt proprios, & determinatos ad nefarios ritus peragendos.

Ad particularia hujus Vernæ Autumnaliſque cæremoniæ deſcendendo, dico cæremoniam hanc non eſſe propriam & particularem Cumfucii, quamvis proprio & particulari apparatu Cumfuciana perficiatur, ſed communem omnibus Mandarinis, yel etiam plebeiis hominibus qui inter contribules ſuos virtutibus floruerunt, quorum nomina ex Regis ordinatione & poſt rigidum examen inferuntur in hanc ſtudiorum curiam, & in aulâ non admodum à Cumfucii aula diſſita collocantur, vocaturque oppidanorum virtute florentium aula, *hiâm hiẽn çù*. Ex proborum iſtorum familia eligitur unus, cui ex

Regis beneficentia confertur gradus Baccalaurei, qui gradus est perpetuus in illâ familiâ; id est, uno mortuo eligitur alius à familiæ principe, nec ullo prævio examine opus est, parumque refert, si non admodùm sit literis excultus, gaudet tamen omnibus Baccalaureorum privilegiis: hujus officium est Cancellariis Mandarinis assistere iisque ministrare, quando cæremonias istas Vernas & Autumnales in hac proborum aulâ hi peragunt, quamvis, ut dixi, non eo apparatu, sicuti Cumfucianæ cæremoniæ peraguntur. Et quia probi isti vocantur *hiăm hiên*, *Baccalaurei*, isti vocantur *hiăm hiên siéu çai*, id est, *proborum Baccalaurei*, & quamvis gaudeant cæterorum Baccalaureorum privilegiis, tamen inter Baccalaureos non admodùm caput attollere possunt.

Eædem cæremoniæ Vernæ & Autumnales exhibentur etiam benemeritis Mandarinis, qui cum justitia, & virtutis laude, civitatis vel oppidi gubernationem administrant, quorum nomina servantur in eâdem literariâ Curiâ, ubi propria illis est erecta aula, quæ vocatur *mim hòan çû*, id est, *præclarorum gubernatorum aula*: abso-

satis igitur cæremoniis Cumfucianis immediatè post, in utrisque aulis peraguntur hæ Vernæ & Autumnales cæremoniæ in honorem istorum Præfectorum, propter benè administratam Provinciam, civitatem, vel oppidum, & in honorem proborum civium, quia suis virtutibus patriam decorarunt. Quis igitur non intelligit omnes istas cæremonias ad cultum pertinere politicum & civilem, memorias recolendo proborum & benefactorum?

Eædem etiam cæremoniæ Vere & Autumno habentur in his Regis, regulorumque aulis, in quibus majorum nomina asservantur, quas itidem peragunt Mandarini & honesti viri in domesticis avorum defunctorum aulis, quas vocant *çû tâm*, quæ omnia possunt videri in libris *liki*, vel si mavis in libro *chûm iûm*, ubi sic habetur: *Vere & Autumno componebant (antiqui Reges & seniores) suorum avorum aulas, proferebant illorum digna & illustria vasa, & instrumenta; offerebant illorum vestes, offerebant illorum temporum*, Veris & Autumni, *edulia*, &c.

Ex quibus verbis constat ritum hunc esse communem & à veteribus institum fuisse, ad recolendam majorum

memoriam propter beneficia ab illis accepta; & quia illorum præsentia carebant, illorum memoriam refricabant, & aliquo modo consolabantur intuitu instrumentorum, & vestium, quibus illi aliquando usi fuerant, dum viverent; poma, fructusque reliquosque cibos præparabant, quibus olim vesci consueverant, ut sic magis in seipsis suorum avorum refricaretur memoria, & affectus & amor excitaretur erga homines sibi benefícos. Selegerunt verò duo hæc tempora Veris & Autumni, quia Autumno pallida ex arboribus folia decidunt, & tunc dolentes recolunt parentem, vel benefactorem occubuisse, tanquam deciduum ex arbore folium; Verno autem tempore, quia arbores in gemmas prorumpunt, novaque folia floresque explicant, tunc parentum & benefactorum memoriam recolunt, optantes illos redivivos habere tanquam novos flores: ita liber *liki*.

Quis igitur audebit dicere ritus hosce non esse politicos, sed esse superstitioni obnoxios, cum à superstitionis formali ratione sint immunes, juxta doctrinam sancti Augustini, qui * sic definit superst-

* *L. 2. de doct. Christ. c. 20. to. 3.*

titiosam rem vel actionem: *Superstitiosum est quidquid ab hominibus institutum est ad faciendum & colendum idolum, vel pertinens ad colendum sicut Deum creaturam, vel partem creaturæ:* Cum igitur Sinenses nullam tribuant divinitatem Cumfucio, cæterisque parentibus, vel benefactoribus, neque venerentur illos ut sanctos eâ sanctitate supernaturali quâ in Ecclesia Dei floruerunt, florentque Sancti, sed tantùm quia moralibus virtutibus exculti fuere viri; quarum virtutum usu, beneficia in homines contulerunt, & in dies conferunt, propter doctrinæ præcepta & virtutum exempla posteris relicta, quæ ad mutua hominum commoda, & civilis vitæ usum, quotidianæ actiones, reposcere videntur: certum est nullam posse his cæremoniis superstitionis notam appingi.

Et quidem quantum attinet ad genuflexiones, suffitus, candelas, gratiarum actiones, laudes &c. jam de istis suprà probavimus omni superstitione carere; alias verò cæremonias quas R. P. in hac descriptione enumerat explicare oportet, ne lector Sinensium morum inscius & Europæis assuetus, ex illarum nudâ inspectione rugas contra-

hat, quasi verò nescio quid superstitiosum oleant.

ARTICULUS VI.

De oblatione animalium.

DIcit R. Pater offerri Cumfucio suem & capram, triticum, fructus, & legumina; addo ego & cervum & olera, aliaque, quæ munera offeruntur Cumfucio in signum grati animi, propter Doctrinæ beneficium ab eo acceptæ, quod quidem officium munera offerendi eidem exhiberent, si vivus esset, juxtà Sinicas leges, quæ jubent mortuos honore illo colendos esse, quo, dum inter vivos existerent, colebantur, iisdem scilicet ritibus, cæremoniis, & muneribus, ut supra diximus; *Sú sú giû sù sem.*

Et ut clariùs intelligatur, munera ista nullam habere superstitionem admixtam, sed omnia ritu politico perfici, & civilem tantummodò cultum & honorem præferre; sciendum est quoties novus aliquis Mandarinus gubernationem adit, ubi primùm Curiam

ingreditur, & sus, & capra, & fructus, & oriza, aliaque unà cum vino super magnas mensas in vestibulo primæ aulæ utrimque exposita, à primoribus illius oppidi vel civitatis supplici libello, novo illi Mandarino offeruntur in illius honorem & obsequium, eumque ritum & cæremoniam observant, quoties supremus aliquis præfectus loca sibi subjecta percurrens visitat. Eodem obsequii genere excipiuntur in conviviis magni hospites, sive actuales sint Mandarini, sive non, quæ munera præparantur ante illius aulæ januam, in qua convivium agitur, & in ipso aulæ vestibulo à convivii Domino officioso libello magno illi hospiti offeruntur, & ab hujus hospitis famulis auferuntur illicò, qui inter se illa dividentes, in proprias cujusque domos asportant. Hic idem etiam ritus servatur quoque, sed majori etiam cum apparatu, in natalitiis Mandarinorum omnium, nobilium civium, & etiam divitum plebeiorum. Atque possumus affirmare quod nullum penè sit apud Sinenses, lætitiæ, obsequii, & grati animi officium, quod non his cæremoniis, ritibus, muneribus compleatur; quæ cum omnibus nota sint, non est

opus pluribus verbis illa referre.

Cum igitur omnia supradicta ad politicam civilemque consuetudinem pertineant, quare non etiam ad politicum officium spectare dicemus ea munera quæ Cumfucio offeruntur, cum tantummodo, ob grati animi signum propter Doctrinæ beneficium offerantur. Quod etiam hoc possumus argumento probare: Prædicata quæ affirmantur, vel negantur de unâ aliquâ re, conveniunt etiam alteri rei, quæ specificatur ab eadem ratione formali, per quam prima illa res specificatur: Sed munera supradicta, quæ vivis offeruntur, & munera quæ Cumfucio offeruntur, specificantur ab una eademque ratione formali, quæ est grati animi officium; ergo Prædicata quæ affirmantur vel negantur de muneribus vivorum, conveniunt etiam muneribus quæ Cumfucio offeruntur. Sed in muneribus quæ vivis offeruntur solus viget politicus ritus: ergo etiam in muneribus Cumfucii solus adest politicus ritus. Quod autem munera ista offerantur Cumfucio & cæteris defunctis benefactoribus (eadem enim est ratio) ob grati animi signum, ipsimet qui munera offerunt, hoc fatentur, & veterum codices idem testantur, ut in-

Digitized by Google

frà plenius. Neque enim illum, tanquam divinitatem habentem, neque tanquam sanctum aliquem, supernaturali sanctitate præditum venerantur, neque ab eo quicquam sperant, vel petunt, ut infrà.

Neque dicas propter munerum magnitudinem, & rituum pompam, summaque obsequia à literatis Cumfucio exhibita, superstitionem contrahere politicum grati animi officium; nam ut supra retulimus ex S. Augustino, *superstitiosum illud est, quod ab hominibus ad colendam creaturam tanquam Deum, vel partem creaturæ, institutum est*; quod non contingit in Cumfucianis cæremoniis, in quibus Cumfucium neque ut Deum, neque ut deitatem participantem venerantur literati Sinenses. Prætereà non solemnitas, non apparatus, non magnificentia munerum sunt expendenda, ut de superstitionis vitio cæremoniæ & ritus notari possint, sed intentio propter quam hi ritus perficiuntur, & significatio, quæ muneribus illis ab hominibus affigitur.

Propterea S. Doctor ait, * *in oblatione sacrificii non pensatur pretium occisi pecoris, sed significatio, quâ hoc fit*

* 2. 2. q. 85. ad 2.

in honorem summi Rectoris. Et S. Augustinus ait, * *quod quando dæmon incitat gentiles ut se adorent, parum curat de animalibus, quæ sibi à gentilibus offeruntur, sed æstimat honores, quibus tanquam Deus adoratur*; subditque, dæmones non cadaverinis nidoribus, sed divinis honoribus gaudere. Ex quibus benè patet quàm longè absunt à superstitione, munera quæ Cumfucio offeruntur, quia illi offeruntur non tanquam alicui Deo, vel quid divinitatis habenti, sed tanquam magistro & benefactori, cujus memoriam duobus illis temporibus Vere & Autumno magnâ solemnitate recolunt literati; atque hæc de substantia munerum dicta sufficiant. Nunc de aliquibus circumstantiis, quæ afficientes munera, modificant illa, dicamus, ac primum vera à falsis separemus.

Dicit R. P. loquens de Cumfucii
» aulâ sequentia, La puerta unas vezes
» esta abjerta, otras cerrada, dentro
» esta la estatua del Cumfucio, dentro
» de un tabernaculo con dos medias
» puertas cerrado, que solo se abre,
» quando le sacrifican §. 7.
» Janua interdum aperta est, inter-

* L. 10. de civ. Dei c. 19.

dum clausa. Ibi est Confucii statua « intra tabernaculum, quod duabus val- « vis occluditur, tumque duntaxat ape- « ritur, cum peragitur sacrificium. §. 7. «

Huic assertioni respondeo hisce temporibus nullas haberi, vel exponi Cumfucii imagines in dictis aulis, quamvis & hoc parùm officeret nostræ sententiæ, nisi hoc præter morem fortè contingat in civitate *Fō nám*, & oppido *Fó ngán*, vel etiam alio loco simili; nam data opera abstinent literati à statuis Cumfucii, ne cum idolis reliquarum sectarum similitudinem aliquam, summus illorum magister habere videatur; & quia cum processu temporis statuarum materia corrumpatur, nolunt illi amantissimi præceptoris effigiem deformatam aspicere. Hæc ego accepi à Christiano quodam baccalaureo.

Dicit etiam R. Pater §. 11. quod sus occiditur ante Cumfucii tabellam, id est, in qua Cumfucii, nomen scriptum est. Sic enim habet; En la sala *mim* « *lún tâm*, sobre una mesa se colloca « la tablilla de su maestro, *del Cum-* « *fucio*, ante ella se componen y dis- « ponen las semillas, frutas, y legum- « bres &c. en el patio se colloca otra « mesa con candelas encendidas, braçe- «

» ros y olores. En frente della ſe po-
» ne un puerco vivo &c. Y deſpues le
» matan §. 15.

» In aulâ *mân lún tám*, menſæ im-
» ponitur tabella Magiſtri, *Cumfucii*
» *ſcilicet*, atque ante ipſam componun-
» tur & diſponuntur herbæ, fructus,
» legumina. In areâ collocatur altera
» menſa cum cereis incenſis, prunis ar-
» dentibus & odoramentis; è regione
» ſtatuitur ſus vivus &c. quem poſteà
» mactant. §. 15.

Reſpondeo quod ſus, cervus & capra occiduntur in loco, ſed valdè diſſito ab illâ menſâ, & per conſequens à tabella Cumfucii, in quo loco à ſanguine & ſordibus purgantur. Occiduntur enim in atrio poſt primam portam antequam perveniatur ad aulam Cumfucii. Oportet enim antequam ad illam perveniatur, tres portas & tria atria tranſire, & per hæc patet non occidi in atrio aulæ, *mîm lún tám.*

Dicit etiam R. P. has cæremonias celebrari cum muſicâ & ſaltationibus.
» Sic enim habet: *El* 40. año de el
» Emperador *Hûm vû* eſtablecio que al
» Cumfucio ſe hicieſſe ſacrificio &c. y
» que haia muſica è dança §. 15.
» Anno quarto Imperatoris *Hûm vû*,

ſtatutum

ſtatutum fuit, ut ſacrificium Confucio fieret &c. cum muſicâ & ſaltatione &c. §. 15. "

Dicendum tamen ſi muſica intelligatur pro cantu muſico, falſum eſſe; ſi vero accipiatur pro muſicis inſtrumentis concedendum: Sic etiam nullæ agitantur choreæ & ſaltationes, cum hodie apud Sinas, nullus ſit chorearum uſus, nec in ipſis comædiis ſaltationes habeant ludiones; quod enim dicitur in Edicto regio anni 4. regis *Hûm vû*; non dicit *que haiá muſica y dança*: ſed qui muſica pulſant inſtrumenta, item geſticulatores, qui omnes ſunt literati, dicti *Kien ſem*, philoſophorum, militumque magnorum Mandarinorum filii, & qui ſunt reliqui Baccalaurei ante doceantur, & in his cæremoniis exerceantur. Dixi (geſticulatores) nam quamvis nullæ ſint ſaltationes, & tamen in illis cæremoniis adſunt aliqui unà cum pulſatoribus inſtrumentorum, qui manibus vexillula quædam præferentes, modò illa in altum efferunt, poſtmodum deprimunt, deinde ad dexteram, & ex hac ad lævam extendunt & hi vocantur *vû ſem*.

Narrat præterea R. Pater quomodo ſus, qui in munus Cumfucio offertur;

seligitur inter reliquos, hoc pacto: videlicet, infunditur vinum calidum in suis auriculam, si sus caput agitat ob vini infusionem eligitur, si vero immotus manet, rejicitur. Sic enim habet: En frente de la mesa se pone un puerco vivo, haçese la ceremonia de escoger las vexes; loqual & assi. Hechan vino caliente en la oreja del puerco. Si menea la cabeça, entonces se accepta para el sacrificio, si nó, se repruęva. §. 11. E regione mensæ statuitur sus vivus, qui hoc ritu & çæremoniâ probatur. In aurem suis vinum calidum infunditur. Si caput illicò sus moverit, aptus ad sacrificium creditur, sin minus, rejicitur. §. 11. Qui modus eligendi videtur superstitionem involvere.

Respondeo: quod omnia illa, quæ cadunt sub electione, si sunt indeterminata, per aliquod debent determinari, ut hoc potius, quàm illud eligatur, vel quando omnia sunt paria, voluntas imperio libertatis suæ unum eligit, alterum respuit, prout sibi collibitum fuerit: relictâ igitur electione quæ fit per libertatis imperium, dicamus de rebus quæ sunt indeterminatæ. Igitur si ex his volumus aliquam eli-

gere, oportet ut per aliquod signum in cognitionem veniamus bonitatis, quę illi rei inest, ut possimus illam eligere & illam respuere, quæ ea bonitate caret. Exempli gratiâ, cum quis testaceum vas ex multis eligere voluerit, percutit illud, antequam eligat, & ex sono dignoscit integrum ne, vel tenui aliqua rima sit fissum. Ova auribus admota, manuque bis vel ter quassata, si vitellum ex quassatione movetur, signum est ovi minimè recentis, si non movetur tanquam recens eligitur.

Solofrà, civitas est in regno Neapolitano; in ea celebres porcorum medici, mercatoresque degunt, qui hac utuntur arte in eligendis porcis quos sibi coëmere volunt. Peracutam subulam porci dorso infigunt, si porcus statim grunnitum edit, corpusque dimovet, rejicitur, si verò per aliquam temporis moram perstans est, nec corpus agitat, eligitur: hujus autem rei rationem hanc reddunt, quia vegetior & pinguior porcus, dum subula crassius illius lardum pertransit non infligit porco dolorem, & propterea non illicò corpus dimovet; qui verò macer est, vel non admodum pinguis, punctus à subula illicò dolorem persentit, pro-

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1897

ptereà grunnit, & movetur. Ex quibus patet responsio ad hanc porci electionem. Nam vegetior sus ad hanc calidi vini infusionem, quia spiritosum sanguinem habet, illicò grunnit, caputque dimovet. Infirmus verò vel senior sus, cum sensum habeat hebetiorem non potest sic affici ab acrimonia calentis vini, ut illicò caput moveat, circumagatque. Cupientes igitur offerre benefico præceptori melius & vegetius animal, hanc servant in eo eligendo regulam.

Nec mirum, nam in aliquibus Galliæ regionibus per hanc calidi vini in auriculas infusionem, valentiores vegetioresque probantur equi, atque adeò cum electio hæc à naturalibus pendeat causis, ab omni prorsùs superstitionis umbra immunis est. Adde etiam quod hæc regula non est propria Sinensium, nec in omnibus locis, in quibus Cumfucianæ cæremoniæ peraguntur, observatur. Et mihi familiaris quidam Mandarinus retulit, morem hunc infundendi vinum in animalis auriculam, invectum fuisse ab uno regio Eunucho, qui missus ad aliqua tractanda negotia in exterum regnum, vidit & observavit iis in locis animalia seligi per illam calidi vini infusionem. Propterea

in regiis Edictis latis pro cæremoniis Cumfucianis nulla fit mentio talis electionis. Veteres namque Sinæ proprium & peculiarem modum habent in seligendis animalibus, quæ proavis suis, vel aliis benefactoribus in munera offerre consueverunt. Eumque liber *Lí Kí* describit hoc pacto.

In mandatis datur illi, qui curat panegyricam orationem, ut seligat animal offerendum. Ac 1. *inspicere debet an sit integrum.* 2. *an herbas comedat, vel res alias.* 3. *observet an sit pingue vel macrum* 4. *examinet colorem, uno ne an disparibus sit affectum coloribus.* 5. *observet diversitatem inter unum & alterum, minorisne sit vel majoris ætatis, eminens ne sit, vel brevior corporis statura; quæ quinque conditiones, moralem finem respiciunt, ut animal quod offertur sit undequaque perfectum, quemadmodum quando amico vel benefactori aliquid offerimus, curamus ut nostrum munus nulla sit macula affectum, ne amicum offendamus.* Sed præstat Sinicum textum legere qui sic habet.

11. §. Dicit R. Pater, urbis, vel oppidi Præfectum studiorum reverentiam exhibere sui, antequam mactetur, & mactato iterùm idem obsequium præs-

tare. Sic enim habet: Antes de matar » el puerco el prefecto le haçe una pro» funda inclination, muerto ya le ha» ce otra inclinacion §. 11. Antequam ſus » mactetur, Præfectus ſe ante ipſum » animal humiliter demittit, ac rursùm » poſtquam ſus occiſus eſt. §. 11. Quod quidem ſi non ſuperſtitioſum, ſaltem abſurdum videtur.

Reſpondeo jam me ſuprà dixiſſe regnorum conſuetudines, moreſque & varios eſſe, & variam habere ſignificationem. Unde ex conſuetudinibus Europæis non benè deducimus malas vel bonas eſſe aliorum regnorum conſuetudines. Mos eſt enim apud Sinenſes, ut quando munera mittuntur, vel recipiuntur ab aliquo primario viro, vel nobilitate, vel Magiſtratu conſpicuo, tunc muneribus ipſis reverentia exhibetur. Sic ipſemet Cumfucius agebat quando munus aliquod illi mittebatur. Unde in libro *ſún yû* habetur quod quidam Mandarinus nomine *Cam çũ*, miſit Cumfucio pharmacum. Cumfucius pharmaco reverentiam exhibens domum admiſit, ſed noluit uti, eo quod neſciret pharmaci uſum & virtutem; Commentator verò ſic ait: *quando in mutuis offertur aliquid comeſtibile reveren-*

tia exhibenda est, &c. Sic etiam muneribus quæ pro sponsalium celebratione mittuntur reverentia exhibetur à propinquis utriusque domus, sponsi videlicet & sponsæ; propterea nec absurdum videri debet si muneribus quæ Cumfucio offeruntur reverentia à Præfectis exhibetur, quia in honorem summi præceptoris, non autem animalis illud officium præstatur.

12. §. Dicit R. Pater omnia quæ Cumfucio offeruntur manibus extolli, & elevari ante tabellam Cumfucii, sic enim ait: Dicho esto el prefecto, con las dos manos levanta una bandeja de delante dela estatua de este maestro, *& paulò inferiùs*, y toccando los musicos toma de la mano del ministro la pieça de seda, y con dos manos la offreçe al Cumfucio, toma despues il vaso del vino de las manos del otro, y levanta en alto §. 12. item, uno de los ministros le dà vino en un vaso, el qual levanta en alto con dos manos §. 14. &c. His dictis, Præfectus ambabus manibus attollit catinum quem bandejum vocant ante Cumfucii statuam... *Et paulò inferiùs* & pulsantibus musicis accipit à Ministro pannum sericum, quem utrâque ma-

» nu. ſublatum offert Cumfucio. Dein-
» de vas vini accipit ab alio atque at-
» tollit. §. 12. Item unus ex Miniſtris
» dat ipſi vinum in vaſe quod utraque
» manu in altum attollit. §. 14. Quæ
quidem elevationes cultum Cumfucii
ſuſpectum reddere poſſunt.

Reſpondeo elevationes iſtas in genere civilium officiorum inter Sinas primum locum obtinere; nam nullus eſt politicus & urbanus vir, qui in multis congreſſibus, prout ſeſe res offert, iſtis non utatur elevationibus, in conviviis verò, non priùs quis bibit, quin vini ſcyphum ambabus manibus elevet, neque è patinis cibos capit, quin priùs bacillos utrâque manu in altum efferat. Convivium verò ſic auſpicatur convivii dominus, vini poculum in altum elevat & ſupra menſam collocat, bacillos deinde extollit, & ſupra menſam componit. Deinde primum ferculum in eâdem menſâ appoſitum elevat, & reponit; ſic etiam juſculi ſcutellam elevat & reponit, poſteà manicis è ſella pulverem excutit, & reverentiam exhibet ſellæ. Poſtmodum hoſpitem ad primam ſtationem conducit, eique iterùm reverentiam exhibet, hoſpes verò vicem rependens convivii domino, omnibus

Digitized by Google

his officiorum generibus eundem excipit, quibus expletis sedent omnes, & elevatis poculis mutuò sibi propinant, bibunt & comedunt, &c. Ex quibus benè possumus colligere elevationes istas eduliorum, vel aliarum rerum non pertinere nisi ad politicum & civile officium, quibus debitum honorem sibi mutuò præstant.

ARTICULUS VII.

De vini oblatione, ceu Fō çieù.

§. 14. DIcit R. Pater in his cæremoniis vini pocula distribui, quod vinum vocatur, *bonæ fortunæ vinum*, *fō çieù*, in qua appellatione superstitio intercedere videtur; quasi verò literati Sinenses putent vinum illud Cumfucio oblatum virtutem concepisse, bonam bibentibus conferendi fortunam.

Respondeo numquam Sinensibus literatis in mentem venisse, vinum illud virtutem habere conferendi bibentibus bonam fortunam, nisi fortasse id autument ex Sectariis aliqui, qui ex

omnibus auſpicia ſumunt; nam cæremonia illa nihil eſt aliud, quàm benè precandi formula propter præſentem & communem illam lætitiam, quaſi verò fortunatus ceſſerit ille dies his, qui lætitiâ illâ affici meruere. Sic in natalitiis Mandarinorum nobiliumque, ab amicis qui illius natalem diem celebrant, inter alia munera affertur capſula minio perlita, & aureis floribus conſperſa; intus adeſt patina octo diſtincta cancellis, in quibus octo diverſi generis bellaria conduntur: Igitur poſt exhibitam Mandarino, cujus dies natalis agitur, ab omnibus reverentiam, honoratior inter amicos, ei vini poculum offert dicens, *xeù çieù* id eſt, longævæ ætatis vinum, vel *fō çieù* id eſt, *fortunatum* vinum, nam hæ duæ dictiones in natalitiis promiſcuè uſurpantur: poſt poculum alter ex honoratioribus fruſtum bellariorum è capſula effert, eidemque porrigens dicit *xéu tâm*, id eſt, longævæ ætatis Saccarum, ſicque ter vinum, terque bellaria offerunt: in qua cæremonia, quis unquam cogitare potuit vinum & bellaria illa longiorem vitam, ſive bonam conferre fortunam? cum aliud nihil contineat, præter benè precandi formulam.

Digitized by Google

Sic etiam in amicorum congressibus, dicimus Europæi, gratias amico agentes, fortunatum mihi reddidit hunc diem dominatio tua, vel dominationis tuæ jucundissima consuetudo, quod etiam officii genus Sinis quoque est admodùm familiare. Sæpè enim in suis congressibus dicunt, *Kin gẽ laò sien sim sù cú hiõ sem tã fõ*, id est, hodie dominatio tua dignata est me visere, & ego fortunam adeptus sum bonam; quis unquam damnabit familiares has loquendi formulas, & superstitioni faciet obnoxias? sic etiam apud nostros Europæos in conviviorum propinationibus convivæ mutuò sibi propinant ad salutem Regis, Principis, parentum, amicorumque. Numquid haustûs vini epotus à convivio superstitionis vitium contrahit, quasi verò vim habeat Regi conferendi salutem, vel ad illius vitam prolatandam conferat, influatque? Quis unquam talem cogitationem admittet? nisi qui à congressibus humanis omne postulat humanitatis officium auferre, atque adeò quotidianæ illæ formulæ *fausta dies, fausta nox, faustus annus*, quas identidem habemus in ore, eliminentur & ad orcum mittantur. Sicut & illud, *quod fœlix, faustum for-*

tunatumque sit Reipublicæ, Senatui, Regi, Principi, &c. Et apud Sinas quando vident aliquem bonâ præditum valetudine benéque disposítum, plaudendo ei dicunt, *fò ùm*, id est, faustus vultus.

Per Deum quæso ne postulemus à Politicis Sinarum Ritibus prævos significatus premendo extrahere, imitantes aranearum naturam, quæ ab innoxiis floribus etiam venena sugunt; sed quia adversariorum mens fixa adhæret uni sententiæ quæ Sinicos Ritus condemnat, & superstitioni obnoxios facit, parata semper impellere lapsantes, cum possent (propter animarum salutem) benignâ eos potiùs interpretatione levare; nos è Sinicorum codicum fontibus argumenta producamus, tanquam rivulos quosdam, quibus maculam ab adversariis appositam hisce Ritibus, eluamus.

Et quamvis possent literati Sinenses sine ullâ superstitionis notâ illud vinum bibere, illudque vocare *fò çieù*, fortunatum vinum, vel *hi çieù*, id est, lætitiæ vinum, sicut mos est appellari in natalitiis & aliis festivis hilaribusque conviviis, eò quod fortunatos fœliceſque se putent his cæremoniis,

Digitized by Google

functionibusque assistere posse : nisi enim exculti fuissent Doctrinis Cumfucii, gradum Baccalaureatûs non fuissent adepti, atque adeò in eo gymnasio locum non haberent ; nihilominùs tamen illa *Fó* litera tantùm abest ut significet bonam fortunam, quin adeò moralem significationem habet, ut quivis ex illa significatione, & actiones suas rectè dirigere, & mores proprios componere posset, sic enim habet liber *Li kí*, ut infra.

Virtute præditus homo cum munera offert, utique fœlicitatem consequetur, non illam quidem quam vulgus vocat fœlicitatem sive fortunam, nam litera hæc Fó *propriè significat omnia prompta paratáque habere*, quod explicatur per hanc literam Pí. *Hæc autem litera* Pí *nomen est, quod significat, omnia procedere juxta exigentiam & congruentiam rei*, pichè pe xûn chi mîm, *atque adeo omnia illa* (sive omnes illæ actiones) *quæ nullum habent impedimentum, sed juxta rei exigentiam operantur, dicuntur & explicantur per hanc literam* Pí. (vult dicere) *intra domesticos parietes vires exhauriat quisque in illis exequendis, quæ ad propriam personam spectant ; foris verò, rationi & legibus mo-*

rem gerat, id est illa petagat, quæ sunt conformia rectæ rationi & justis legibus, quæ duo sic explicat. *Foris sit fidelis subditus in obsequio proprii regis; intra domesticos parietes, sit obsequens & morigerus propriis parentibus, quæ duo in unum conveniunt, & ortum habent ab uno principio*, & paulo post concludit dicens: *Igitur totum hoc est quod dicitur* Pí (id est secundum rei exigentiam & congruentiam actiones dirigere) *quæ cum ita sint, solummodo probus & virtute præditus vir ista præstare & prompta, parataque poterit habere; his tandem excultus virtutibus, tum demùm poterit parentibus & benefactoribus munera offerre*, quæ omnia legi possunt in sequenti Sinico textu....

Ex quibus bene intelligi potest quid sibi velit in his cæremoniis illa litera *Fó* non ex benignâ interpretatione, sed ex ipsomet literali significatu, qui distinguit illud quod vulgus dicit *Fó*, id est, *bonam fortunam*, ab hoc *Fó* cujus mentio habetur in parentalibus, nam hoc significat *Pí*, id est, prompta parataque habere omnia.

Accipite etiam aliam sententiam de hac litera *Fo* ex eodem libro *Lí Kí*, ubi sermo est de aliquibus regis actio-

Digitized by Google

nibus, concluditur libri §. sic.

Igitur Rex (hoc modo se gerens) *si contigerit bella gerere . profectò victoriam reportabit , & munera offerens næ ille fælicitatem obtinebit.* quam sententiam Commentator sic explicat , *Y chín çe Kẽ y eĩ eã xèu fó bellum gerens vincet , quia populos ad bellandum exercitatos reddidit , munera offerens fælicitatem consequetur , hoc est , qui animal offerendum adeptus est secundum rituum exigentiam* , sicuti suprà diximus ; nam illud animal debet esse quinque illis conditionibus affectum , quæ omnia clarius patebunt legentibus textum Sinicum ut infrà....

Ex quibus collige literam *Fó* , non fortunam significare , sed rem secundum rituum regulas paratam obtinere.

Confirmatur idem ex alio loco ejusdem libri *Lí Kí* , ubi sic dicitur : Quando loco alterius munera ista offeruntur, dapes quæ oblatæ fuerunt , quia appositæ , sive compositæ fuerunt secundum exigentiam rituum , vocantur *Fó* , id est , ritè paratæ ; propterea quando distribuuntur parentibus & propinquis , sive familiaribus & amicis , distributio illa dicitur *Chí Fó. Chí* enim distribuere etiam significat. Quando verò

quis perſemet munera offert, dapes quæ oblatæ fuerunt non vocantur *Fó*, ſed *xén*, atque adeò quando diſtribuuntur propinquis, & amicis, diviſio illa vocatur *Chí xén*, id eſt, boni ſaporis dapes. Et ratio eſt, quia quando loco alterius offeruntur munera, nulla prætermittitur rituum regula; propterea dapes illæ dicuntur *Fŏ*, id eſt, ritè paratæ. Et quia non ſine ſolemnitate peragitur functio illa: quando verò quis perſemet munera offert, non intercedit ſolemnitas nec cæremoniæ cum eo rigore obſervantur, ut nulla prætermitti poſſit. Propterea dapes illæ ſolummodo dicuntur boni ſaporis dapes, ut legenti Sinicum textum patere poteſt. Unde concludimus literam hanc *Fŏ* in iſtis cæremoniis, nequaquam ſignificare fortunam bonam, ſed munus offerendum eſſe ritè paratum, id eſt, eſſe paratum ſecundum congruentem rituum exigentiam.

R. P. Joannes Baptiſta Morales ſemper habebat in ore (& neſcio à quo id audiverat) verba hæc, quæ Cumfucius de ſemetipſo loquens dicebat, *Ego in certaminibus vinco, in perficiendis oblationibus felicitatem adipiſcor*; quæ verba Cumfucii allegabat contra obla-

Digitized by Google

tiones quas mortuis parentibus Sinæ facere consueverunt. Sed quia R. P. non admodùm erat versatus in libris *Lìkí*, propterea contra parentalium Sinensium ritus nimiùm fervida oratione invehebatur. Nam ut suprà notavimus litera *Fô* nequaquam significat bonam fortunam, sicuti vulgus accipit, sed actiones virtutis operari sine ullo impedimento, & secundum rei exigentiam, item prompta & parata habere munera juxta rituum regulas; propterea litera *Fô* in his parentalibus, illud idem significat, quod hæc litera *Pí* quod est promptum & præparatum habere. Textus igitur sic ait, *Cumfucius aiebat de se loquens, ego quidem in certaminibus vincam, & in oblationibus munus secundum rituum regulas consequar, quia duo ista juxta illorum exigentiam perficere conabor.* Sicuti supra dictum est, in explicatione ejusdem textus, & hic etiam notatur. Sed hæc satis sint de litera hac *Fô*, quæ quamvis felicitatem præferat, multum tamen negotii facessivit iis quos sibi adversos invenit.

Articulus VIII.

De Porci setis & sanguine.

Dicit R. Pater Cumsucio in his cæremoniis offerri porci setas, & sanguinem quod superstitiosum videtur, » sic enim ait, Traenle luego los pe» los, (*porco scilicet*) algo dela san» gre y pelos guardan en una bandeja » para el dia siguiente ; §. 11. (& » *postea* §. 12. *ait*) Entonçes el Pre» fecto se pone en medio ante la esta» tua ; luego dize offrescanse los pelos » y sangre de los animales muertos &c. » Cum suis setas detrahunt & ali» quantum sanguinis setasque *Bandegiæ* » impositas in diem sequentem asser» vant. §. 11. & posteà §. 12. ait. Tum » præfectus stat in medio ante statuam « & dicit : Offerantur pili ac sanguis » animalium mortuorum.

Respondeo omne quodcumque specificari à fine bono, vel malo & inde contrahere bonitatem, vel malitiam ; videndum igitur in quem finem fiat sanguinis & setarum oblatio, quæ cum de

Digitized by Google

se sit indifferens, à fine specificari oportet.

Igitur interrogans ego quemdam Mandarinum gentilem, mihi verò familiariter notum, (qui lauream adeptus fuerat propter impensam operam & studium in his officiorum libris *Liki*) de hac setarum & sanguinis oblatione, respondit mihi id fieri propter integritatem oblationis; quam ego significationem, pervolvens deinde hunc officiorum librum, expressam in eo inveni. Sic enim ait liber *Liki*. Setæ & sanguis offeruntur, utpotè qui sunt animalis, quod offertur, interius fundamentum, & exterius complementum; hoc autem significat magnificere totalitatem rei, atque adeò oblatio hæc setarum, & sanguinis nullum habet malum finem, sed potiùs bonum, & oblatio non mala, sed bona erit, sed legamus Sinicum textum ...

Commentator verò sic ait. *Setæ & sanguis offeruntur spiritibus. Sanguis, quia est intra animal, & hoc est offerre interius fundamentum. Setæ, quia sunt extra animal, hoc est offerre exterius sive ultimum complementum, magnificere totalitatem rei significat & interiora & exteriora esse quid bonum.* Hæc Com-

mentator. Sinica verba ſunt ſequentia.....

Alia ratio affertur ab eodem libro *Lìkí* propter quam offerantur ſetæ & ſanguis. Sic enim ait : *Offeruntur ſetæ & ſanguis reticula & adeps, quâ cæremoniâ expletâ, pauliſper recedunt (id eſt quieſcunt) deinde offeruntur elixæ crudæque carnes, quâ etiam ceremoniâ expletâ, imponitur quoque cæteris cæremoniis finis, & abeunt omnes.* Supra enarratæ oblationes ſignificant ſummam reverentiam erga illos, quibus iſta offeruntur. Sinicus textus ſic loquitur..... Ex quibus patet oblationem ſanguinis & ſetarum habere bonum, non malum finem, iſtius autem reverentiæ ratio ſumitur, quia completa offertur res, & quidem de ſetis jam diximus quod ſit ultimum & externum animalis complementum; de ſanguine verò quod ſit interius animalis fundamentum, atque adeò completa res habetur in pretio, ſed de ſanguine nobilior ſignificatio invenitur in eodem libro. Cum enim ſanguis ſit ſedes omnium ſpirituum, qui in animalium corporibus inveniuntur, ſpiritus verò animalis ſint potiſſima animalis pars, imò ſint ſecundum aliquorum ſententiam ipſa animalis ani-

Digitized by Google

ma; atque adeò sint id per quod animal vivit, & movetur, propterea in illa sanguinis oblatione, offertur nobilissima & princeps animalis pars, & cum ipsi spiritus, quia illicò evanescunt non possint offerri, offertur illorum sedes, quæ est sanguis, in quo multitudo & abundantia spirituum continetur. Offeruntur etiam propter eandem rationem pulmo, hepar, cor, eò quod sint spirituum originales fontes. &c. Sic enim habet Sinicus textus latinè redditus: *Sanguinis oblatio* (significat) *multitudinem & abundantiam spirituum; oblatio verò pulmonis, hepatis, & cordis* (significant) *principium vitæ sive spirituum in quibus residet vita.* Sinica verba sunt sequentia.....

Commentator verò sic ait. *Ubi adest sanguis & spiritus animales & vitales, tunc viva res existit* (id est animal vivit;) *sanguis enim à spiritibus habet ut sit res fluida & mobilis* (atque adeò viva res) *ast ubi moritur animal, tunc spiritus deperduntur & evanescunt, & sanguis etiam emoritur & siccatur. Offertur igitur sanguis ad ostendendam spirituum abundantiam*, id est, loco spirituum offertur sanguis in quo residet abundantia spirituum. Sinica verba sunt

ſequentia ..... atque hæc dicta ſufficiant de hac ſetarum & ſanguinis oblatione.

ARTICULUS IX.

De ſerici oblatione.

12. §. REverendus Pater dicit, quod poſtquam oblatum fuit ſericum Cumfucio, illud ante Cumfucium comburitur, ſic enim habet, *La pieça de ſeda la queman luego en un brazero aparejado para eſto ante el Cumfucio* §. 12. circa fin. *Pannus ſericus tum comburitur in prunario eam in rem ante Confucium collocato.* §. 12. circa finem.

Reſpondeo 1. ſericum hoc nequaquam, ut aſſeritur, in prunario comburi, ſicuti ante idola comburuntur maſſæ Papyraceæ, quæ auri & argenti figuram præferunt, quæ diſtinctio & differentia non eſt oſcitanter prætermittenda. Nam ex illa etiam cognoſcere poſſumus in his Cumfucianis cæremoniis nihil adeſſe, quod idolum ſapiat, comburuntur igitur hoc pacto. Prælongæ haſtæ appenditur ſericum,

Digitized by Google

totumque explicatur, adeò ut parum à pavimento distet, deinde ope candelæ, illi apponitur ignis, sicque tremulis, altisque correptum flammis, parvulâ morâ in cineres redigitur. Nec admitte illud quod R. Pater subnectit dicens in aliquibus locis, pro serico, comburi Papyraceas massas sericum repræsentantes, idque propter sordidam avaritiam. *Un Bachiller de alvenha* Mieû *me dixo, que en algunas partes, para ahorrar, quenan papel en lugar de seda. Audivi à Baccalaureo quodam ex oppidulo* Mieû *esse quædem loca, in quibus, ut sumptui parcatur, pro serico panno papyrus comburitur.*

Nam hoc vero simile nihil præfert. Omnes enim expensæ, quæ in his cæremoniis Cumsucianis fieri oportet, ex regis ærario sumuntur, nec ulla potest intercedere avaritiæ nota. Fortasse etiam in aliquibus parvulis oppidis hoc posset contingere, propter ministrorum avaram impudentiam, ut loco serici tradatur Papyraceum involucrum, quod factum, furtum dici debet, nec potest consuetudinem constituere. Comburitur sericum, quia nulli hominum usui esse potest, nam mos est apud Sinas ut regias vestes, pileum, ocreas, & simi-

lia, nullus possit induere sine gravi temeritatis notâ; noviquè ego Mandarinum unius oppidi gubernatorem, qui in convivio paulò hilarior crebris poculis factus, per jocum, unius histrionis, qui regis personam repræsentabat, pileum sumens suomet capiti imposuit, nec impunè; nam propter hanc rem, aliaque, de quibus apud supremos Mandarinos accusatus fuit, & oppidi gubernatione privatus, multaque alia passus, inter quæstiones miserè mortuus est.

Cum igitur Cumfucius regio sit titulo decoratus, nullus audet sericum Cumfucio oblatum sibi in aliquem usum accipere, propterea comburitur. Alia ratio est, in signum lætitiæ, quia hæ oblationes vocantur *lætæ oblationes*, sicuti apud nos in signum lætitiæ multi excitantur ignes in publicis plateis. Quod autem oblationes sint lætæ & festivæ id multis in locis docet liber *Liki* sic dicens: *Dum peraguntur exequiæ mortuorum, non convenit de rebus lætis sermones miscere, quandò verò peraguntur oblationes non convenit tristia loqui.* Istius rei rationem Commentator reddit dicens, *læta & tristia inter se non conveniunt, commiserationis & lætitiæ affectus, nequaquam possunt in uno subjecto*

jecto (naturaliter) *reperiri, eodem tempore, propterea cùm exequiæ sint tristes res non convenit de rebus lætis sermones miscere. At oblationes offerre, cum sint lætæ res, non convenit de rebus tristibus loqui.* Prætereo alias rationes quas possem afferre ex eodem libro *Lìkí*, brévitatis causâ. Igitur ad alia transeamus.

Articulus X.

De Orationibus.

REverendus Pater dicit, in his cæremoniis haberi quasdam orationes in genere exornativo, quibus in cœlum usque laudibus & præconiis Cumfucius à literatis effertur, quæ fortasse superstitionis calculo notari possunt, sic enim ait: Grandes y admirabiles, cc y excelsas son, O Cumfucio, tus cc virtudes, si los reyes gouvernan sus cc subditos, toto procede del favor y cc ayuda de tu doctrina &c. *Et paulo inferius*; sigue se esta oracion. Desde el cc tiempo que los hombres comẽçaron cc à naçer, quien es el mayor de ellos cc &c. §. 12. *Prosequitur inferius sic*: ô cc protomaestro de todos los reyes, tu cc

» es el modelo y norma de los hom-
» bres &c. *& paulò inferius* , y por la
» elevacion ſe lee eſta oracion. Las car-
» nes de los animales ſon pueſtas ante
» ti , las bandejas de las ſemillas eſtan
» ordenadas y collocadas en ſus lugares
» &c. §. 14.

» Virtutes tuæ , ô Confuci , magnæ
» ſunt , admirabiles , excelſæ. Quod
» Reges ſubditos ſuos regant , id to-
» tum doctrinæ tuæ debent &c. *Et*
» *paulò inferius ſequitur hæc oratio.* Ab
» eo tempore quo extitit hominum ge-
» nus , quis eſt eorum omnium præſ-
» tantiſſimus? &c. §. 12. Proſequitur in-
» ferius ſic. O Protomagiſter Regum ,
» tu es hominum exemplar , tu norma
» &c. *& paulo inferius* , Atque ad ele-
» vationem recitatur hæc oratio. Ecce
» animalium carnes ante te ſunt poſitæ
» & bandegiæ oleribus plenæ ſuis re-
» poſitæ locis & rite collocatæ &c.

Reſpondeo quomodo Sinenſes litera-
ti poſſunt non laudare hominem ex cu-
jus præceptis & doctrina tot ſibi bona
parta cognoſcunt ? Quomodo non ex-
tollent hominem tantis & literis & vir-
tutibus excultum ? Quomodo non di-
gna veneratione colent virum illum ,
qui ſemper in ore habebat principium

illud omnium virtutum fundamentum. *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; & quod tibi vis fieri, alteri facias?* An non censebimus laude dignum illum, qui numquam destitit homines ad virtutem hortari? Qui virtutum præceptiones priùs opere complere studuit, & posteà illas docere aggressus est? Qui tantâ usus est animi moderatione, ut si quando in aliquem defectum incurreret, non enim ut homo defectibus carebat, obque eam culpam ab aliis carperetur, non solùm non indignabatur, sed fortunatum se prædicabat, quia noxam illam citiùs diluere & corrigere poterat. Fuit enim suimet adeò severus discussor, ut culpam eandem nunquam bis vellet committere. An tantus vir inter suos Sinas iis laudibus privabitur, quibus veteres Philosophi propter doctrinam, vel in rempublicam merita decorati fuerunt?

Addo etiam cum hic doctor quingentis annis ante Christi Domini adventum floruerit, fortasse non sine aliquo fundamento de divina misericordia sperare possumus quod illum Deus salvum fecerit. Certè non possumus illum sine detrimento justitiæ inter damnatos constituere, omnis enim præsu-

mitur bonus niſi probetur eſſe malus, juxta leges. Nec officit quod aliqui non admodum erga Cumfucium propenſi malè de illo loquantur, nam virtutum profeſſores numquam detractoribus caruere. Meritò igitur laudatur à Sinis Cumfucius, tantumque abſunt à ſuperſtitione literati in eo laudando, ut ſecundum juſtitiæ regulas, grati animi debitum ſolvant.

Non eſt interim omittendum R. P. paucula interſeruiſſe verba in his Panegyricis oratiunculis, quibus juxta ſuam ſententiam appingere poſſet notam aliquam malè olentem, ut v. g. eſt illud: *Los ſpiritus y animos ſe allegran ſacrificando, ſe ſigue que recibamos bienes y felicitades.* §. 14. in fine, *Spiritus atque animi ſacrificando jucundantur, atque inde fit ut bona & felicitates conſequamur.* §. 14. ſub finem. Sed jam ſupra diximus oblationes iſtas vocari lætas oblationes ad differentiam aliarum quæ non ſunt lætæ; recipere verò bona & felicitates, declaratio eſt duarum illarum literarum *Xéu Fō*, quas ſupra explicavimus nullatenus ſignificare felicitatem & bonam fortunam, ſicuti vulgus accipit, ſed oblationes ſecundùm rituum regulas, ritè eſſe paratas. Quod ipſe-

Digitized by Google

met R. Pater vel invitus innuit, nam paulò inferius sic ait: *Concluido el sacrificio hemos recibidos bienes y dichas luego se parten las carnes entre los que han assistido.* §. 15. *Peracto sacrificio bona & felicitates consecuti sumus, atque iis dictis inter eos qui adfuerunt, carnes dividuntur.* §. 15.

Nos etiam supra diximus quod quando dapes oblatæ dividuntur, distributio illa dicitur *Chí Fō* quod R. Pater materialiter explicans secundum vulgi sensum, dicit esse, *bienes y felicitades.* Dixi lætas oblationes illas esse ad differentiam earum oblationum, quæ non sunt lætæ, sicuti idem liber *Lì Kí*, loquitur dicens, *hac die cum lætis oblationibus permutantur lugubres oblationes,* quæ habentur toto illo tempore, quo homines sunt in luctu & squallore propter mortem parentum, &c.

Commentator verò sic ait, *Lætæ oblationes illæ sunt quæ peraguntur, postquam lacrymis impositus est finis: lugubres verò oblationes illæ sunt, quæ fiunt luctûs tempore, quæ quidem oblationes etiam vocantur iù çi*, id est, quæ tempore istius regnatus inceperunt; quæ verò habentur post expletum planctum, sunt illæ quæ post regnatum *iù* incepe-

runt; propterea dixit textus, *Cum lectis oblationibus permutantur lugubres oblationes*, ut ex sequenti textu constare legentibus potest: sed nos ad alia explicanda properemus.

ARTICULUS XI.

De advocatione spiritus Cumfucii.

DIxit R. Pater literatos spiritum Cumfucii advocare, scilicet ut præsens adsit oblationibus; sic enim ait: *Dice el maestro de ceremonias, baxe el espiritu del Cumfucio, y toma la tablilla del Cumfucio, y la colloca sobre la mesa ò quasi altar.* §. 12. *Dicit magister ceremoniarum, descendat Spiritus Confucii, & sumit Confucii tabellam, eamque collocat super mensam seu quasi altare.* §. 12.

Dicit etiam post absolutas oblationes Spiritum Cumfucii deduci in pristinum locum suum; sic enim habet: Sigueſe » luego otra funcion, que es accompa- » gñar al espiritu para que se buelva à » su lugar por haver entendido ò ima- » ginado haver venido à recibir el sa- » crificio lo que ellos llaman espiritu. » *Paulò inferius dicit*, Con devocion y

reverentia te hemos sacrificado, in- "
quietandote paraque llegasses à nues- "
tras olorosas oblationes, agora ac- "
compañamos à tu espiritu para que "
buelva à su lugar, tornada la tablilla "
del Cumfucio en su lugar eminente §. 15. "

Tum sequitur alius ritus, quo scilicet deducitur spiritus ut ad locum suum revertatur, quia scilicet intelligunt vel sibi fingunt, id quod ipsi spiritum vocant advenisse ad suscipiendum sacrificium. *Paulò inferius dicit.* Tibi cum devotione ac reverentiâ sacrificium obtulimus ac tuam quietem interturbavimus, ut ad odoriferas nostras oblationes accederes. Nunc verò spiritum tuum deducimus ut in locum suum revertatur, repositâ scilicet Confucii tabula in eminenti suo loco. §. 15.

Respondeo in supra allegatis verbis, tria notanda esse; nempè spiritum Cumfucii advocari. 2. spiritum Cumfucii deduci. 3. illius quietem interturbari; quibus non dubito R. Patrem superstitionem affingere; sed singula expendamus.

1. Spiritum Cumfucii advocari, nihil est aliud, quam tabellulam in qua scriptum est nomen Cumfucii, de subli-

mi loco in quo collocata erat, accipi & supra mensam collocari, sicuti ipsemet R. Pater dicit. In quo etiam obiter notandum est, quomodo R. Pater de suo semper aliquid addat, ut ceremonias istas noxiis respergat verbulis, quibus illas quoquo modo convellere possit, ut est illud, *y la colloca sobre la mesa ò quasi altar*; sufficiisset dicere, *sobre la mesa*, quare addidit (*ò quasi altar*?) quia ab altari materiam sumere potest contra cæremonias Cumfucianas, quam non illi mensa ministrat.

2. Spiritum Cumfucii deduci nihil est aliud quam tabellulam supradictam in pristinum sublimem locum restitui, ut ipsemet R. Pater ait, *tornada la tablilla del Cumfucio en su lugar eminente*, neque officit quod vocetur Spiritus *xîn*; nam imago rei, ut plurimùm, denominationem sumit à suomet archetypo, sicque imaginem Angeli, vocamus Angelum, imaginem Sancti, Sanctum vocamus. Sinæ vero, quia & animas hominum & Angelos vocant *xîn*, propterea eorum imagines, sive id quod illæ repræsentant vocant etiam *xîn*; unde quid mirum si vocant *xîn* tabellulam illam, quæ est repræsentatio spiritus Cumfucii.

Digitized by Google

Præterea nullo modo est admittendum quod R. Pater dicit, & de sua mente dicit, *por haver entendido ò imaginado haver venido à receber el sacrificio loque ellos llaman espiritu, ut supra. Quia scilicet intelligunt vel sibi fingunt id quod ipsi spiritum vocant adveniſſe ad ſuſcipiendum ſacrificium, id quod ſpiritum vocant.* Nam docti Sinenſes benè ſatis intelligunt in his cæremoniis celebrandis nullum adeſſe, neque venire ſpiritum, peragunt tamen illas ac ſi præſens adeſſet *ſú ſú, giù ſú ſem, mortuos honora ac ſi viverent.* Propter hoc principium illis adeo familiare, ut illorum naturis inſertum eſſe videatur.

Præterea ipſi in his cæremoniis ſolummodò intendunt affectum & reverentiam erga ſuos oſtendere, nec admodùm ſunt ſolliciti de præſentia realì ſpiritus, ut liber *Liki* clariſſimè docet ſic dicens: *oblationes offerre non conſiſtit in aliqua re quæ ab externo perveniat, ſed ab intrinſeco ortum ducit, ex corde ſcilicet.* Commentator verò ſic ait, *cordis exhaurire vires, hoc eſt fundamentum oblationum*, id eſt, hoc eſt primum & potiſſimum quod requiritur in oblationibus. *Reliquæ verò res, ſunt quid poſterius, propterea oblationes offerre non*

est aliquid, quod ab externo perveniat, sed ab interno procedit, & nascitur ex corde, verba Sinica sunt sequentia .... In libro *chûm yûm* habetur hæc sententia, ex libro odarum excerpta; quæ ait, *Spiritus venire nec ne* (ad recipiendas oblationes) *non potest sciri*. Et in alio loco libri *Liki* sic habetur. *Quis nosse potest Spiritus adesse ad oblationes suscipiendas, nec ne? Dominus, qui illas offert suam omnem adhibet diligentem operam, ut reverenter illas perficiat, & nihil aliud curat*. Sinicus textus ita habet .....

Ex quibus omnibus clarè constat in quo substantia oblationum consistat, neque spiritus præsentes adesse. Notanda sunt etiam illa verba, *loque llaman espiritu*, non dicit *Spiritus* simpliciter, sed *loque llaman espiritu*, quia ipse R. Pater negat Sinenses cognoscere spiritus, ut infrà videbimus; propterea, ut dictum est supra, R. P. data opera unum vel alterum verbum interserit, ut habeat unde convellat Cumfucianas cæremonias.

3. Punctum erat spiritus Cumfucii quietem interturbatam fuisse, *con devoçion y reverencia te hemos sacrificado inquietandote*. In hoc puncto R. Pater

Digitized by Google

sibimet contradicere videtur, nam ipse tenet (sed decipitur) esse sententiam Sinarum, animas hominum post mortem in aërem resolvi; modò verò dicit literatos confiteri, & quasi veniam petere, quod quietem Cumfucii interturbaverint. Si spiritus & anima Cumfucii non extat sicuti cæteræ hominum animæ, quomodo illius quies perturbatur? Si adhuc extat, & quietem amittit, ergo non est in aërem resoluta. Si verò R. P. dicat Sinas sibimet contradicere dum de eadem re idem prædicatum affirmant & negant; sed ego etiam dico, si R. P. cognoscit contradictiones istas, quare pro fundamento contradictionibus istis ad arguendum contra nos utitur?

Præterea cum hæ cæremoniæ in omnibus civitatibus & oppidis regni Sinensis eodem die, & hora peragantur, puto non esse tam hebetes literatos Sinenses ut in cogitationem inducant Cumfucii spiritum eodem momento in his omnibus locis replicari posse. Sed his omnibus omissis rationem reddamus quare literati post peractas supradictas cæremonias veniam à Cumfucio petant, ob illius interturbatam quietem.

Sciendum igitur est apud Sinenses in

more poſitum eſſe, quotieſcumque è ſupremis Mandarinis aliquis convivio excipitur, ipſo convivii die, ſummo mane, ab invitante plurima opiparaque fercula in jentaculum invitato Mandarino mittuntur, qui etiam officioſo libello rogatur, ut poſt jentaculum ne gravetur in invitantis aulam ſe conferre; convivium autem, quod ſub ſolis occaſum initium ſumit, in altam uſque noctem protrahitur, eo tandem abſoluto, quiſque in domum ſe recipit ſuam. Manè verò ſequentis diei, dominus convivii aulam petit invitati Mandarini, & novo officioſo libello veniam ab illo petit, quod quietem illius interturbaverit, illumque moleſtiâ & labore affecerit, vocaturque hoc genus officii apud Sinas *ſiè laô*, id eſt, gratiarum actio pro moleſtia & labore in præcedenti convivio exhibito. Id ipſum faciunt literati Sinenſes, cum poſt completas oblationis cæremonias, tanquam poſt abſolutum convivium gratias agunt, veniamque à Cumfucio petunt, quod illius quietem interturbaverint, moleſtiâque illum affecerint; quæ omnia per apoſtrophen, tanquam vivo & præſenti Cumfucio à literatis dicuntur; non quod autument illius animam præſen-

Digitized by Google

tem adesse, ut suprà jam dictum fuit: quod si velimus ab arte oratoria figuras istas auferre, omnes Rhetoricos libros flammis tradere debemus, vel certè ad auferendos figuratè loquendi modos, lituris eos fœdare debemus, * quod S. Augustinus faciendum esse negat.

Hæc autem quæ à me dicta sunt, non ideò dicta sunt, quasi verò ritus hi omnes mihi arrideant, cùm illorum aliquos vanos putem; sed illos volui à superstitione vindicare, quam R. Pater illis appingere conatur: neque enim nos Europæi debemus mensuram Europæorum rituum aptare reliquarum Nationum ritibus; nam sicuti illarum ritus nostris non congruunt, ita nostris illa aptari minimè possunt. Unde non illicò debemus sententiam contra ritus externos ferre, & ad orcum mittere; fortasse bonam significationem habent, quæ nobis ignota existit.

Exemplum unum proferam ex libro *Likí*, sic enim ait. *Ubi quis in gravem incidit morbum, tam atrium domûs, quam aula & cubicula, & cætera interiora loca oportet verrere* Quæ connexio scopis verrere interiora & exteriora domus, cum homine morbo graviter

* *L. contra mend. t. 4. c. 10.*

decumbente ? Unde huic verrendi operi, fortasse non dubitabit aliquis superstitionis notam tribuere. Intellectâ tamen causâ propter quam fiet hæc domûs purgatio, non solùm non damnabit, sed maximè hanc verrendi actionem laudabit. Audiamus igitur Commentatorem, qui eam hisce verbis explicat. *Quia hospites venturi sunt ad ægrum visendum, & interrogandum de illius valetudine; propterea scopis mundare oportet domum intùs & deforis.*

Dicant mihi quæso adversarii, nisi commentatoris explicatio à calumnia eximeret sententiam, per eos quidem jam in barathrum deturbata ea fuisset. Non igitur damnemus ritus & cæremonias quæ bonæ alicujus significationis sunt capaces, & ad bonum sensum reduci possunt, sicuti Sacra Congregatio concedit, dicens: *Ea verò quæ cultum redolent politicum, vel ad illum reduci possunt permittantur.* His etiam addendum Theologos permittere rudibus aliquas consuetudines quæ non admodùm benè olent, propter bonam fidem. In primis Gaetanus * & Laymanus * citatus sic habet. *Si homines rudes*

* q. 36. art. 4.
* Laym. l. 4. tr. 10. c. 4.

bonâ fide & ex devotione ritum aliquem ab Ecclesia non receptum observent, in sua simplicitate relinquendos esse, cum difficulter abducantur ab eo, quod bonâ fide à suis majoribus acceperunt. Sanches * verò ait: *si ejusmodi ritus speciales qui superstitionem præ se ferunt, populo dissuaderi non possint, saltem edocendum esse, ut in his certam spem non collocent.* Quid dicerent hi doctores de Sinicis ritibus moralibus, qui si in aliquo videntur aliquo modo claudicare, possunt tamen ad bonum & politicum sensum reduci, & rectà incedere per itinera institutionis moralis?

Consului ego P. Franciscum Bardi studiorum præfectum in universitate Collegii Panormitani super iis Cumfucianis ritibus, qui etiam alios Theologos consuluit, mihique sic respondit: *Nullus adest scrupulus in perficiendis illis cæremoniis, cum omnia contineantur intra terminos politici ritûs.* Literæ P. Bardi ad me missæ integræ adhuc extant apud me. Sed pergamus ad alia.

* *Sanch. l. 2. c. 40. n. 3.*

Articulus XII.

De Edictis Imperatoris Hûm vù.

15. §. Dicit R. Pater hæc omnia quæ retulit de cæremoniis Cumfucianis ; conſtituta eſſe regiis Edictis ab Imperatore *Hûm vù*. Sic enim habet. » Todo lo dicho eſta eſtablecido con » Decreto real por el Emperador *Hûm* » *vù*, eſta la ley en el *tá mîm hóci tien* » *tom.* 8. y dize aſſi. *El Emperador Hûm* » *vù el primero ano de ſu imperio man-* » *do à ſus prefectos que ſacrificaran al* » *Cumfucio, que en el verano y otono en* » *los dias llamados tim, veneren con olo-* » *res al Cumfucio.* El miſmo Empera- » dor embio a los de palatio y grandes » de la corte a eſto el templo, que » hai en la corte, deſte maeſtro, dein- » de.

» El año 4. eſtableçiò que al Cum- » fucio ſe hicieſſe ſacrificio ſolemne, » declarando lo que ſe le ha de offreçer, » y los vaſos y inſtrumentos del ſa- » crificio, que devian collocar ſobre » las meſas, que los vaſos ſean fictilla, »

Digitized by Google

las carnes cocidas, y haya musica y danza: Y se elijan prefectos letrados, y a hijos suyos para esta ceremonia, en las quales manda se exerciten algunos dias antes. Deinde el año 15. de su imperio mandò que en todo el imperio se sacrifiquerà al Cumfucio. El año 16. mandò huviera musica, como las ay a los sacrificios de los Emperadores defunctos §. 15.

Ea quæ diximus omnia Regio Decreto constituta sunt ab Imperatore *Hûm vù*. Lex habetur in libro *Tamin hóei tièn*, tom. 8. in hæc planè verba. *Imperator Hûm vû anno imperii sui primo scripsit ad præfectos suos ut Confucio sacrificarent, ut vere atque autumno illis diebus, qui Tim dicuntur, Confucium oblatis odoribus venerarentur:* Idem imperator misit Aulicos suos ac magnates ad istud magistri templum, quod nempè erat in Curiâ, *deinde:* Anno quarto statuit ut Confucio fieret solemne sacrificium, declaravitque ea quæ deberent offerri, & vasa atque instrumenta sacrificii, quæ supra mensam essent collocanda voluit vasa esse fictilia, carnes elixas, musicam præterea & saltationem adhiberi. Electi ad id mu-

» nus ritè obeundum præfecti literati,
» atque ipsorum filii, qui jussi sunt ad
» eam cæremoniam se dierum aliquot
» meditatione atque exercitatione com-
» parare. Deinde anno imperii decimo
» quinto jussit per universum regnum
« Confucio sacrificari. Anno vero de-
» cimo sexto jussit etiam musicos con-
» centus quales habentur in sacrificiis
» Imperatorum defunctorum §. 15.

Multa hic notanda sunt; & primò quidem, quamvis R. Pater satis eruditè enumerat leges & constitutiones super Cumfucianas cæremonias ab Imperatoribus latas, non pauca tamen omittit, quæ necessaria sunt ad essentialem substantiam illarum.

Et primò quidem omittit *Hûm vù* Imperatoris anno primo quod ipse Imperator, ubi primùm regimen accepit imperii, illicò edictum produxit, in quo cunctis spiritibus sive idolis peculiare quoddam nomen tribuit; Cumfucium verò, ut potè qui non ingreditur idolorum catervam, jussit appellari ex nomine dignitatis & officii, præceptoris scilicet & regni magistri, & ut perenniter in illo nomen hoc permaneret, sicut ab antiquis temporibus. Sic enim habet Constitutionum liber re-

Digitized by Google

gnatûs familiæ *Mîm*, qui liber appellatur *tá mim hóei*. De suo item addit quod Imperator miserit Mandarinos in templum Cumfucii quod in aulâ Pekinensi erectum est, *El mismo Emperador embiò a los de palacio y grandes de la corte a essо al templo, que hay en la corte, deste maestro.* Non enim edictum regis dicit misisse Mandarinos in templum, sed in regni Gymnasium, id est, misit rex Mandarinos, ut oblationes offerrent, in regni Gymnasio.

R. P. addidit *templum*: quia postulat definire Cumfucium esse idolum, propterea utitur nomine templi, ut infrà clariùs patebit; & cùm ipsimet Sinæ non colant Cumfucium tanquam idolum, & Imperator ipse declaret non esse idolum, sed magistrum, R. Pater mordicùs vult Cumfucium esse idolum, ut infrà.

2. Omittit, Imperatoris *Hûm vû* 4. anno, quod Imperator constituit * ut Doctores laneis vestibus depositis, pergerent in regni gymnasium, & in eo peragerent cærémoniam oblationis olerum; quæ ut bene intel-

* *Antequam lauream Doctoratus quis sit adeptus, induit laneas vestes, & post gradum acceptum illis depositis, induit sericas vestes.*

ligantur ſciendum eſt in Regiâ Pekinenſi duo eſſe magna gymnaſia, quæ regia vocantur, unum exterius, aliud interius: exterius gymnaſium vocatur *Qũe hio*, in eo ipſemet princeps Imperatoris filius ſtudiis dat initium. Aluntur in eo multi literati regiis expenſis, qui vocantur *Kien ſem*, & alii qui vocantur *Cúm ſem*. Quamvis hodie ſolummodò examina horum literatorum in hoc gymnaſio peragantur, & certis quibuſdam diebus in eo conveniant hi literati ſtudendi cauſa: vocatur etiam hodiè hoc gymnaſium *quẽ çà kién*, quod habet etiam ſupremum quemdam Mandarinum, qui ſtudiis præeſt, vocaturque *çí çieù*; literati illi qui vocantur *Kién ſem* pecuniis emunt gradum hunc *Kién ſem*, ſed illi qui vocantur *Cúm ſem*, non niſi poſt multorum examinum circuitus ad hunc gradum perveniunt.

Interius gymnaſium vocatur *Hán lîn iuén*, & in eo magnis ſtudiis dant operam ſelecti literati gradum Doctoratûs adepti, qui paulatim evehuntur ad majores dignitates, donec perveniant ad ſupremam regni dignitatem, quam vocant (*Colao*) id eſt palatii Seniores; ſed multa prius examina ſubire debent,

Digitized by Google

& ex his Senioribus unus vel alter eligitur, ut præsit Imperatoris studiis, illiusque præceptor existat: si in examinibus non illam præferunt scientiam quam ab illis par est exigere, à gymnasio sive reali hoc collegio expelluntur, quamvis doctoris gradu minimè priventur. His præsuppositis.

Dico R. Patrem omisisse cæremoniam illam oblationis olerum, quam Imperator peragi jussit à doctoribus in hoc regio gymnasio, quod ipse vocat templum, *al templo que ay en la corte de este maestro, ut suprà.* Hæc autem olerum oblatio maximè est notanda, cum solummodò fiat præceptoribus, & alteri nulli, atque adeo sit particulare distinctivum officii præceptoris. Puto tamen R. Patrem non consultò omisisse, sed casu cæremoniam hanc, quæ maximè declarat, quo ritu venerentur Sinæ Cumfucium; sed audiamus de hac re librum *Liki*, qui sic ait. *Ubi primum quis incipit studia majora, pelliceo opertus galero, offert olerum oblationem ad ostendendum se venerari doctrinam.* Commentator verò sic ait. *Oblatio olerum est oblatio quæ fit defunctis præceptoribus; olera quæ offeruntur, aquatica sunt, scilicet* Pîn & çáo, *ostendentes discipuli in*

hac oblatione honorem & reverentiam erga doctrinam & liberales disciplinas, verba Sinica hujus commentatoris.....

Cur autem aquatica olera offerantur, ea est ratio, quia apud Sinas invaluit dictum illud, *sapientes aquis gaudere*; quia sicuti aquæ huc illuc vagantur, estque Cumfucii adagium, propterea omnes illud amplexantur. Cumfucii verba sunt sequentia, una cum commentario.....

3. Omisit edictum integrum septimi anni hujus Imperatoris *Hûm vù*, in quo vocat Cumfucium magistrum, & reddit rationem propter quam illum eo prosequatur honore; sic enim antequam oblationem perficeret, per apostrophen ad Cumfucium loquitur. *Solummodò præceptoris virtus imitatur cœlum & terram; ejus doctrina superat veterum & recentiorum doctrinam. Expolivit sex Sinarum classicos libros.* Cumfucius enim emendavit libros Sinicos, ab illis multa auferendo, quæ sine fundamento dicebantur, vel malè disposita rectè componendo; *unde ejus dignitas illustris est per millia secula, propterea reverenter offero animal & sericum, dulce vinum, puram orizam, reliquaque fercula, & hæc quidem offero juxta veterem con-*

Digitized by Google

suetudinem. Regia verba sunt.....

4. Omisit in anno 15. ejusdem Imperatoris *Hûm vù*, quod ipsemet Imperator perrexit in supremum gymnasium dictum *tái hio* quod idem est ac *quẽ hiõ* ad perficiendam cæremoniam oblationis olerum, quæ quidem cæremonia cum pertineat ad Cumfucium, tanquam præceptorem, uti diximus, non erat omittenda; verba Sinica sunt... *Kiá*, ita appellatur regius currus. *Hím*, sic dicitur quando rex aliquò pergit, non autem *Hîm.*

5. Omisit omnia quæ hic idem Imperator constituit anno 26. imperii sui, in qua constitutione singillatim omnia, quæ ad Cumfucianas cæremonias pertinent referuntur, quæ quidem non omittenda fuerant, posito quod R. Pater omnia eruditè complecti postulabat. Deinde cùm multa referantur à R. Patre quæ in his Regiis edictis minimè contineantur, nescio quomodo dicere ille possit, quod omnia quæ in sua declamatione retulit, sint constituta regiis edictis: Ego omnia regia edicta infra referam, quæ si ipsemet R. P. voluerit conferre cum his, quæ ipse prolixè retulit, magnam profectò inveniet differentiam inter edicta regia, &c

Digitized by Google

quæ ab eo relata sunt. Et quamvis particularis aliquis Mandarinus aliquam cæremoniam invexerit, & Cumfucianis oblationibus addiderit, nequaquam dicendum est, quod omnia à R. P. relata regiis sint edictis decreta. Atque hæc sufficere possunt pro responsione ad §§. 11. 12. 13. 14. 15.

Articulus XIII.

De cultu Cumfuciano.

16. §. EL orígen de la veneracion deste maestro, que esta en la » historia llamada, *Cû kî xû*, cap. 44. » fol. 28. es desta manera, (dicha » historia ha 1800 años poco mas ó » menos, que salio a luzy es de mucha » autoridad entre los letrados,) dize » pues. *Muerto el Cumfucio sus discí-* » *pulos y los pueblos comarcanos que vi-*

* *Quæ hic refert R. P. valdè differunt à Sinico textu quem hic citat. Ego quando ista scribebam non totus invenire librum hunc quem R. Pater citatt, postea tamen inveni & iterùm respondi ad verbum ad ea quæ hic à R. P. adnotantur, vide infrà.*

vian

dian cerca de su sepulcro, que todos eran cien familias, todos estos sin intermission alguna, ante el sepulcro del Cumfucio, offrecian à sus tiempos con reverentia sacrificios: y alli los letrados disputavan sus doctrinas haciendo conbites, y con arcos disparaban flechas al sepulcro, (en China es señal de respeito y de veneracion esta ceremonia) *todo esto se continuo per 200. anos hasta la casa Han. Entonces el Emperador Caô passando por este sepulcro le offrecio Toros y vacas en Sacrificio: despues assi Reyes, como Regulos antes detomar la possession de su govierno iban à este sepulcro, y honrando el Cumfucio, y certiori facto, bolvian à sus governos.* Hasta aqui dicha historia: con que nò se puede tomar fuerte argumento de fuerça de la primora institucion; antes della con grandissimo fundamento se duda si es illicita, ò nò: y quando tuviera alguno en su favor, con lo que se dixo al principio se satisfaçia à ello.

16. §. Historia quæ dicitur *Cu ki xu*, jam ab annis admodum mille & octingentis edita, quæ plurimùm apud literatos authoritatis obtinet, refert unde natus sit ille Cumfucii cul-

» tus. Sic enim ibi legitur cap. 47. fol. 28. *Post Cumfucii mortem ejus discipuli atque alii è populo qui ejus sepulchrum accolebant, familiæ omninò centum, nullum tempus intermittebant, quin Sacrificia statutis diebus ante illud sepulchrum piè ac reverenter offerrent; itaque ibi literati de ipsius præceptis ac documentis disserebant, agitabant convivia, ad ejus sepulchrum emittebant sagittas*, quod postremum apud Sinas summæ veneratio-» nis & obsequii signum habetur. *Obtinuit ista consuetudo per annos ducentos usque ad imperium familiæ Han. Tunc enim Imperator Cao, cum ad ejus sepulchrum fortè transiret, tauros ei & vaccas in sacrificium obtulit. Exinde Reges pariter ac Reguli, antequam suum obirent munus, ad ejus sepulchrum se conferebant, atque exhibito ipsi honore eoque certiori facto dignitatem suam capessebant.* Hactenus ea, quam dixi, historia. Unde satis apparet quam leve sit argumentum » quod à primævâ institutione deduci-» tur, imò quam grave sit fundamentum dubitandi an ea ipsa institutio » licita an illicita sit. Si verò aliquod » argumentum invenitur quod faveat

primævæ institutioni, his rationibus « quas initio proposuimus, illi argu- « mento satis fieri potest. »

Respondeo cùm liber à R. Patre citatus in meas manus non pervenerit, non possum ego de illo ferre judicium; optandum tamen fuisset ut dum à R. Patre citatur locus libri, etiam afferrentur ejusdem libri Sinica verba, sed parùm refert; historiam à R. Patre relatam accepto, quæ verò superadduntur, veniam ab illo peto, ut *non aurificis statera, sed populari quadam trutinâ mihi examinare liceat*, ut ait Cicero 2. de Orat. Et primò quidem dico nullibi inveniri Imperatores antequam regni habenas susciperent, priùs se contulisse in Cumfucii patriam ubi sepultus manebat, ibique honore prosequentes Cumfucium, illum certiorem faciebant, tùm posteà in aulas suas revertentes gubernationem adibant, sicuti R. P. dicit: *despues assi Reyes como Regulos antes de tomar la posseſſion de govierno, iban a este sepulchro, y honrando al Cumfucio, y certiori facto bolvian à sus officios.* Nam Reges & Reguli tantummodò Mandarinos mittebant ad sepulchrum Cumfucii, ut infrà ex Regum constitutionibus consta-

re poterit. Ipſi verò in gymnaſium *qũetuõ* ſe conferebant, hodiéque ſe conferunt, in eoque reverentiam Cumfucio exhibent.

Neque admittenda ſunt illa (*y certiori facto bolvian à ſus goviernos*) nam manifeſtiſſimè R. P. ſumit unam ſignificationem unius verbi, pro ſignificatione valdè diverſa quam idem verbum habet; verbum eſt litera hæc *cáo* quæ inter multas alias ſignificationes quas habet, ut videre quiſque poterit in Dictionario Sinico *çú guói*, hanc peculiarem habet, ut ſignificet *admonere*, & in hoc ſenſu R. P. uſurpavit literam *cáo*. In caſu verò noſtro in quo agimus de oblationibus quæ defunctis parentibus, vel benefactoribus offeruntur, ſignificat offerre munera & panegyricam orationem quæ recitatur in honorem parentis vel benefactoris, quæ duæ ſignificationes, ſcilicet *munera* & *panegyris*, exprimuntur per eandem literam. .. Nam pars ſuperior hujus literæ eſt litera *nieù*, quæ bovem ſignificat quod eſt munus offerendum; pars verò inferior ejuſdem literæ eſt litera *Kẽú* quæ ſignificat os, à quo recitatur panegyrica oratio; atque adeò una eademque litera utrumque continet ſi-

gnificatum, & ideò munus offerendum & panegyrica oratio uniuntur in unâ hac literâ; sed audiamus Sinicos Authores. *Veteres*, aiunt, *oblationes peragentes in aulis defunctorum utebantur bove, & etiam panegyricam orationem habebant, propterea illa pars literæ quæ provenit à litera nieù, significat animal offerendum; pars illa quæ provenit à litera Kẽú significat panegyricam orationem, atque adeò duæ significationes uniuntur.* Ita liber *lõ xũ chím gúoi* apud Dictionarium *çù guói*, adde etiam quod quando litera hæc... in parentalibus & reliquis oblationibus adhibetur non dicitur *cáo*, sed *cõ* ut suprà notatum fuit. Oportuit tamen ista repetere hoc loco, ut propositio R. Patris congruam & immediatam responsionem haberet.

Neque Sinæ assentiuntur ei R. Patris propositioni, scilicet *sagittas emittere* signum esse venerationis & obsequii (*y con arcos disparaban flechas al sepulchro del Cumfucio, en China es senal de respecto y veneracion esta ceremonia*) nam nec in libris invenitur tale obsequii genus, neque Sinarum ullus hoc asseruit. Solùm habetur in libro *Sù xũ*, quod quando sagittis honesti pro-

bique præludunt, mutuis sese præveniunt obsequiis, non autem quod illa sagittarum emissio fiat in obsequium alicujus: Cumfucius namque dicit: *probi honestique contendunt numquam, sed tunc solùm contendunt, quando sagittas emittunt* (quia quisque vult scopum ferire) *& tunc quisque alteri reverentiam exhibet eique locum cedit*, (ut sit in sagitta emittenda prior) *aulamque ascendentes ex qua sagittas ad scopum contorquent, posteà absoluto præludio ab aula descendentes, mutuis inclinationibus sese salutant & victores*, id est, qui scopum attigerunt, *propinant iis qui à scopo aberrarunt*: (propterea concludit Cumfucius) *atque hæc est contentio quæ intercedit inter probos & honestos viros, quæ valdè diversa est ab illis contentionibus quæ intercedunt inter plebeios & humiles*, quæ omnia clarissimè explicantur à Commentatore.

Ex quibus patet non sagittarum emissionem esse signum alicujus obsequii, sed dum sagittas emittunt mutuis sese prosequuntur obsequiis: quæ verò de muneribus & oblationibus narrantur, quæ à contribulibus & ab aliis offerebantur ad sepulchrum Cumfucii; cùm non excedant terminos po-

Digitized by Google

litici ritus, & ad hunc ritum omnes reducere possint; frustrà R. P. se contorquet postulans esse illicitas functiones. Sinæ enim non venerantur Cumfucium tanquam Deum, vel aliquam deitatis partem habentem, vel tanquam Sanctum aliquem supernaturali gratia præditum; sed eum venerantur tanquam communem regni magistrum, tanquam virum insignem & benefactorem eximium honore illo prosequuntur, illis muneribus, quibus si viveret prosequerentur, propter illud adagium *sù sù giù sem, honorandi sunt mortui iisdem rebus, ac si vivi existerent*; unde prorsùs nihil illicitum committunt in his cæremoniis, neque in illa primæva institutione, neque in hodierno cultu quo literati Cumfucium prosequuntur. Et quamvis fortasse aliqua intercedat differentia inter veteres & recentiores Cumfucii cultores, differentia hæc non est nisi accidentalis; nam utrique semper eundem formalem finem habuerunt & habent, colendi scilicet Cumfucium tanquam magistrum, & ampliùs nihil, ut infrà magis ac magis patebit.

Unde & à primæva institutione optimè argumentari licet ad hodiernam consuetudinem, quia utrobique eadem

servatur ratio formalis Cumfucium colendi, propterea illa quæ à R. P. subduntur, scilicet (*con que no se puede tomar fuerte argumento de fuerza de la primera institucion : antes della con grandissimo fundamento se duda si es illicita ò nó*) nullam prorsùs vim habet præter quam quod debuerat R. P. ostendere quodnam sit illud fundamentum, ad probandum illicitam fuisse primam illam institutionem colendi Cumfucium politicis his ritibus, & ex qua parte prænarratæ historiæ fundamentum hoc ille sumit; quæ cùm taceantur, possum ego probabiliter asserere nullum esse fundamentum quo id probari possit, & minorem etiam efficaciam habere sequentem propositionem scilicet (*Si verò aliquod argumentum invenitur quod faveat primævæ institutioni his rationibus quas initio proposuimus illi argumento satisfieri potest.* (*Y quando tuviera alguno (argumento) con lo que se dixo al principio se satisfacia à ello.*) Quod enim R. P. initio dixit, est, primam institutionem Cumfuciani cultus vitiatam jam his temporibus esse: id quidem asserit, sed non probat; neque paritates congruunt quæ pro hac probatione adducuntur, ut suprà quo-

que oſtendimus. Hodierni enim cultus Cumfuciani à ſubſtantia veteris ſive primævi cultus nequaquam diſtinguntur.

17. §. Deſpues aca regular y ordinariamente han ido todos los demas honrando ſiempre al ſepulcro deſte hombre y los Prefectos y Letrados de la miſma manera. En el *ta mim hóci tiẽ* hay un Decreto del Emperador *chîm tùm* que ha 200. años que imperò. Dil aſſi. El Emperador *chîm tùm* año 3°. prohibio en todo ſu Imperio que ninguno en adelante ſe atreva à ſacrificar al Cumfucio en los templos de los idolos *Fe, y lao çù* dos coſas diçen aqui los Chriſtianos noſtros. La 1ª. que la eſtatua del Cumfucio años antecedentes a eſte Decreto ſe collocava en dichos templos onde le ſacrificavan y veneravan como alos dos, entre quienes collocavan ſu eſtatua, y ſi no fuera aſſi, no venia à propoſito la prohibition. La 2ª. que ſe manifieſta aqui la ſuma veneracion que tienen a eſte hombre, laqual fue el motivo y raçon deſte Decreto, porque la plebe que ſacrificava a los idolos, no cuida mucho de ceremonias ni offreçe coſas de momento, y aſſi el Emperador queren-

» do honrar el Cumfucio manda no ſe
» ſacrifique en dichos templos, y man-
» da mas, que en las ceremonias y ſa-
» crificios del Cumfucio ſolos los pre-
» fectos los hagan.
» 17. §. Exinde factum eſt ut Impe-
» ratores conſecuti Cumfucii ſepul-
» chrum majorum in dies honorum in-
» crementis vulgò celebrant. Idem à
» Præfectis Literatiſque factitatum.
» In libro *Ta-min hoci-tien* habetur de-
» cretum Imperatoris *Chim-tum*, qui
» ante annos ducentos imperabat. De-
» creti verba ſunt. *Imperator Chim-tum*
» *anno tertio prohibuit ne quis in Impe-*
» *rii ſui finibus deinceps audeat ſacrifi-*
» *care Cumfucio in templis idolorum* Fe
» & Lao çu. Inde Chriſtiani noſtri duo
» ſumunt quæ opponant. Primum, Cum-
» fucii ſtatuam ante illud decretum in
» his templis collocatam fuiſſe, ſacri-
» ficia atque honoris & reverentiæ ſi-
» gna ipſi quemadmodum & duobus il-
» lis idolis fuiſſe delata; inde eſſe quod
» Cumfucii ſtatua cum idolis illis ha-
» beretur: quod ſi non foret, fruſtrà
» futurum fuiſſe decretum quo ſacrifi-
» cia ejuſmodi prohiberentur. Secun-
» dum, inde conſtare quanta eſſet apud
» eas gentes Cumfucii veneratio, quæ

occasionem ac motivum huic decreto « dedisset : scilicet plebem quæ idolis « sacrificat parùm omninò curare cære- « monias ac ritus, neque de pretiosis « rebus offerendis valdè laborare; Im- « peratorem verò cum honore Cumfu- « cium afficere vellet, vetuisse ne is « coleretur in iis quæ dixi, templis, « & jussisse ut cæremonias & sacrifi- « cia quæ pertinent ad Cumfucium so- « li Præfecti peragerent. «

Respondeo dominantem in corpore humorem omnia quamvis boni succi alimenta, facilè in suam dominatricem qualitatem convertere. Si dominatrix est bilis, bilioſum sanguinem generat; si pituita, pituitoſum. Simile quid animis hominum contingere puto. Nam cùm quis animo opinionem aliquam concepit, eique mordicus adhæsit, omnia putat suæ favere sententiæ quamquam eidem contraria exiſtant. Patet hoc in subjectâ materiâ. Imperator *Chîm-tûm* regio Edicto extrahit Cumfucium à caterva idolorum, in quam Scioli aliqui vel nebulones ex proprio cerebro illum conjecerant, non enim id publicâ auctoritate factum fuerat. Et R. P. modò dicit ab Imperatore Cumfucium maximum idolum factum

fuisse ; idque probat, quia inter idola imago Cumfucii constituta, parumper tantummodò colebatur, extraxit propterea illam Imperator à fanis idolorum, ut altiori cultu coleretur tanquam maximum idolum. Quis unquam ingenium accuisset suum ad hanc propositionem asserendam, nisi ille qui uni huic rei animum adjecit, ut Cumfucianas cæremonias convelleret & ad orcum mitteret? Si statua Cumfucii non fuit publicâ auctoritate inter idola collocata, nec in omnibus Sinensis regni fanis posita, sed per abusum aliquorum hominum qui vel propter lucrum, ut faciunt sacrificuli, idola coacervant, vel propter aliquem particularem finem fuit statua illa in cœtum idolorum invecta ; oportuit Regem admonere, ne privatâ alicujus auctoritate cultus qui debetur Cumfucio tanquam regni magistro, in eum mutaretur quo idola coluntur.

Unde Imperator *Chîm-tam* particulari Edicto vetuit, ne quis auderet Cumfucium inter idola venerari, vestigia sequens Imperatoris *Hûm-vù*, qui primo sui Imperii anno Cumfucium ab idolis distinxit, idolis tribuens quoddam particulare nomen, Cumfucio verò tri-

buens dignitatis nomen, edicens ut hoc in posterùm servaretur sicuti suprà dictũ fuit, & infrà etiam adhuc patebit; unde non possumus assentiri R. P. dicenti finem & intentionem Imperatoris in hoc Edicto ferendo fuisse, ut altiori cultu tanquam maximum idolum coleretur: *Porque la plebe que sacrificava à los idolos nò cuida mucho de ceremonias, ni offreçe cosa de momento: y assi el Emperador querendo honrar el Cumfucio manda no se sacrifique en los dichos templos, y manda mas que en las ceremonias y sacrificio del Cumfucio, solos los prefectos los hagan.*

Prosequitur idem §. 17. sic dicens « el Emperador *Chim hoã.*, que fue « despues de *Tiẽ xun* el año 16. de « su corona ordeno en la secunda luna « que todos quantos andan à cavallo al « passar antes las puertas del Cumfu- « cio se apeen *y passen a pie loqual se* « *guarda assi.* «

Prosequitur idem §. 17. Impera- « tor *Chim-hoa* qui post Imperatorem « *Tien-xun* regnavit anno Imperii sui « 16. mense seu lunâ secundâ jussit ut « quisquis equo per orbem veheretur, « si ante Cumfucii januam transire con- « tingeret, desiliret ex equo, & passus «

Digitized by Google

» aliquot pedibus incederet : qui ritus » etiam num ſervatur.

Reſpondeo petendo à R. P. quid mali in hoc veniat ? Honor iſte exhibetur ab omnibus hominibus Sinis, cunctis qui regio titulo decorantur, & cùm Cumfucius tanquam Rex à Sinis colatur, quid mirum ſi eodem honore decoretur ?

» Proſequitur idem §. 17. Al Empe» rador nombrado *Chim-tùm* pidieron » los Magiſtrados aumentaſſen los elo» gios y veneracion del Cumfucio, y » reſpondio el Cumfucio ha ſido muy » venerado de todos los Emperadores : » ſus virtudes y meritos es difficulto» ſo explicraos, y aſſi aunque digamos » y hablemos mucho nò baſta ponde» rar ſus virtudes : y aſſi nò es neceſ» ſario añadir mas.

» Proſequitur idem §. 17. Cùm Ma» giſtratus petiiſſent ab Imperatore » *Chim-tum*, ut Cumfucii encomia & » cultum augeret : Cumfucium, repo» ſuit ille, ſummoperè venerati ſunt » omnes Imperatores, laudes ipſius ac » merita non ita facile eſt ſermone » complecti. Et certè vel ſi plurima » de ipſo & magnificentiſſima dixeri» mus, longè tamen minora atque infe-

Digitized by Google

riora ipsius virtute dicemus. Quare « nihil necesse est jam quidquam ad- « dere. «

Respondeo quid etiam mali in hac Imperatoris responsione invenitur ? an non possumus beneficos homines laudare, & gratum erga illos nostrum animum ostendere ? Sed cum radix atro est succo perfusa, quamvis dulcibus aquis eam riges, nihilominùs tamen atram illam qualitatem numquam perdit ; sic accidit in casu nostro, nam apud hunc R. P. cùm sit præjudicata causa Cumfucii, nulla res est quæ possit illum reddere mitiorem benignioremque erga Cumfucium, ejusque patronos ; sed infirmæ valdè sunt oppugnationes quæ instituuntur contra veritatis arcem.

Sed interim incumbit nobis explicare hoc nomen *sacrificium* quo R. P. utitur tanquam Achille ad corrumpendas Cumfucianas cæremonias ; item nomen templi, nomen hoc *xim* ; item tabellulam *xîn guói* : sed quia R. P. de his & similibus particularia instituit quæsita, nos quæsitis respondentes plenam dabimus horum nominum declarationem, ubi ostendemus nec umbram quidè superstitiosæ appellationis adesse.

Digitized by Google

Articulus XLV.

De teſtimonio aliquorum Chriſtianorum Sinenſium.

» 18. §. EL año que vino al Japon
» *à Fokien* (que haya 124.
» ó 125. años) un letrado de alcunha
» *lîn*, natural de la ciudad *de hîm hoâ*
» inſtituyo una Secta de las tres prin-
» cipales deſte imperio, conviene a ſa-
» ber de los letrados, *Foé y laò çũ*,
» aquien levanto templo con nombre
» de *ſan kiào tâm*, hoc eſt templo de los
» tres legiſladores y tres leyes. En ſus
» altares eſtan las tres eſtatuas, donde
» con el miſmo culto pariter ſon ado-
» rados y venerados. En *hîm hoã*, *Eõ*
» *cheũ*, *Fõ nîm*, *xãntũm*, y en otras
» muchas partes, como me dixo *chõ*
» *Fĩ chĩ*, hay templos deſſos. Sus Sec-
« tarios andan muy compueſtos con las
» manos ſobre il pecho. Eſto ſaben los
» Emperadores ſin cuya licencia ó per-
» miſſion nò ſe conſiente Secta, ò le-
» vantar templos como diçen, y a mi,
» y a otros lo han dicho Chriſtianos. Lo-

trados, los Prefectos, Magiſtrados, « y demas Mandarines, lo ſaben y con- « ſientan eſto, y ſiendo todos Letrados « facto ipſo & conſenſu appruevan ſer « idolo, como los de *Foë*, ò *Laò-çù*. «

18. §. Eo anno quo Japones in Pro- « vinciam Fokienſem irrupere, qui an- « nus eſt abhinc 124. aut 125. Litera- « tus quidam ex familia *Lin* ortus in « civitate *Him-hoa* Sectam unam inſti- « tuit è tribus quæ in hoc imperio præ- « cipuè vigent, ſcilicet Literatorum *Foe* « & *Lao-çu*. Templum etiam extruxit, « cui nomen fecit *ſan-kiáo-tâm*, tem- « plum trium Legiſlatorum ſeu trium « legum. Super altaribus tres ſunt ſta- « tuæ, quibus una atque eadem venera- « tio, unus cultus pariter adhibetur. « Habentur ejuſmodi templa in *Him-* « *hoa*, in *Fo-cheu*, in *Fo-nim*, in *Xan-* « *tum*, atque aliis pluribus in locis, ut « mihi retulit Chò-ſi-chi ille de quo « jam dixi. Eam Sectam qui ſunt am- « plexi, magnam modeſtiæ ſpeciem præ « ſe ferunt, & manibus ante pectus « compoſitis incedere ſolent. Illud por- « rò norunt Imperatores quorum ſine « venia ac facultate neque Sectam ullam « exurgere, neque templum erigi poſſe « dicunt, mihique & aliis ſæpè confirma- «

Digitized by Google

» runt Christiani Literati ; norunt Præ-
» fecti, Magistratus ac Mandarini, no-
» runt atque assentiuntur, & cùm Li-
» terati sint omnes, facto ipso & con-
» sensu approbant reponi Cumfucium
» inter idola non secùs ac *Foe* & *Lao-*
» *çu*.

Respondeo R. P. temporum seriei meminisse debere, ne dum Chronologum agit, historiarum fila confundat: nã superiori §. 17. dicit ante 200 annos, regnante Imperatore *Chîm túm* statuam Cumfucii collocatam fuisse in templis unà cum *Foẽ* & *Láo çũ*; sic enim ait *un decreto del Emperador* Chîm tũm *que he* 200. *anos que impero dis. assi el Emperador* Chîm tũm *ano* 3°. *de su imperio prohibio en todo el imperio que ninguno en adelante se atreva à sacrificar al Cumfucio en los templos de los idolos* Foẽ *y* Laõ çũ. Et modò in hoc 18. §. dicit statuam Cumfucii collocatam fuisse in eodem templo unà cum idolis *Foẽ*, & *Laõ çũ* ante annos 125. ab illo Literato agnomine *Lîn* contra imperatorium decretum fecit, collocando statuam Cumfucii inter idola *Foẽ* & *Laõ çũ* ut uno eodemque cum idolis coleretur cultu ; atque adeò falsum est quod subditur, Imperatores hoc sci-

Digitized by Google

re & hoc facto ipso approbare quod faciunt hujus Sectæ Professores, sicuti etiam omnes Mandarini : nam quod legibus regni repugnat & opponitur, non potest neque à Rege, neque à Mandarinis approbari. Igitur Literatus ille *Lîn* qui talem Sectam invexit inter Literatos habetur tanquam Hæreticus ; quippe qui tria inter se valdè dissita conjungere voluit, vel certè ex tribus illis unam composuit tertiam entitatem, quæ nullam ex tribus illis Sectis perfectè contineat ; atque adeò ab omnibus Literatis explodítur, & fana quæ ab hujus Sectæ fautoribus erecta sunt (quæ puto non inveniri nisi in illis quatuor vel quinque locis quæ numerantur à R. Patre) privatim & clanculum erecta fuisse, nec Mandarinos illa curare, quia parvæ molis sunt & parvo numero, quemadmodum etiam multa ædificantur parvula fana non solùm idolorum, sed etiam illarum Sectarum quæ inter Sinas prohibitæ sunt, & tamen Mandarini & Gubernatores non admodùm illa curant.

Sed dicat mihi R. P. Ecclesiæ quas RR. Patres erexerunt, quâ Regis auctoritate vel permissione erectæ fuere ? an certior de his factus est Rex ? mi-

Digitized by Google

nimè quidem. Sic etiam fana ista *sân Kiáo* erecta fuerunt, nec oportuit de his Regem certiorem fieri propter rationes jam dictas. Quod si aliquis vel Literatus vel Mandarinus Cumfucii zelotes accusare vellet coram Judice Sectarios istos *Sân Kiáo*, quod Cumfucium inter idola collocaverint contra regni leges utique graviſſimè punirentur, sed quia illos contemnunt, nullus est qui ad Mandarinos eos deferat. Propterea contra illos non agitur, nam ut plurimùm Sinenses Gubernatores nisi accusatio instituatur ab aliquo, in sontes non animadvertunt; sed non possum etiam non satis mirari modum argumentandi R. Patris dum ex permissione deducit approbationem, sic enim ait: (*Esto saben los Emperadores*; sed falsum esse jam diximus:) *Los prefectos, Magistrados, y demas Mandarinos lo saben, y consienten esto y siendo todos Letrados, facto ipso & consensu appruevan per idolo como los de* Foè *y* Laò çù.) Igitur Christiani Reges & Magistratus vel etiam ipse summus Romanus Pontifex noverunt & permittunt lupanaria, Judæos cum suis Judaïcis ritibus, Hæreticos cum suis perversis Sacris: Ergo facto ipso & con-

ſenſu approbant omnia ſuprà dicta ; quis unquam admittet talem conſequentiam ? quin modus iſte argumentandi favet Hæreticis illis, qui Deum faciunt auctorem peccati : ſic arguendo. Deus ſcit peccata hominum, illaque permittit ; ergo Deus approbat peccata : ergo poteſt poſitivè concurrere ad formalitatem peccati : quamvis enim approbatio peccati & concurſus ad peccatum diverſi ſint actus ; nam unus ſiſtit in ſola voluntate eliciens actum illum approbationis ; alter verò procedit uſque ad actum externum vel internum perficiens opus peccaminoſum ; nihilominùs tamen iſti duo actus ab eadem ratione formali peccati ſpecificantur. His denique addendum quòd Literatorum ſchola omninò Sectam idolorum execratur & abhorret, & præcipuè *Foẽ* ; loquantur Sinenſes codices ; *Damnum quod hominibus intulerunt duo homines quorum unus vocatur* Yâm, *alter vocatur* Mẽ *& qui à Sinis inter Hæreticos reputantur majus fuit damno quod intulerunt duo illi homines quorum unus vocabatur* Xîn, *alter vocabatur* Hân. Fuerunt hi duo veluti carnifices atque adeò vitis hominum adverſantes. Damnum verò quod hominibus intulit *Foẽ* majus uti-

que quàm damnum quod intulerunt *Tâm* & *Mẽ*; nam malitia *Tâm* & *Mẽ* facilè cognosci poterat & vitari; sed Secta ista *Foẽ* quia doctrinas habet quæ proximè accedunt ad rectam rationem, pejorem malitiam sub illo velo tectam habet, & incauti difficilè possunt ab illa cavere; non sicuti malitia *Tâm* & *Mẽ* quæ illicò per se patet: propterea Secta *Foẽ* intulit hominibus damnum multo majus. Quæ omnia in Sinico textu clarissimè patent. His igitur positis quomodò uniri poterunt Literatorum schola & idolorum Sectæ? quomodo ex hac inventione *Sân kiáo* potest concludi Cumfucium esse idolum? Concluditur tamen: non propter rationem & argumentum, sed quia R. P. ita vult.

» 19. §. De la tablilla del Cumfu-
» cio he oydo veçes dezir al P. F.
» Antonio de Sancta Maria, que a los
» muchachos que comenzan a leer en
» la escuela, se la ponen en alto con
» un escripto, *assiento del excellentissimo*
» *y santissimo proto-maestro Cumf..cio.*
» Laqual vezes viò con sus ojos: y
» que ha oido deçir que los maestros
» les obligan à prostrarse delante de
» el, para pedir al Cumfucio favor pa-

Digitized by Google

ta apprender y approvechar. «

19. §. De tabella Cumfucii ſæpè « Patrem F. Antonium à ſancta Maria audivi, cùm diceret pueris qui ſcholam frequentant ut diſcant legere, « eam tabellam altè ſublatam proponi « cum hac inſcriptione, *Sedes excellentiſſimi & ſanctiſſimi proto-magiſtri Cumfucii*; quod quidem ſæpè à ſe viſum eſſe narrabat, addebatque ſe audiviſſe pueros à magiſtris juberi hanc « tabellam prono corpore ſalutare, ut « eâ cæremoniâ Cumfucii opem implorarent ad comparandam doctrinam « progreſſumque faciendum in literis. «

Reſpondeo teſtimonium R. P. Antonii minimè contemnendum ut potè viri Religioſi; ſed quia R. P. Antonius ex illis erat qui cane pejus Cumfucium oderunt, propterea illius teſtimonium diſcretionis ſale eſt condiendũ. Et primo quidem dico nihil ineſſe mali in illâ reverentiâ quæ exhibetur ante illam tabellulam, cùm ſit merè politicus cultus, quo totius regni magiſtrum venerantur pueri ut infrà probabimus cùm ſermo erit de tabellula. Quod autem magiſtelli aliqui pueros cogant ad petendum à Cumfucio favorem ut in literis proficiant, id contra Literato-

Digitized by Google

rum inſtitutum procedit, qui nihil à Cumfucio petunt.

Sed quando elegantem & doctam deſiderant orationem componere non à Cumfucio, ſed ab alio quodam quod vocant *çû tùm* & ab alio quodam ſpiritu qui præſidet quibuſdam ſtellis, vocaturque *quéi sîm*, cujus ſtatuam efformant tanquam monſtroſam hominis imaginem quæ dextrâ manu penicillum vibrat, & ſiniſtrum pedem in aërem attollit, ac ſi jamjam ad volandum alas eſſet explicatura. Ab hoc ſpiritu dicunt hi Literati infundi acumen ingenii ad perficiendas doctas & elegantes compoſitiones. Hunc etiam vocant *qûéi teú sîm kiũm*, id eſt, altus borealium ſtellarum moderator, quia præſidet ſtellis illis quæ ſunt in ursâ majori; at idolum *sũ tũm* jam ſuprà dictum efformant tanquam pulchram hominis figuram, & jam hoc alio nomine vocare conſueverunt, *vẽn chám çũ tũm tì kiũn*, id eſt, *compoſitionum moderator*, &c. Hoc idolum ortum habet ex Secta *táo sũ*. Quod vero reperiatur unus vel alter vel etiam plures magiſtelli qui profitentes Sectas idolorum tanquam idolum Cumfucium venerentur, mirum eſſe non debet quando in his terris

terris in quibus ſanctiſſima lex noſtra viget, adhuc ab aliquibus perverſis hominibus ſuperſtitioſa etiam peragantur, & miſceant ſacra prophanis.

20. §. Alexio Chriſtiano antigo de Focheũ, ſiendo *hiõ quõn* en la villa de *lîm Kiám hién* el qual por ſu officio eſta obligado a aſſiſtir a lo que queda eſcritto, exortandole el P. Juan Garçia a que ſe confeſaſſe, reſpondio, *padre yo conoſco que no puedo confeſſarme miéntras eſtoy en eſte officio, y acudo a lo que ſe haçe al Cumfucio, eſto mueſtra, diçiendo, mi propria conſcientia; digan laque quieren otros padres que me lo aſſeguran; dexare el officio, (que lo deſſeo) y tratarè de mi alma;* dexole, confeſſoſe, y jamas quiſo tratar de ſemejante officio. oy vive y con muy buena opinion de Chriſtiano. Lino Chriſtiano de *hâm cheũ*, antigo bien conoçido de los miniſtros, preguntado por el P. F. Juan Bat. de Morales por las ceremonias dichas, y haviendoſelas referido añadio, cerca de 30. años hà, que me bautize, y deſpues aca nunca me atrevi a entrar en aquel templo; yo miſmo ſiento en mi coraçon, que nò es licito, ni ſe compadeçe con

» la ley de Dios. De otro refieren lo
» mismo los padres de Fŏngán. *Ex*
» *hypothesi*, y *ex suppositione* que to-
» do lo que esta escrito sea y se prati-
» que assi paraque no nos embaracemos
» en ello se pregunta siguiente (los ori-
» ginales en letra China los quemè en
» кiñ hoā en esta rebuelta : aunque los
» PP. es Fŏ кién tienen otro tanto
» guardado) por esso digo y hago mis
» preguntas, segun todo lo que queda
» referido.

» 20. §. Alexius Christianus anti-
» quus ortus ex urbe *Fo cheu* in oppido
» *Kiam hien* eam dignitatem assecutus
» est, quæ dicitur *hio quon*, ac pro mu-
» neris sui ratione debebat adesse iis cæ-
» remoniis, quas suprà descripsimus.
» Itaque cum eum P. Joannes Garcia
» ad sacram exhomologesim hortare-
» tur, sic planè respondit. *Pater, in-*
telligo me non posse peccatorum confes-
sione perfungi, quandiu versabor in hoc
ce munere & attendam ad ea quæ solent
erga Cumfucium fieri. Hoc me satis do-
cet intimus ille conscientiæ sensus, quic-
quid dicant ij Patres qui me super eâ re
securum & confidentem esse volunt. Qua-
re abdicabo me isto munere, quod jam
pridem cogito, & tum denique agam

Digitized by Google

de animæ salute procurandâ. Et verò « abdicavit se munere, per confessio- « nem expiavit peccata, neque unquam « ad ullam ejusmodi administrationem « accedere voluit. Ille vivit etiam nunc, « atque omnes Christiani partes sedulo « exequitur. Linus alter Christianus an- « tiquus ex urbe *Ham cheu*, quem sa- « tis norunt omnes Evangelici ministri, « de cæremoniis supradictis rogatus à « Patre F. Joanne Baptista de Morales, « postquam eas retulisset, subjunxit « continuò: *Jam ab annis triginta sacri baptismatis undis ablutus sum, atque ex eo tempore nunquam ausus sum illud templum ingredi: quippe id non licere ipse intus sentio, neque cum lege divinâ posse conciliari.* Illud idem Patres nostri qui versantur in *Fŏn gam* de alio Christia- « no referunt. Jam ex hypothesi & ex « suppositione quod omnia illa vera sint, « atque ita à parte rei contingant, ne « oriatur confusio in illis tractandis, « quæsita aliqua liceat instituere. (per « hunc nuperum tumultum contigit ut « comburerem in *Kim hoa* ea quæ Si- « nicis literis super hac re habebam exa- « rata, sed Patres Provinciæ *Fokien* « scripti hujus exemplum servavere.) « Quare jam ad quæsita mea venio, po- «

» sitis iis omnibus quæ jam relata sunt?

Respondeo paragraphum hunc multa continere quæ indigent examine; sed antequam examen hoc agamus, & ad singula respondeamus, pauca quædam oportet primò præmittere ad responsionis claritatem. Dico igitur, cum Sinicum idioma sit valdè ambiguum & perplexum, Sinici verò libri valdè etiam sint obscuri, & intellectu difficiles; contigit aliquando, ut quando nos Europæi Sinicè loquimur propter verborum improprietatem, & accentuum discrepantiam, non benè & dilucidè sensus noster à Sinis percipiatur, nec nos Sinarum animi sensa absolutè & perfectè penetrare possimus; atque adeò quando solummodò verba Sinensium referuntur, debet illorum sensus valdè nobis esse perspectus, & clarus, ut possit illorum auctoritas firmas habere radices. Hoc posito respondeo: Christianus ille *hiŏ quŏn*, quomodo poterat ad confessionem accedere apud RR. Patres, si inter damnandos à RR. Patribus constituantur illi omnes qui Cumfucio venerationem exhibere audent? Interim ipse in malâ conscientiâ vivebat, quia à bona fide jam deposuerant illum exhortationes RR. Pa-

Digitized by Google

trum, à quâ non debuissent deponere, scientes præcipuè Patres Societatis contrariam opinionem tenere : Quin imò, oportebat illum secundum hanc opinionem dirigere, ut animam in peccato mortali existentem à peccati baratro educerent. Neque valet id quod subditur, quod ipsemet stimulis agitabatur conscientiæ, propterea non audebat ad confessionem accedere ; nam antequam vestræ Paternitates Missionem hanc ingrederentur, talibus ejus animus non est scrupulis agitatus ; ast ubi vestræ Paternitates opinionem hanc suam contra Cumfucium invexerunt, tunc ille cepit scrupulis agitari ; atque adeò vestræ Paternitates fuerunt causa ut ille à bonâ fide desciscceret, & in continuo mortali peccato volutaretur. Hæc dixi ad hominem respondendo juxta superiùs in §. relata. At secundum rei veritatem non ita res contigit sicut à R. P. narratur.

Sciendum igitur est bonum hunc Christianum apud RR. PP. noluisse confiteri, quia illos jam noverat esse in eâ opinione, ut judicarent incapaces absolutionis sacramentalis & sacri baptismatis omnes qui Cumfucium venerabantur. Propterea nolebat cum illis

contendere, quia cum eſſent in eâ opinione fixi, nullas admittebant rationes, dicentes non ſibi talibus rationibus ſatisfieri: & cum Sinenſes neſciant Philoſophicum & Theologicum diſputandi modum, facilè cedunt (de Chriſtianis loquor) magiſtris ac ſanctæ legis prædicatoribus nec dubito utrimque propter rationes ſuprà dictas ſermonem fuiſſe ambiguum & implexum; atque adeò non benè ſe mutuò intellexiſſe. Cæterùm iſte Chriſtianus Alexius nomine, qui præfectum Baccalaureorum agebat, quoties in metropolim Provinciæ *Fŏ kién* quæ vocatur *Fo cheŭ fú* ſe conferebat, templum Domini quod in eâ civitate elegans & pulchrum Societas noſtra habet erectum, viſebat frequenter, & apud P. Antonium Govea tunc ſuperiorem, modo totius miſſionis moderatorem, peccatorum ſarcinas deponebat, reliquaque boni Chriſtiani munia peragebat; verùm pro bono pacis cum RR. Patribus hæc omnia per ſimulationem tacebat. Ex prænarratis quiſque conjicere poteſt, teſtimonium allatum à R. P. de hoc Alexio *hiŏ quŏn*, quantam vim habeat, in noſtro caſu. Sed jam expedivimus Alexium. Appareat modò Linus, ſuamque peroret cauſam.

Digitized by Google

Linus iſte agnomine *Chò* nomine *Cù Kiên* Chriſto nomen dedit, baptizatus à noſtris ante annos prope 40. in civitate *Hâm chéu*; oriundus tamen eſt ab oppido *Lân kì* ejuſdem Provinciæ *Chè Kiam*. In ejus domum, quæ in pagis extra muros ſita eſt, famulus à noſtris expulſus, & à RR. PP. admiſſus Reverendos Patres Dominicanos introduxit (propterea R. P. dicit illum omnibus eſſe notum) de illorum in ejus pagum adventu, bonus iſte Linus illicò ad me literas dedit, cui ego reſpondens, ſeriò commendavi, ut RR. illos Patres omni veneratione & charitate proſequeretur, quod & præſtitit impigrè & fideliter. Quia verò Sinenſibus doctrinis excultus erat, & gradum ſuperiorem Baccalaureatus adeptus fuerat (vocant Sinæ hunc gradum *Cũm fẽm*) propterea RR. Patres multa ab illo percontabantur, & variis eum quæſtionibus agitabant, quibus ille reſpondere conabatur prout temporis ſe ſe offerebat occaſio. Sed quia reſponſiones ut plurimùm interrogationibus conſentiunt, id eſt ita ſe habet modus reſpondendi, ſicuti ſe habuit modus interrogandi, nam quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur, atq;

que adeo quando recipitur responsio ; aliquando & sæpè etiam , secundum animum & voluntatem interrogantis recipitur ; ex talibus responsionibus , non potest sumi solidum aliquod fundamentum , pro aliquâ propositione astruendâ. Patet hoc clarissimè in testimonio quod R. P. affert de hoc Christiano Lino , ad suam confirmandam opinionem , quasi verò Linus R. Patris sententiam teneat , eamque profiteatur. Et tamen clarissimè etiam constat Christianum Linum aliter , valdeque diversè à R. Patre in his controversis quæstionibus sentire. Quin etiam ipsemet per Epistolas nobis missas de vestris Paternitatibus querimonias ex instituto contexit , dicens quod propter opiniones RR. Patrum Sinenses retardantur à susceptione baptismatis , atque adeo licet nolentes , & indirectè , obicem ponunt fidei propagationi. Idque propter eam causam contingere , quia RR. Patres non solùm sequi nolunt praxim Societatis , sed illam omni conatu impugnant, *Pú kém y Fè hoés* , sunt illius formalissima verba : addit etiam in duabus aliis Epistolis , quatuor namque Epistolas super hac materiâ ab illo accepimus , se in die judicii vestras Pa-

ternitates accusaturum ante Tribunal Christi Domini, eo quòd suis istis opinionibus interturbaverint Christianorum augmentum, deterrentes miseros Sinas à susceptione baptismi, & à Sacramentali confessione.

Has Epistolas legit etiam P. Claudius Mottel, item P. Humbertus Augeri, qui duo Patres, tunc temporis in Ecclesiâ *Xám hái* Sinicis studiis operam dabant; sed illas in hac persecutione Tartarorum contra fidem, cum reliquis scripturis flammis tradidi. Sed per hos dies, dum hanc texo Apologicam responsionem, P. Claudius Mottel suggessit mihi unum, quod Linus noster in suis scribebat Epistolis, cujus ego jam memoriam deposueram. Dicebat enim Linus, cum semel RR. Patres hortaretur, ut in promulgandâ divinâ lege ad praxim Societatis se conformarent propter varia incommoda vitanda, ab uno ex RR. Patribus responsum fuisse sic. *Nos ista non curamus, volumus martyres fieri*: cui Linus respondit; *si vultis martyres fieri, in Japoniam, vel alia commigrate regna, nam Sinenses non sunt humani sanguinis cupidi &c.* Hæc adnotavi, non quia omnia probem, quæ Linus scripsit;

sed ut ostenderem testimonium Lini P. R. P. allatum, non habere fundamentum, cum ipse in hac materiâ contra R. Patrem sentiat, & ut R. P. intelligat aliquando responsiones ab his literatis, super his controversis quæstionibus datas, accipi à nobis secundum id quod in animo gerimus, non autem secundum id, quod est in respondentis animo.

Patet hoc etiam ex alia responsione ab ipsomet Lino iisdem Religiosis data. Cum enim varii varia ab illo percontarentur, varias etiam ipse responsiones dabat; sed reprehensus ab uno ex illis quod in responsionibus non servaret eundem tenorem, respondit, *Quid ego agam? Ego non audeo cum sacerdotibus contendere, illorum interrogationibus utcumque responsionem apto, sumque illi similis, qui quando non habet ex carnibus gallinarum parata fercula, contusa comedit pisa, tempori se accomodans.* Atque hæc de Lino.

De alio verò quem citant Reverendi Patres, qui degunt in oppido *Fongán* similia dicere possumus, nisi fortasse unus ex illis sit, qui persuasus à RR. Patribus, Cumfucium abjuravit, & juravit in verba magistrorum. Illud ve-

rò quod in fine hujus paragraphi R. P. subdit, scilicet, posito quod omnia ab illo narrata de his cæremoniis ita à parte rei contingant, ne oriatur confusio in illis tractandis, quæsita aliqua instituit, sic ait. *Ex suppositione, que todo lo que aqui escritto sea, y se pratique assi, paraque no nos embaraçemos en ello, se pregunta lo siguiente*, illud inquam non admodum consistit. Si enim R. P. cum suæ opinionis fautoribus materiam hanc tractaret, poterat dicere: his positis, quæ nos omnes admittimus, nunc instituo sequentia quæsita &c. Sed cum disputet cum his qui contrariam sequuntur sententiam, quomodo potest supponere quod ita sit, & à parte rei contingat illud idem, de quo quæsito agitatur, cum multa quæ ille dixit negemus; alia verò explicemus, illisque diversum à R. Patre sensum tribuamus? perinde igitur se habet dicere, *ex suppositione, que todo lo aqui escritto sea, y se pratique assi, se pregunta lo siguiente*; ac si diceret, posito quod mea sententia sit vera, nunc instituo sequentia quæsita, negamus enim ita esse secundum omnes suas partes id, quod à R. Patre supponitur. Atque adeò non poterit deesse Cumfu-

sed ut ostenderem testimonium Lini P. R. P. allatum, non habere fundamentum, cum ipse in hac materiâ contra R. Patrem sentiat, & ut R. P. intelligat aliquando responsiones ab his literatis, super his controversis quæstionibus datas, accipi à nobis secundum id quod in animo gerimus, non autem secundum id, quod est in respondentis animo.

Patet hoc etiam ex alia responsione ab ipsomet Lino iisdem Religiosis data. Cum enim varii varia ab illo percontarentur, varias etiam ipse responsiones dabat; sed reprehensus ab uno ex illis quod in responsionibus non servaret eundem tenorem, respondit, *Quid ego agam? Ego non audeo cum sacerdotibus contendere, illorum interrogationibus utcumque responsionem apto, sumque illi similis, qui quando non habet ex carnibus gallinarum parata fercula, contusa comedit pisa, tempori se accomodans.* Atque hæc de Lino.

De alio verò quem citant Reverendi Patres, qui degunt in oppido *Fongán* similia dicere possumus, nisi fortasse unus ex illis sit, qui persuasus à RR. Patribus, Cumfucium abjuravit, & juravit in verba magistrorum. Illud ve-

rò quod in fine hujus paragraphi R. P. subdit, scilicet, posito quod omnia ab illo narrata de his cæremoniis ita à parte rei contingant, ne oriatur confusio in illis tractandis, quæsita aliqua instituit, sic ait. *Ex suppositione, que todo lo que aqui escritto sea, y se pratique assi, paraque no nos embaraçemos en ello, se pregunta lo siguiente*, illud inquam non admodum consistit. Si enim R. P. cum suæ opinionis fautoribus materiam hanc tractaret, poterat dicere: his positis, quæ nos omnes admittimus, nunc instituo sequentia quæsita &c. Sed cum disputet cum his qui contrariam sequuntur sententiam, quomodo potest supponere quod ita sit, & à parte rei contingat illud idem, de quo quæsito agitatur, cum multa quæ ille dixit negemus; alia verò explicemus, illisque diversum à R. Patre sensum tribuamus? perinde igitur se habet dicere, *ex suppositione, que todo lo aqui escritto sea, y se pratique assi, se pregunta lo siguiente*; ac si diceret, posito quod mea sententia sit vera, nunc instituo sequentia quæsita, negamus enim ita esse secundum omnes suas partes id, quod à R. Patre supponitur. Atque adeò non poterit deesse Cumsu-

Digitized by Google

cio si velimus secundum falsam hanc suppositionem respondere R. Patris quæsitis.

Ne igitur confusè procedamus antequam singulis R. P. quæsitis respondeam, ut vera à falsis distinguamus, placet huic Apologiæ inserere regias constitutiones & consuetudines quas Reges familiæ *Mîm*, quæ per 300. annos plus minus regnavit ante Tartarorum irruptionem, constituerunt circa ritus Cumfucianos. Quibus benè consideratis, quisque poterit intelligere Cumfucianos ritus nihil aliud continere, quam politicum & civilem ritum colendi totius regni magistrum, saltem omnia ad politicum ritum reduci posse videbit. Unde abjicienda prorsus est opinio, quæ asserit in illis superstitiones contineri, & Cumfucii cultores incapaces esse sacri baptismatis. Nam cum omnes humanæ actiones ab objectis, in quæ illæ respiciunt specificentur, atque adeò malitiam, vel bonitatem contrahant, ab objecto malo, vel bono, superstitioso, vel politico, sequitur eas esse actiones damnandas, quæ in malum vel superstitiosum tendunt objectum: cum igitur actiones quæ circa Cumfucianos ritus versantur,

Digitized by Google

Cumfucium reſpiciant tanquam magiſtrum, non autem tanquam Deum, vel portionem divinitatis habentem, idque literati profiteantur, & ſcriptis, & ore tenus, cur R. P. cum ſuis, tam firmus & tenax eſt in affigendâ Cumfucianis ritibus ſuperſtitionis notâ, non obſtante quod S. Auguſtinus dicat *, *ſuperſtitioſum eſſe, quidquid ab hominibus inſtitutum eſt, ad faciendum & colendum idolum, vel pertinens ad colendum ſicut Deum, creaturam, vel partem creaturæ.*

Ex qua ſancti Auguſtini ſententiâ colligitur, quod nihil eſt, ſive humana ſit actio ſive res alia quæcumque, quod per ſe ſit proteſtativum ſignum divinitatis vel honoris Deo debiti, ſed omnia ab hominibus inſtituta fuiſſe ad hunc effectum, quædam per modum ſacrificii, quædam verò tanquam ad ſacrificium ſpectantia, velut templa, altaria & ſimilia. Cum igitur omnia quæ interveniunt in Cumfucianis cæremoniis, ab hominibus ſint inſtituta, ad colendum Cumfucium tanquam magiſtrum, non autem tanquam Deum, vel aliquid deitatis habentem, clariſſimè nullam adeſſe in his cæremoniis

* *L. 2. de doct. Chriſt. c. 2. contr. 3.*

superstitionem quisque discernere potest; alioquin si tantùm velimus respicere actiones ipsas materialiter sumptas, & res illas, circa quas actiones illæ versantur, nullâ habitâ ratione finis, & objecti, ad quod rationes illæ diriguntur, cogemur dicere multa, quæ inter Catholicos juxta veterum consuetudinem geruntur, & piè geruntur, superstitionis notam minimè effugere posse. Unum vel alterum tangam, ut exemplis id quod assero clarius innotescat.

Serenissima Venetorum Respublica, quotannis mare sibi desponsat, hoc pacto: Serenissimus Reipublicæ Dux, senatu, primoribusque comitatus, portentosâ illâ & admirabili Bucentauro navi vectus, quam sequuntur prætoriæ quinqueremes, triremes, aliaque navium genera ad maris portum, ubi sunt castella æstuarii, pervenit; ibique inter horrisonos tormentorum boatus, musicas modulationes, symphonicosque concentus, à sacro antistite infulâ redimito, aureus annulus pretiosissimâ gemmâ fulgens benedicitur. Sacris cæremoniis adhibitis, quibus Ecclesia catholica uti consuevit, quâ sacrâ cæremoniâ peractâ, perficitur desponsatio

inter ſereniſſimam Rempublicam & ſubjectum mare, injecto in mare gemmiferum, gemmato annulo. Solemnitas hujus deſponſationis ſignificat, & pro objecto habet maris dominium, quo ſereniſſima Reſpublica potitur. Cenſores verò noſtri ſi tantum velint reſpicere actiones materiales hujus deſponſationis, magnis utique rugis contrahent frontem, & duris eam quæſtionibus exagitare contendent; & primò quidem à nomine deſponſationis incipient, dicentes, quomodo enim poteſt intercedere deſponſatio inter ſereniſſimam Rempublicam & ſalſas æquoris undas? ſicuti contra Cumfucianas inſurgunt cæremonias, illarum nomen convellendo, quod eſt, ſivè exprimitur à Sinis per hanc literam *çí* quæ propriè ſignificat, *offerre*, per univerſalem quandam analogiam, diſtinguitur autem ejus ſignificatio, & contrahitur; ſive particularis efficitur per particulares & diſtinctos terminos quos reſpicit: nam ſi oblatio Deo offeratur eſt verum ſacrificium, quod ſoli Deo poteſt offerri, & tunc dicitur *çí tién chù*; ſi verò oblatio fiat homini, tunc nihil aliud eſt quàm honor, vel ſignificat tantùm honorem, qui illi homini

defertur, & tunc dicitur *çí gîn*: ſi verò oblatio offeratur alicui creaturæ quam quis veneratur tanquam divinitatem habentem, tunc erit cultus idololatricus, ut *çí fẽ*, *çí pú ſá* nam *fẽ* & *pu ſá* idolorum nomina ſunt. Eodem modo ſponſatio inter virum & mulierem, eſt conjunctio maris & fæminæ ad ſobolem procreandam, & in hoc contractu, accipit conjux dominium corporis alterius conjugis: ſibi igitur mare deſponſat ſereniſſima Venetorum Reſpublica quia maris dominium accipit, ſive diù ante acceptum continuat. Non igitur materialitatem in his actionibus reſpicere debemus, ſed analogiam & objectum, in quod actiones feruntur, atque adeò ab errore liberi erimus.

Nec abs re fuerit aliud ſubtexere exemplum Sinarum proprium. Mos eſt inter Sinenſes perantiquus, cum nova nupta in mariti domum perducitur. Magna pompa nuptialis hæc ſolemnitas perficitur; nam utriuſque familiæ conſanguinei & affines, famulos famulaſque mittunt, qui ante & poſt geſtatoriam ſellam in quâ nova nupta à quatuor vel octo bajulis portatur, incedentes, obſequium illi præſtant, itidem ac propriæ domûs famuli. Initium dat ſo-

Digitized by Google

emnitati magna laternarum copia, quæ longis haſtis præfixæ, cubitalibuſque literis notatæ ſunt, ut cunctis ſpectantibus innoteſcat familia & aula, quæ illas miſit ad honeſtandam nuptialem hanc ſolemnitatem: ſequitur poſteà auratarum capſularum numerus haud exiguus, in quibus varia argenti auriique munera; item gemmæ velis phrygio opere pictis coopertæ continentur, ſingulas famulus quiſque veſte ſatis honeſtâ amictus, manibus præfert. Deinde bajulorum multitudo domeſticam ſupellectilem novæ nuptæ uſui futuram ſubſtratis humeris portat; inter hos, duo vel tres muſicorum chori intermixti, tibias fiſtulaſque inflant, quæ non injucundam reddunt ſymphoniam; deinde quatuor Ephebi pendulas è manubrio vel aurato vel rubro acerras argenteas, ante novæ nuptæ geſtatoriam ſellam præferentes, plateas & vicos fumantibus odoribus complent, concurrentibus undique cujuſcumque conditionis hominibus ad hanc nuptialem proceſſionem ſpectandam. Tandem terminat proceſſionem bajulus, qui ab humeraria vecte pendens vas geſtat, quod Romanorum antiquitas Cloacæ Deæ ſacravit.

Digitized by Google

Cui quæso Europæo homini spectaculum hoc risum non excitaret? Et tamen apud Sinas inter eos politicos ritus numeratur, ut sine notâ prætermitti non possit. Considerandæ etiam est novæ nuptæ gestatoria sella, quæ quamvis sit eleganter fabrefacta, pulchrisque sericis ornata velis, tamen ab uno illius latere nitidum speculum, ab altero verò canneum pendet cribrum. Censores, qui materiales actiones respiciunt, nonnisi crispantibus rugis & caperata fronte oculos ad hanc sellam convertent, & tamen Sinæ sic æstimant à majoribus acceptas consuetudines, ut, tanquam quid decorum sit, eo novas nuptas ornare gestiant: Sed hujus consuetudinis etiam hanc rationem reddunt. Dicunt enim novam nuptam nitidam servare conjugalem castimoniam tanquam speculum, & ad illam custodiendam, tot oculos ab ea adhibendos esse, quot habet cribrum foramina. Quæ omnia non solùm non malum exhalant odorem, sed præceptis moralibus & Christianæ disciplinæ maximè congruunt & conveniunt. Propterea non actionum materialitatem considerare debemus, sed objectum quod respiciunt, & à quo actiones il-

Digitized by Google

læ ſpecificantur, ne in ſcopulos errorum incidamus. Maneat igitur, quod ignotos nobis ritus & conſuetudines non illicò ad orcum mittere debemus, ſed illorum ſignificatio & inſtitutio inquirenda eſt, objectum item quod reſpiciunt, & in quod feruntur examinandum. Et ſiquidem bonitas vel moralis, vel politica in illis continetur, illos laudare, vel ſaltem non reprobare: Si verò aliquam haud bonam notam contraxerunt, velut rubiginem quandam, quæ illis vel propter ignorantiam, vel propter hominum malitiam adhæſit, illos purgare debemus, diſtinguendo bonum vel indifferens à malo quod contraxerunt, populoſque docere, quid in illis rejicere, quidve retinere poſſint, ſemper decretum Sacræ Congregationis ſequentes, quod aſſerit: *Ea verò quæ ad cultum politicum pertinent, vel ad illum reduci poſſunt, permittantur.*

Dixi ſupra me in reſponſione ad quæſita R. Patris explanaturum Sinicum caracterem *çí*, è cujus literæ explanatione præcipuorum dubiorum ſolutio pendet. Sed quia Regiæ Conſtitutiones, quas modò ſum relaturus, ſæpiſſimè repetunt hanc literam *çí*, ne lectoris animus in his legendis anxius, ſuſpenſuſ-

Digitized by Google

que maneat, congruum mihi visum est, antequam proferam Constitutiones Regias, priùs hujus literæ çí explicationem proponere.

Articulus XV.

Explicatio Sinicæ literæ çí.

Sinici caracteres, quos etiam hieroglyphicas notas appellare possumus, nam valdè similes sunt Ægyptiorum hieroglyphicis, quibus sensa internæ mentis effingebant, non solùm exteris hominibus, sed etiam ipsismet Sinis admodùm difficiles sunt, & propter illorum multitudinem, & propter multiplicem sive variam significationem, quam illis veteres tribuerunt. Unde sicuti fuit necessaria inter Philosophos distinctio illa de univocis, æquivocis & analogis, ne in disputationibus unum sumeretur pro alio, & erroribus implexa redderetur disputatio; ita etiam necessarium est, ne in scopulos erroris incidamus, distinguere Sinensium literarum significationem. Sæpissimè enim contigit, ut non solùm diversam, sed

Digitized by Google

etiam contrariam significationem una eademque litera obtineat ; ex harum numero cum sit litera *çí*, oportet omnes illius significationes producere, ut benè intelligatur quænam sit illa significatio, quæ hîc & nunc in subjectâ oratione huic literæ *çí* sit tribuenda.

Dico igitur primò, literam hanc *çí* significare examen vel agere examen : sic enim habet liber qui dicitur *Xām xú tá chúên. Litera hæc* çí *significat examen agere, sive inquirere,* çí chí jên chā jè. *Litera verò hæc* chá, *id est, inquirere, illud idem significat quod hæc litera* chí, *quæ litera* chí *significat pervenire* ; vult dicere, ubi hominum actiones pervenerint, id est, ubi ea quæ sunt necessaria homines prompta paratáque habuerint, tum demùm poterunt munera offerre. Sic enim prosequitur textus Sinicus relatus à dictionario *çú guoi* litera *çí* .....

2. Litera *çí* significat etiam discutere, & inquirere cerimonias sepeliendi defunctos, & post discussionem cæremonias illas perficere & exequi. Sic enim habet dictionarium *çû guói*....

3. Significat convivium agere, sic enim habet liber *Lìkí*. Offerre dapes, & offerre vinum, ritus iste est, reye-

Digitized by Google

que maneat, congruum mihi visum est, antequam proferam Constitutiones Regias, priùs hujus literæ çí explicationem proponere.

Articulus XV.

Explicatio Sinicæ literæ çí.

Sinici caracteres, quos etiam hieroglyphicas notas appellare possumus, nam valdè similes sunt Ægyptiorum hieroglyphicis, quibus sensa internæ mentis effingebant, non solùm exteris hominibus, sed etiam ipsismet Sinis admodùm difficiles sunt, & propter illorum multitudinem, & propter multiplicem sive variam significationem, quam illis veteres tribuerunt. Unde sicuti fuit necessaria inter Philosophos distinctio illa de univocis, æquivocis & analogis, ne in disputationibus unum sumeretur pro alio, & erroribus implexa redderetur disputatio; ita etiam necessarium est, ne in scopulos erroris incidamus, distinguere Sinensium literarum significationem. Sæpissimè enim contigit, ut non solùm diversam, sed

Digitized by Google

etiam contrariam significationem una eademque litera obtineat ; ex harum numero cum sit litera *çí*, oportet omnes illius significationes producere, ut benè intelligatur quænam sit illa significatio, quæ hîc & nunc in subjectâ oratione huic literæ *çí* sit tribuenda.

Dico igitur primò, literam hanc *çí* significare examen vel agere examen : sic enim habet liber qui dicitur *Xām xú tá chúên. Litera hæc* çí *significat examen agere, sive inquirere,* çí chí jên chā jè. *Litera verò hæc* chá, *id est, inquirere, illud idem significat quod hæc litera* chí, *quæ litera* chí *significat pervenire* ; vult dicere, ubi hominum actiones pervenerint, id est, ubi ea quæ sunt necessaria homines prompta paratáque habuerint, tum demùm poterunt munera offerre. Sic enim prosequitur textus Sinicus relatus à dictionario *çú guoi* litera *çí* .....

2. Litera *çí* significat etiam discutere, & inquirere cerimonias sepeliendi defunctos, & post discussionem cæremonias illas perficere & exequi. Sic enim habet dictionarium *çû gúói*....

3. Significat convivium agere, sic enim habet liber *Lìkí*. Offerre dapes, & offerre vinum, ritus iste est, reye-

» rentiam & honorem alicui exhibere;
» honor hic & reverentia exordium
» sumit à dapum præguſtatione, perfi-
« citur verò, cum vinum bibitur. Hic
» autem apparatus convivii non insti-
» tuitur propter comedendum & bi-
» bendum, sed propter occasionem mu-
» tui officii; hoc autem ideò peragitur
» ut intelligatur mutuum illud offi-
» cium magni faciendum esse, pecunias
» verò quæ in convivio præparando
» consumuntur, contemnendas esse, at-
» que ex hoc plebeii homines, sive po-
» pulus exemplum sumet in conviviis
» solummodo habendam esse rationem
» reverentiæ & obsequii, omissis om-
» nibus contentionibus. Sinicus codex
ita habet ..... commentator sic ait.
Offerre dapes, hoc est, (sive significat) *Dominum convivii honorem exhibere hospiti quem convivio excipit. Ipse verò hospes præguſtat oblatas dapes, & posteà vinum bibendum offert Domino convivii, hoc autem est,* sive significat, *hospitem colere, & magnifacere officium viri illius qui se invitavit &c.* Multas commentator addit, quibus convivii cæremonias explicat, quæ videri possunt in ipso libro *Liki*.

4. Litera hæc *ci* significat denti-

Digitized by Google

bus capere & comedere, ſic enim habet idem liber *Liki. Caſtor amphibium animal cum incipit capere & comedere piſces, tum demùm illi qui curam gerunt lacuum & piſcinarum, poſſunt ingredi lacus & piſcinas; cum vero animal hoc* çâi (ſpecies eſt lupi) *capit & comedit quadrupedes beſtias, tunc tempus eſt venandi.* Sinicus textus eſt.....

5. Litera hæc *çí* ſignificat munera & oblationes offerre, eſtque velut quoddam genus generaliſſimum, ſub quo continentur omnes ſpecies oblationum, quas conſueverunt facere tam veteres, quàm recentiores Sinenſes, quæ quidem oblationes ſpecificantur & inter ſe diſtinguntur per terminos quos reſpiciunt, & ad quos referuntur; oblationes igitur quas priſci Sinenſes offerebant ſupremo Spiritui, atque adeò ſummo rerum omnium Domino vocabant *chái*, quæ erat ſpecies quædam holocauſti; nam omnia quæ offerebantur, igne conſumebantur. Sic enim habet liber *Liki. Comburere lignorum ſtruem in hoc loco, qui dicitur* tái tân *eſt ſacrificium quod offertur cælo, id eſt, ſupremo numini*, ſupremum namque numen à Sinis vocatur *tién* & *hoâm tién* id eſt, magnum & ſupremum cœlum. Item vo-

Digitized by Google

catur supremus Imperator, *Xàm tí*, item omnibus his simul unitis, supremum numen appellant, dicendo *hoâm tiẽn xám tí* quæ omnia infrà clarius patebunt. Igitur quando offertur oblatio supremo numini, hæc oblatio dicitur *chái* quæ nulli alteri competit. Sic enim habet textus Sinicus..... Commentator verò sic ait. *Congeritur strues lignorum supra monticulum*, monticulus iste dicitur *tân*, *supra lignorum struem imponitur animal, deinde superadduntur pretiosæ aliquæ res, deinde omnia simul comburuntur, ut sacrificii odor ad cœlum usque penetret.* Atque hic est ritus offerendi oblationem supremo Domino, id est, verum sacrificium, quo colitur supremus dominus.

Ut autem intelligatur sacrificium hoc *chái* nulli alteri, nisi supremo cæli Imperatori competere posse, idem liber *Lìkí* distinctionem ponit inter hanc oblationem *chái* & reliquas oblationes, quæ reliquis offeruntur spiritibus. Sic enim ait. *Imperator secundâ lunâ currentis anni orientalem plagam regni visitans pervenit ad montem, qui dicitur tái çûn, ibique offert sacrificium* chái *dictum, & ex hoc eodem monte respiciens ad alias regni plagas, oblationes*

offert

offert tutelaribus montium & fluminum spiritibus ..... in quo textu advertendum est, quod quando est sermo de sacrificio quod offertur supremo Imperatori, id est, supremo numini, sacrificium illud dicitur *chaî*: quando verò est sermo de oblationibus, quæ tutelaribus spiritibus offeruntur, oblationes illæ dicuntur *sũ*, quod est nomen commune reliquis omnibus oblationibus. Verba Sinica sunt.....

Commentator verò sic ait. *Strues lignorum comburitur, ut sacrificium offeratur supremo numini, quæ quidem oblatio summa & prima est inter omnes. Orientalis verò plagæ, montium & fluminum tutelaribus spiritibus, quibus convenit etiam oblationes offerre in hoc eodem loco. Omnibus illis oblationes offert facie conversa ad ea loca, quorum illi spiritus tutelam gerunt.* In quibus Commentatoris verbis etiam apparet distinctio oblationum, quæ supremo numini offeruntur, & quæ tutelaribus spiritibus offeruntur; verba Commentatoris sunt.....

Est etiam alia oblatio quæ ab Imperatoribus offertur tantummodò supremo Imperatori, sive supremo numini, quæ oblatio dicitur *lúi*. Hujus

oblationis mentionem facit liber historiarum, qui dicitur *xũ xĩm*, & etiam liber officiorum dictus *Lìkí*, quem sæpè citamus. Sic enim habet, *Imperator cum processurus est ad debellandum aliquod regnum, offert hoc sacrificium* Lúi *supremo Imperatori*, id est, supremo numini. Sinicus textus est..... liber quoque *lìkí* eadem refert, & etiam addit differentiam inter oblationem, quæ fit supremo numini, & oblationem quæ fit ab ipso Imperatore reliquis spiritibus. Nam oblatio quæ fit supremo numini dicitur *Lúi*, quæ verò offeruntur reliquis spiritibus vocantur *Y çáo má*. Sic enim habet textus Sinicus.....

Commentator verò dicit, quod omnia hæc sunt oblationum nomina; sic » enim ait *Lúi*, *Y*, *çáo*, *má*, omnia » sunt oblationum nomina. Est & alia » oblatio quæ vocatur *iû*, & convenit » solum supremo cœli Domino, eam- » que offerebant Reges, quando tem- » pore siccitatis à supremo cœli Do- » mino pluviam rogabant, in quo » etiam apparet differentia, quæ in- » tercedit inter oblationem quæ fit cœ- » li Domino sive supremo numini, & » reliquas oblationes, quæ offeruntur » cæteris spiritibus. Oblatio namque

cœli Domino oblata dicitur *iû*; o- « blationes verò quæ offeruntur reli- « quis ſpiritibus, dicuntur *ſú*. Sic enim « ait textus. *Rex jubebat magiſtratus propter populos orare, item oblationes offerre ſpiritibus tutelaribus montium, fluminum, & fontium, atque ut præcipuè ſacrificium offerrent magnum* iû *ſupremo imperatori, in eoque, utpote magno ſacrificio, uterentur omnibus generibus muſicalium inſtrumentorum*, & in eodem libro *Liki* deſcribitur modus & ratio, quomodo tale ſacrificium *iû* perficiatur. Verba Sinica ſunt ſequentia .....

Commentator verò ſic habet. *Litera hæc* iû *ſacrificium eſt, quo tres antiqui reges pluviam rogabant. Hæc verò litera* tí *cœlorum Dominum, & gubernatorem ſignificat.*

Oblationes verò quæ offeruntur tutelaribus ſpiritibus & comprehenduntur ſub litera *çi* tanquam ſub genere, varia etiam ſortiuntur nomina, quorum aliqua hîc referam. Igitur eſt oblatio quæ dicitur *chá*, quæ offertur ſpiritibus propter beneficia ab illis accepta. Sic enim habet liber *Liki*. *Chà oblatio eſt quæ offertur octo ſpiritibus.* Commentator verò oblationis hujus

rationem reddit dicens. *Homines profitentes virtutem offerunt hanc oblationem, eo quod cupiant gratias referre spiritibus à quibus beneficia acceperunt, &c.* Sinica verba sunt.....

Est etiam alia oblatio quæ dicitur *guói*, quâ utebantur veteres ad deprecandas & avertendas calamitates, sic enim habet dictionarium Sinicum *çú guói. Oblatio dicta* guói, *oblatio est ad avertendas calamitates*, ita dictionarium Sinicum....

Alia oblatio dicitur *Fãm*, quâ utebantur veteres in cultu illorum spirituum tutelarium, qui quatuor orbis partes custodiebant, dictionarium, *çú guói* litera *xi.*

Alia oblatio dicitur *iûm*, quâ utebantur veteres ad rogandam cœli temperiem, tempore magnæ siccitatis, tunc enim magnæ superveniebant calamitates, hominesque infirmitatibus corripiebantur mortiferis, propterea dixit Sinicum dictionarium *çú guói* litera *xi. Oblatio hæc* iûm *oblatio est ad rogandos ventos & pluvias.* Liber verò *tà chûên* apud idem dictionarium sic ait. *Cum ingruit aquarum siccitas, superveniunt morborum calamitates; tunc igitur temporis oblationes* iûm *dictæ offerendæ sunt*

tutelaribus, sive rectoribus planetarum spiritibus & quisque suis temporibus; & nives, & pruinæ, & venti, & pluviæ sequentur. Verba Sinica sunt:.....

Prætermitto multas alias oblationum species quæ comprehenduntur sub hoc generico nomine *çí* & à Sinico dictionario *çú guói* referuntur, & alias quæ referuntur à libro officiorum *Lìkí*. Solummodò addam oblationes quæ offeruntur parentibus & benefactoribus defunctis, quæ quidem oblationes comprehenduntur etiam sub hoc generico nomine *çí*, sed cum diversa relatione & habitudine à suprà relatis oblationibus: nam suprà relatæ oblationes offeruntur primo spiritui, sive primo numini, vel reliquis tutelaribus spiritibus illorum auxilium implorando, sive pro beneficiis gratias agendo, sive malum aliquod deprecando, propterea liber *Lìkí* de his oblationibus sic ait, *In oblationibus imploratur auxilium, referuntur gratiæ, deprecantur calamitates*, quæ omnia à Commentatore clarissimè explicantur: verba Sinica sunt:...

In oblationibus verò, quæ fiunt pro defunctis benefactoribus, vel mortuis parentibus, nihil omninò ab illis rogatur, sed illis tantummodò honor, &

reverentia exhibetur, illorumque memoria recolitur; unde liber *Liki* dicit. *In oblationibus, quæ fiunt pro defunctis, nihil ab illis rogatur, non peraguntur ante consueta tempora; neque lætari debemus eo quod sint splendidæ*, verba Sinica sunt.....

Finis quem respiciunt, & ad quem ordinantur munera ista, & oblationes, nullus est alius, quam continuare amorem erga parentes & benefactores, procurantes hisce oblationibus supplere defectus commissos in sustentatione, & obedientiâ erga defunctos suos. Sic enim habet liber *Liki*.....

Commentator verò ait, quod hi qui offerunt munera hæc defunctis suis, postulant his continuare parentum sustentationem usque ad longiora tempora, & perseverantiam in obsequio & reverentia erga illos (hoc illos prosequentes honore ac si vivi essent) propterea in alio loco dicit idem liber *liki*, quod *viri probi perficiebant has oblationes, & solum in his rationem habebant, ut perfectè, fideliter, cum sinceritate & reverentiâ perficerentur, nihil in illis petentes, aut sperantes*, sic enim textus Sinicus ait.....

Commentator verò sic ait, *perfectio*,

Digitized by Google

fidelitas, sinceritas, reverentia, quatuor ista sunt his in oblationibus fundamentum, id est, in his consistit honor qui his oblationibus defunctis parentibus & benefactoribus exhibetur. Nihil ab illis petitur, & non solum non petunt actu, sed nec illis voluntas ineſt felicitatem aliquam petendi. Et istius rei, rationem reddens dicit, *quod enim appellatur* çí sù *id est, oblatio hæc, instituta est ad honorandos parentes & benefactores, non autem ad fœlicitatem vel lucrum aliquod petendum, vel sperandum.* Verba Sinica Commentatoris sequentia sunt .....

Ex quibus clarissimè patet valde differre inter se munera & oblationes, quæ offeruntur suprémo omnium spiritui & reliquis tutelaribus mentibus, & munera quæ offeruntur parentibus, vel benefactoribus, quamvis eorum utræque oblationes conveniant inter se in genere oblationis, & propter hanc rationem vocantur nomine communi, çí, quod nomen, ut dixi, continet sub se omnes oblationes: tamen quælibet oblatio, cum habeat distinctum terminum ad quem tendit, & à quo specificatur, & fiat particularis, & talis oblatio, ideò quælibet suum proprium sortita est nomen. Unde oblationes quæ

Digitized by Google

fiunt parentibus, & benefactoribus; quamvis vocentur *çî* propterea quod contineantur ſub hoc genere *çì*, proprium tamen habent nomen & differentiam, per quam ab omnibus aliis oblationibus diſtinguuntur, ut patere poteſt in ſequentibus oblationibus ...

Veteres igitur Sinarum Reges oblationibus, quas in defunctorum aulis parentibus offerebant, indiderunt hæc nomina; illas, quas verno tempore offerebant, vocabant *iŏ*; illas quas æſtate offerebant, vocabant *tí*; autumnales verò vocabant *chám*; hiemales vocabant *chîn*. Sic enim habet Sinicus textus .....

Oblationes verò quæ offeruntur reliquis hominibus, propriis parentibus, vel benefactoribus varia etiam ſortiuntur nomina, quamvis ſub illo generali nomine *çí* contineantur. Igitur oblationes quæ offeruntur avis, genitoribus, dicuntur *pâm*, dicuntur etiam *fãm*, ita dictionarium Sinicum *cú guói*, in quo hæc leguntur. *Pâm iû fãm çí ſiẽn çù.* Appellantur etiam communiter *hiàm*, quod idem eſt, ſive ſignificat convivium quod inter contribules mos eſt agitari, quia familia tota ſtatis temporibus convenit in eandem aulam ad hæc munera offerenda.

Digitized by Google

Ex supradictis omnibus clarissimè constat literam hanc *çí*, utpote genus aliquod sub se species continere, quæ per proprias differentias inter se distinguntur. Atque adeò in libris Sinicis, quando invenitur litera hæc *çí*, interpretanda est secundum suam differentiam specificam, quæ est objectum, quod oblatio respicit.

Articulus XVI.

Explicatio literæ sú.

Hæc etiam litera *sú* continetur sub litera *çí* tanquam species sub genere, sicuti huc usque diximus de aliis literis Sinicis quæ significant oblationes. Ejus significatio propria est oblationes offerre spiritibus tutelaribus uniuscujusque domûs, quos Sinensium antiquitas putavit esse pro qualibet domo, sive familiâ, quinque. 1. qui januam domûs custodit ab extrà, id est atrium ante januam. 2. qui custodit januam ipsam. 3. qui custodit aquam, cujus necessario usu domus carere minimè potest. 4. qui ignem custodit ad

Digitized by Google

neceſſarios uſus. 5. qui interiora domûs cuſtodit, propterea vocantur *ſú*. Quibus tutelaribus ſpiritibus ſuis temporibus munera offerunt habitatores domus. Item antiqui reges conſtituerunt, ut primi Ordinis Mandarini tres poſſent habere aulas ad parentalia peragenda, pro patribus, pro avis, pro proavis. Secundi Ordinis Mandarini duas, pro patribus, & pro avis. Infimi Ordinis Mandarini unicam pro ſolis parentibus; plebeiis vero hominibus nullam conceſſerunt aulam particularem. Conceſſerunt tamen ut in propriâ domo poſſent parentalia agere; ſic enim habet liber *Liki*. *Magni Mandarini tres erigant aulas pro ſuis anteceſſoribus defunctis; prima dicitur caò miáo*, id eſt, aula pro patre. 2ª. *dicitur hoám cáo miáo* id eſt, aula pro avo. 3ª. *dicitur hoâm cáio miáo* id eſt, aula pro proavo. *Inferiores Mandarini duas erigant aulas; infimi unam erigant aulam: plebeii verò homines nullam habeant, ſed in propriâ domo poterunt parentalia perficere*: verba Sinica ſunt..... Hæc etiam litera *ſú*, quamvis ſit ſpecies contenta ſub litera *çi* tanquam ſub genere, tamen ſæpiſſimè in libris Sinicis conjungitur cum litera *çì* & dicitur *çí ſú*,

Digitized by Google

sed hæc conjunctio nullam illi addit peculiarem significationem, sed retinet suam propriam significationem, ac si sola pronunciaretur *ſú*.

Explicatio literæ tién.

Litera hæc *tién* significat oblationes offerre mortuis parentibus vel benefactoribus; propterea tanquam species continetur sub genere literæ *çí*, illius tamen propria significatio est poculis hospitem honorare, sive convivio hospitem accipere. Ita liber *cheũ ly*. Sic enim habet: *litera hæc tién, significat hospites convivio excipere, & illos poculis honorare.* Verba Sinica sunt.

Quia verò Sinensium mos est eo prosequi honore mortuos, quo prosequebantur dum viverent, propterea dum parentalia agunt, vocant illas oblationes *tién*; ac si viventes hospites convivio excipierent.

Explicatio literæ çién.

Litera hæc (*çién*) significat etiam oblationes & munera offerre mortuis parentibus & benefactoribus, non qualiacumque munera, sed parva &

Digitized by Google

ordinaria, propterea quamvis contineatur sub litera *çí*, tanquam species sub genere, attamen non adæquatè participat rationem genericam *çí* secundum totam suam amplitudinem; nam quæ offeruntur per hanc oblationem *çién*, sunt res quæ passim haberi possunt, & non est determinata aliqua regula, munera offerendi vel in munerum selectione, vel in tempore munera offerendi. Sic enim habet liber *Lìkí*. *Oblatio mnnerum quæ dicitur* çí *habet determinatum modum & determinatum tempus*, (quibus scilicet rebus & quo tempore fit perficienda.) *Oblatio verò, quæ dicitur* çién *non est propriè* çí, id est, non participat omnem rationem oblationis *çí* dictæ. *Ejus igitur ratio consistit in hoc, ut cum temporis opportunitas concedit, tunc offerantur res propriæ illius temporis, quod quidem non excedit quatuor anni tempora*; id est, ut offerantur illa, quæ eo tempore nascuntur, unam vel alteram ex illis offerendo, & non amplius.

Explicatur litera cáo, *sive* cõ.

EXplicationem hujus literæ *çáo*, sive *cõ* jam supra retulimus; hîc tamen breviter eadem oportet repetere,

ut literæ omnes, quæ ad oblationes pertinent uno in loco describantur. Igitur hæc litera *cáo*, quamvis varias habeat significationes, ut quisque videre potest in Sinico dictionario *çú guói*, in parentalibus tamen, illius usus est ad significandam oblationem, non qualemcumque, sed illam quæ adjunctam habet panegyricam orationem, & tunc litera hæc ordinariè non habet appellationem *cáo*, sed *có*, quamvis aliquando promiscuus sit duarum vocum usus. Explicat hoc dictionarium Sinicum *çú guói*, citans perantiquum librum Sinicum. *Lõ xũ chím ngó*, sic enim habet: *veteres quando oblationes offerebant in aulis defunctorum parentum, utebantur animali & panegyricâ oratione in laudem defuncti; propterea litera hæc* cáo *componitur ex duabus literis superiori & inferiori. Superior litera est litera* nièu, *quæ significat bovem; inferior litera est* keù, *quæ os, quo homo loquitur atque adeo in unâ eademque litera uniuntur, & oblatio, & laus defuncti parentis.* Sic enim habet Sinicus textus.....

Explicatio oblationis Xẽ çaí.

EST & alia oblatio quæ offertur solis præceptoribus, diciturque *xẽ çaí* vel *çi çaí*, id est, oblatio olerum,

de quâ etiam suprà egimus ; nunc breviter illius substantiam attingamus. Igitur litera *xẽ* significat ponere vel exponere, quod idem est ac offerre, propterea quòd quòd offertur, exponitur super mensam. Litera verò *çái* significat olera in genere ; in istis verò oblationibus in honorem magistrorum peractis, sumitur litera *çái* pro specie quadam particulari olerum, quæ sunt olera quædam quæ in aquis nascuntur, & una species vocatur *pîn*, altera vocatur *çáo*. Offeruntur herbæ istæ magistris propter duas rationes ; unam jam suprà retulimus, quia scilicet est tanquam axioma apud Sinas à Cumfucio relictum quod sapientes delectentur aquis, quia sunt similes aquis quæ per omnes partes fluentes currunt, sic sapientes omnia perscrutantur ; propterea Cumfucius dicebat *chí chè iáo xùi*, id est, *sapientes delectantur aquis*. Commentator verò hujus rei rationem reddit, & sic ait. *Sapientes penetrant abdita quæque rerum, & per omnia discurrunt sine intermissione, similesque sunt aquis, propterea dicitur, quod aquis gaudeant.* Verba Sinica sunt.....Altera ratio est propter aquæ puritatem, quæ omnes abluit sordes ; sic etiam

veri ſapientes & ipſi in ſe puritatem ſervant, & doctrinis ſuis alienas abſtergunt ſordes.

Fit igitur hæc oblatio olerum magiſtris, in honorem virtutis, & bonarum artium, quas ipſi diſcipulos docuerunt, ſic enim habet liber *Lìkí*: *oblatio olerum perficitur ad oſtentandam reverentiam erga virtutes & doctrinas, quas didicerunt diſcipuli à ſuis præceptoribus çí çái chè, xí kím táo iè.* Commentator verò ſic ait. *Oblatio olerum eſt oblatio, quæ fit defunctis præceptoribus, in quâ offeruntur aquatica hæc olera* pîn *&* çáo, *ut oſtendant diſcipuli ſe magnifacere & venerari doctrinas, virtutes, bonaſque artes, quibus illi exculti fuere, & quas ipſi ab illis docti ſunt.* Verba Sinica ſunt.....

Quamvis igitur hæc oblatio propriè offeratur magiſtris, extenditur tamen propter ſignificationem puritatis & munditiei ad paucos alios ritus, ut patet in libris officiorum *Lìkí*. Atque hæc ſufficiant pro explicatione literæ *çí* & reliquarum oblationum, quarum uſus eſt apud Sinenſes communis. His igitur ita explicatis, cùm lector incidit in hanc literam *çí*, quam adverſarii ſine ullâ diſtinctione promiſcuè nominant ſa-

crificium ; & ſacrificare ; meminiſſe debet diſtinctionis & ſignificationis , quæ propriè huic literæ *çi* convenit , ſecundùm objectum quod reſpicit , & terminum ad quem refertur. Et ſic inoffenſo pede poterit percurrere Regias Conſtitutiones , quæ de Cumfucii cultu agunt , & omnes alios Sinicos libros, in quibus legitur hæc litera *çi* , vel fit mentio alicujus oblationis à nobis ſuperiùs deſcriptæ.

Verùm antequam Regias Conſtitutiones proferam , ad majorem intelligentiam rerum earum quas tractamus , liceat mihi aliqua præfari. Sciendum igitur eſt , noſtræ ſocietatis Patres veritatem indagantes rerum , rituumque Sinenſium , tanquam ſeduli piſcatores ſagenam in hoc gentilicum mare mittentes , bonos illorum mores in vaſa , malos autem foras miſiſſe , abjicientes ea quæ ſanctæ fidei puritati adverſabantur , & permittentes ea quæ eidem contraria non erant , juxtà Domini conſilium , *Pro nobis eſt , qui contra nos non eſt* : ſexaginta & amplius Societatis Theologos , indagatæ jam totius veritatis vis , & amor fidei dilatandæ in unum colligavit , effecitque ut Sinis Chriſtianis permitteremus illa , quæ

Digitized by Google

merè politica essent, & quæ vel cultum olerent politicum, vel ad illum reduci possent, sicuti sacra Congregatio decrevit demptis omnibus superstitionibus: Non tamen eadem vis & amor valuit colligare alios in eodem mari laborantes piscatores; aliâ enim hi, in his piscibus captandis, escâ uti voluere, bona quidem fide & zelo; ideò omnes ritus Sinenses, sibi perspectos esse putantes, ritus ferè omnes civiles, superstitiosos esse pronunciarunt. Propterea hi Sinenses, qui à politicis istis institutionibus abstinere non valerent, à susceptione baptismi prohibiti sunt. Atque hinc orta tempestas propter doctrinæ difformitatem: hinc tot tractatus, tot nova examina apud Romanam Curiam. Statutum tandem à sacra Congregatione politicos videri ritus Cumfucianos, & tolerandos ritus aliquos Sinensium erga defunctos, sublatis superstitiosis. Sedata jam tempestas hoc novo Decreto videbatur. Sed ecce tibi in ipso turbine persecutionis à Tartaris aliquibus, contra Evangelii præcones commoto, dum in exilii loco degeremus, fulgura iterùm micare ceperunt. Nam & voce & scriptis contra Sinensium politicos ritus

Digitized by Google

inſurrexerunt R. P. Dominicus Navarrette Ordinis Prædicatorum, & R. P. Antonius de ſancta Maria Ordinis ſancti Franciſci, qui adeò deformes Sinicos hoſce ritus depinxerunt, ut quemque poſſent dubium reddere, an aliqua ſuperſtitio propter hominum malitiam illos infeciſſet. Ego verò quoniam in triginta annorum curriculo, quo inter Sinas verſatus ſum, numquam audiveram illorum aliqua, quæ in communi cœtu 24. Patrum narrata fuerunt, ad examen revocare volui Cumfucianos ritus, uſus in his indagandis operâ docti cujuſdam Mandarini, qui ante annos duodecim in civitate *ſũn kiãm* me inter amicos voluit habere; & caſu anno 1668. in Provinciam Cantonienſem ſe conferens ad negotia peragenda, in hac noſtrâ Cantonienſi cuſtodiâ, me pluries viſere, familiariterque mecum agere non eſt dedignatus; huic Mandarino nomen eſt *çái hõ fám.* Is rituum doctrinis maximè eruditus, & in his lauream adeptus, januam mihi ad multorum intelligentiam aperuit. Attentè deinde evolvi Conſtitutiones, quas præteriti Reges familiæ *Tà mîm* ſtatuerunt in honorem tanti magiſtri, & nihil in illis inveni quod politicum non oleret

cultum, ab omni prorsùs superstitione alienum. Quapropter ut ritus ejusmodi ad notitiam eorum etiam qui literas hasce Sinicas nunquam didicerunt, pervenirent, eos de verbo ad verbum in Latinum transtuli, & ut veritas simpliciter & sine fuco eluceret, parùm moratus sum oblocutiones eorum, qui sermonis elegantiam sectantur, itaque statuta primi regis familiæ *Tá mîm* sic habent.

ARTICULUS XVII.

Constitutiones Imperatorum Sinensium familiæ Tamin.

Constitutiones de colendo Cumfucio à primo Sinarum Rege familiæ Tá mîm, Hûm vù *dicto.*

HUm vù Sinarum Imperator imperii anno primo, ipso regnandi initio, suo regio edicto jussit, ut cunctis spiritibus tribueretur honorarium nomen, solummodò Cumfucio (utpotè qui catervam illam spirituum non ingreditur) tribueretur dignitatis titu-

Digitized by Google

lus ; hoc autem datâ operâ factum, ut ſicut ab antiquis temporibus, eodem modo in præſenti tempore maneat ejus dignitas. Item ſingulis annis in menſibus 2. & 8. & diebus *tĩm* dictis mittantur Mandarini ad oblationes ei offerendas in Curiâ dictâ *quẽ hiõ.* Item prima & 15. die cujuſque menſis mittantur Eunuchi ad offerendos odores; ſed primâ menſis offeratur vinum, & fiat oblatio olerum. Item conſtituit ut 2. & 8. luna in diebus *tĩm* dictis offerrentur odores, & mitterentur Mandarini ad offeranda munera Cumfucio in Curiâ dictâ *quẽ hiõ.*

Hûm vù idem Imperator anno 4. ſui Imperii, conſtituit ut collocarentur ſuper altam menſam vaſa ad munera offerenda, ſcilicet *giên teù fù lân tém him,* & ut fictilibus miniſtri uterentur patinis, & ut animalium carnes eſſent coctæ, muſici verò & geſticulatores (ſunt qui ferentes manibus ſerica vexillula, ad concentum fiſtularum, nunc deprimunt, nunc elevant, nunc à lævâ ad dexteram, & contra, vexillula agitant) ſeligerentur ex illo Literatorum ordine, qui dicuntur *kiên sẽm.* Item ex filiis magnorum Mandarinorum togam vel arma ferentium : qui verò ſunt

Digitized by Google

Baccalaurei præmaturè cæremonias hasce doceantur, & in his sedulo se exerceant. Item jussit ut doctores qui tunc primùm incipiunt gubernationem agere, pergerent in Curiam *quẽ hió*, & in eâ offerrent oblationem olerum (sicuti suprà diximus.)

Hûm vù Imperatoris anno 7. quia primâ die secundæ lunæ fuit Eclipsis solis, transtulit oblationem Cumfucio determinatam in sequentem diem; una autem oratio panegyrica sic habet. *Guói* (litera hæc *guôei* semper apponitur, quando describitur tempus aliquod, & vim habet quasi apud latinos particula *in*) igitur *Hûm vù* imperii anno tali, currentis cycli talis anno tali &c. (Sinæ utuntur cyclo bo, annorum quo per duas cycli literas currens annus exprimitur.) Igitur Imperator primâ die lunæ misit præparatos Mandarinos ad offerenda munera magnæ virtutis viro præcellenti *Vên sivẽ vâm* (hoc regio titulo appellatur Cumfucius.) Sic vero incipit panegyris. *Solummodò præceptoris virtus par est*, id est imitatur, *cœlum & terram, doctrinâ superat veteres recentioresque. Correctio sex classicos* (Sinensium) *libros expolivit, dignitas illustris est per millia sæcula. Propterea*

reverenter juxta antiquam consuetudinem, munera hæc offero, *animal*, *fericum*, & *purum dulce vinum*, *puram orizam*, *reliquasque dapes*, *omnia ritè parata munera.*

Anno 15. ejusdem Imperatoris *Hûm vù*, initium sumpsit ea regis ordinatio, ut totius regni Literarum professores omnes munera offerrent Cumfucio, illis formam constituendo, quomodo munera essent offerenda.

Anno 16. ejusdem Imperatoris *Hûm vù* jussit Imperator, ut majoris ordinis instrumenta musica in omnibus majorum civitatum gymnasiis adhiberentur, ordinans ut minorum civitatum & oppidorum Mandarini, juxta formam præscriptam ea instrumenta fabricarent. Posteà verò si contingeret eosdem ad altiorem dignitatem ascendere, omnes mitterent Mandarinum aliquem, ex sibi subordinatis, ad offerenda munera usque in domum Cumfucii, quæ vocatur *quán ly*. Imperator verò personaliter se contulit in Curiam, sive gymnasium *quẽ hiõ*, ibique olerum munera obtulit.

Anno 26. ejusdem Imperatoris *Hûm vù* Imperator formam constituit modumque munera offerendi. Prima est parsimonia in cibo & potu, scilicet ut

Digitized by Google

Mandarini qui munera oblaturi sunt, ante prandium, & præcipuè ante vini potionem accederent, quod hodie etiam maximè servatur; ut visitationes Mandarinorum non fiant nisi ante prandium, & quamvis aliquandò jentaculum sumant, nullo modo audent vinum bibere, idque ut sæpiùs audivi, propter reverentiam Mandarini, propter quem instituitur visitatio: offenderetur namque si vinum visitans oleret; hæc verò abstinentia rigidè servanda est, sicuti servatur quando munera offeruntur regibus. Cumfucius enim regio jam titulo decoratus est. 2. Constituit rationem sive rituum formam. 3. ut seligerentur munera, (quæ sunt sequentia) bos unus, modo verò duo offeruntur; duæ montanæ capræ, modo verò quinque borealas oves; sues novem, modo verò 14. cervus unus, lepores quinque, modò unicus. 4. Constituit ut præparentur in alio offerendorum munerum loco, qui dicitur *chìm tám*, vitulus unus, ovis una, sus unus. Sequentia vasa sunt ad munera offerenda, *him*, duo, *piên tèu*, decem, *à quèi*, duo, item sericum unum. Præparentur etiam urcei tres, cyathi tres, cista una, quæ omnia collocari debent

in parte orientali hujus loci *tân* dicti ; contra occidentem , (id est ad dexteram aulæ , Sinæ enim pro dextrâ accipiunt orientem , pro siniſtrâ accipiunt Occidentem;) pro panegyrica compoſitione, menſa una ad Occidentem aulæ. 5. in ipſo oblationis die , ceremoniarum magiſter dictus *tién y* dicat: *Muſici pergant in locum pro muſicis præparatum ; miniſtrantes Mandarini , quilibet munus ſuum gerat. Qui verò munera offerre debent Mandarini , & qui iſtos comitantur ,* (ſive illis aſſiſtunt) *quilibet pergat in locum ſuum.* Deinde alter magiſter cæremoniarum dictus *çân ìn*, dicit, *Mandarini qui ſunt munera oblaturi pergant ad lavacri locum. Qui in cingulo habent eburneam tabellulam , illam educant ;* quippe cum reverentiam exhibent Regi , manibus præferunt eburneam tabellulam , quam elevant uſque ad frontem , quaſi præ timore & reverentiâ non audeant intueri regiam majeſtatem. Cumfucio verò , quia collatus fuit regius titulus , illi reverentiam exhibent tanquam regi ; & illos conducit uſque ad locum , in quo reverentia exhibetur , dicitque , *quiſque ad ſuum accedat locum.* Deinde magiſter cæremoniarum *tién y* dicit , *obviam procedite tabellula ,*

tabellulæ, in quâ est descriptum nomen *Cumfucii*, quæ dicitur *xîn guói* (tabellam namque accipiunt de loco suo, & reponunt super altam mensam) *personent musica instrumenta*. Et paulò post dicit. *Sileant instrumenta*, deinde dicit, *quater exhibeant reverentiam; perficite cæremonias & offerte munera; ministri sumant sericum & argenteum scyphum. Pergant deinde ante quamlibet tabellam, xîn guói* dictam, in quâ scriptum est nomen discipulorum Cumfucii. Deinde conducit missos Mandarinos ante præcellentis olim magistri Cumfucii tabellulam *xîn guói* dictam, dicitque, *reponite in cingulum eburneum tabellulam, offerte sericum*. Tunc Ministri cum serico procedunt, quâ functione expletâ, Ministri cum scypho argenteo procedunt, & magister cæremoniarum dicit. *Offerte scyphum*, & paulò post, *educite eburneam tabellulam*. deinde dicit, *pergite ad eum locum in quo recitanda est panegyrica oratio, musica interim sileat; qui lecturus est panegyricam orationem, genua flectat*. Tunc Mandarinus, qui illam lecturus est, accipit orationem, & genuflexus ad sinistram Mandarini illius qui munera offert, illam recitat. Lectione expletâ, magister cæremoniarum dicit, *omnes inclinentur*, deinde dicit, *surgite*, deinde

Digitized by Google

de, *recto corpore state.* Alter magister cæremoniarum dicit, *perficite postremas oblationis cæremonias, sonent instrumenta musicalia*, & paulò post ait, *fileat musica.* Deinde dicit, *prælibetur ritè paratum vinum, & carnes item ritè parata, distribuantur.* Tunc Magister cæremoniarum *çán* ait, *pergite ad locum, ubi vini prælibatio convenit fieri, in genua procumbite, in cingulum indite eburneam tabellulam.* Tunc Ministri procedunt, ferentes scyphum, & magister cæremoniarum dicit, *præguste paratum vinum.* Postmodum Ministri procedunt ferentes paratas carnes: magister cæremoniarum dicit, *quisque paratarum carnium portionem recipiat*; deinde, *educite eburneam tabellulam: procumbite*; deinde, *surgite, & recto corpore state*, & paulò post ait, *quisque redeat in locum suum, & bis reverentiam exhibeat.* Alter verò Magister cæremoniarum dicit, *auferte dapes, personent musica instrumenta*, & paulo post dicit, *fileat musica.* Deinde dicit, *reponite tabellulam* (in quâ est descriptum nomen Cumfucii, quæ appellatur *xîn guoi*,) *in pristinum locum.* Deinde, *personent musica instrumenta.* Alter Magister cæremoniarum dicit, *quater exhibete reverentiam.* Deinde dicit, *Mandarinus qui legit panegyricam orationem, illam accl-*

Digitized by Google

piat. Mandarinus, qui curat oblationem, accipiat & dapes. Deinde *quilibet pergat ad caveæ locum, musici ubi perspexerint caveam fistulas inflent;* & paulò post, *musica sileat;* alter cæremoniarum Magister dicit, *cæremoniarum finis adest.* Cavea, fossa est, in quam injiciuntur omnia illa, quæ nullum habent usum, postquam cæremoniæ istæ absolutæ fuerunt. Huc usque constitutiones Imperatoris *Hûm vù.*

Constitutiones Imperatoris Sinensium Chím tûm *de cultu Cumfucii.*

IMperator *Chím tûm* anno tertio Imperii sui, ordinavit in oblatione Cumfucii faciendâ, genera rerum offerendarum, atque adeo constituit, ut quando res, quæ erant determinatæ, in eâ regione non nascerentur, tunc cum aliis rebus permutarentur. Igitur Cervus permutabitur ove: avellanæ, muces & jujubæ cum aliis fructibus, quos terra producit, permutentur. Primâ die lunæ offerantur olerum munera; cujus diei summo mane, ministrorum quilibet suum curet peculiare munus. Mandarini verò, qui debent munera offerre, ordinatim consistant intra magnæ januæ portas. Literati *kiên sẽm* dicti ordinatè dispositi expectent, donec Man-

Digitized by Google

darini, qui munera offerre debent, ad veniant ubi omnes convenerint, tunc Magiſter cæremoniarum *tùm çán* dictus intonat, *omnes ordinatè conſiſtant.* Deindè dicit, *Mandarini, qui ſunt infrà dignitatem mandarini illius, qui offert munera, quilibet ad ſuum locum accedat. Ordinatè conſiſtant. Inclinent ſeſe, reverentiam exhibeant, ſurgant, rectoque ſtent corpore.* Hic alter Magiſter cæremoniarum accedit ante Mandarinum, qui munera offerre debet, illique dicit; *pergat dominatio tua ad locum lavacri*; tum Mandarinus, qui munera eſt oblaturus, manus lavat, & linteo abſtergit. His expletis, magiſter cæremoniarum *in cán* dicit illi, *perge domine uſque ad abacum, ſuper quem urcei vini ſunt expoſiti.* Tum Miniſter, qui abacum curat, aufert velum, quo urceus cooperiebatur, vinumque fundit. His expletis magiſter cæremoniarum dicit, *pergite modò ante præclariſſimi magiſtri Cumfucii tabellulam, xîn guói* dictam (in quâ nomen & dignitas Magiſtri deſcripta eſt) *genuflexi offerte poculum: proſternite vos*; paulò poſt dicit, *ſurgite, & recto corpore ſtate.* Deinde idem cæremoniarum magiſter: *Pergite ante tabellulas xîn guói* dictas, in quibus deſcripta ſunt nomina aliquorum diſcipulorum Cumfucii *çú mên*, cujus ho-

Digitized by Google

norificum nomen est, *fō xím*; *çém çú*; cujus honorificum nomen est, *cúm xím*ᵉ *çú sú*, cujus honorificum nomen est, *xō xím*; *mém çú*, cujus honorificum nomen est, *yā xím*. Item ante reliquos decem prudentes discipulos Cumfucii, quorum tabellulæ expositæ sunt in utroque aulæ latere, tunc qui munera obtulerunt Mandarini, una simul cæremonias peragunt. Quibus expletis, Magistri cæremoniarum simul dicunt, *quisque ad suum redeat locum*; & ipsimet ducunt Mandarinos ad locum, ubi exhibetur reverentia; deinde dicit, *inclinent se se, reverentiam exhibite. surgite, rectoque corpore state; ceremoniæ omnes jam sunt expletæ.*

Constitutiones Imperatoris Kia çim *de cultu Cumfucii.*

ANno 9. Imperatoris *kía cím* Cumfucio ad Orientem conversо (id est, tabellula in quâ Cumfucii nomen est descriptum ad sinistram aulæ partem collocata. Sinæ enim, ut suprà dixi, Orientem partem sumunt pro dextrâ, Occidentem pro sinistrâ. (Dixi ad Orientem conversо,) quia qui collocatur in parte Occidentali, Orientem respicit. Igitur anno 9. currentis anni 2. & 8. lunâ, unâ die antequam Impe-

Digitized by Google

rator ipse studia inchoaret, Imperator personaliter munera decrevit offerre Cumfucio. Primâ itaque die mensis præparantur vinum & fructus in aulâ. Deinde Imperator indutus aurei coloris paludamento perficit cæremonias. Sed priùs in mandatis dat *Colais* (hi sunt qui supremâ in regno dignitate fulgent) & reliquis majoribus Mandarinis, ut loco Imperatoris reverentiam exhibeant. Hoc præcedenti die Mandarini ex Curiâ *tái chám* dictâ, qui vocantur *pó sú*, ferunt tabellam, in quâ descripta est panegyrica oratio, in palatium, cui nomen *vên hôa tien*, in eaque tabulâ Imperator suum describit nomen, quo descripto, foras iidem tabellulam asportant. Deinde ipsâmet die, in quâ munera sunt offerenda, matutinis horis, Mandarini ex aulâ *tái chám xi* in eam aulam asportant vasa *pién teù* dicta, item sericum album. In quo etiam descripta est oratio panegyrica in laudem Cumfucii.

Hæc ubi præparata fuerint, expectatur Imperatoris adventus ad peragendos consuetos ritus. Deinde componitur locus pro præceptore Cumfucio. Præparantur vasa, unum *tûm* dictum, duo *pién teù* dicta, sericum unum. His ita paratis, Imperator recitat panegyricam orationem dicens *guói* (hæc litera

Digitized by Google

semper apponitur, quando numerus annorum prænotatur, eamque vim habet ac apud latinos propositio *in.*) ait igitur. *In anno tali, currentis cycli talis, primâ die talis mensis, ego imperator N. N.* (profert suum regale nomen) *reverenter munera hæc offero antiquis heroïbus, cunctis magistris unà cum* Cheù cum & Cúm çú (hic *Cheù cúm* olim regulus, regisque patruus, magnis encomiis propter virtutes & morales doctrinas celebratur à Sinis.) Atque ex hoc loco benè colligere possunt adversarii, in quâ serie collocetur Cumfucius à Sinis, in serie priscorum præceptorum, non autem idolorum : eumque honorem Cumfucio exhibent, ac priscis præceptoribus, quos cum nemo inter idola collocaverit, nec Cumfucium collocant, atque adeò neque nos collocare debemus. Imperator prosequitur aitque : *Cum igitur ego parùm ingenio polleam, nisus veterum heroum scientiarum voluminibus, virtutis iter ingrediar, & manè studiis initium dabo, humiliter ego nervos intendam animumque applicabo* (duæ istæ literæ *mẽ jún* significant intra semet volvere & revolvere) *& quæ homo audivit vel legit*, id est, sæpius considerando & intra se illa repetendo, *illæque doctrinæ docebunt me rudem, efficientque ut ego solidè perficiam rectam studiorum*

rationem, & id quidem sine intermissione, sicque plus minus ad apicem bonæ gubernationis pervenire potero, & veterum heroum doctrinæ perpetuis afficient populos beneficiis; propterea munera hæc obtuli, ut vos præclarissimi præceptores illa respiciatis, atque hæc est obsequiosa mea munerum oblatio. finis.

Hoc eodem anno imperii Imperatoris *Kia cim* Imperator correxit oblationes veteribus faciendas, & initium fecit ab illâ tabellulâ, in quâ descriptum est nomen defuncti, vocaturque *mó chù*, atque adeò in tabellulâ Cumfucii sic ejus nomen & dignitatem scripsit. *Summi heroïs priscique magistri memoriæ locus.* (id est, in hac tabellulâ recolitur memoria illius summi heroïs priscique magistri Cumfucii.) sed de hac tabellulâ dicemus infrà; item idem Imperator mutavit palatium Cumfucio dicatum, quod dicebatur *tá chîm tién* & pro illo aulam erexit dictam *veteris præceptoris aulam. Siẽn sũ miáo*, de quâ aulâ, *miáo*, paulo post sermonem habebimus, nam ab adversariis impugnatur tabellula *mõ chũ* sive *xín chù* sive, *xîn guói* sive *xîn có* dicta. Atque hæ sunt constitutiones ab Imperatoribus familiæ *Mîm* circa cultum Cumfucii stabilitæ, in quibus nullas lector superstitiones inveniet, atque adeò politicum & civilem tantummodò redo-

Digitized by Google

lent cultum in honorem eximii hujus viri Cumfucii, cui Sinenſes omnes à maximo uſque ad minimum omnium doctrinarum beneficium acceptum referunt. Quoniam verò in his Conſtitutionibus Cumfucio tribuitur appellatio illa *xim*, quam vocem noſtri majores tribuerunt ſanctis Eccleſiæ Catholicæ viris, fortaſſe lectoris animus ſuſpenſus hærebit, ſanctum audiens vocari Cumfucium; propterea neceſſarium cenſeo antequam quæſitis R. Patris reſpondeamus, explicationem præmittere hujus literæ ſeu vocis *xim*.

Explicatio Sinicæ literæ Xim.

DIco igitur Deum hominibus conceſſiſſe articulatas voces ad explicandos animi conceptus, quia verò nihil eſt in intellectu, niſi priùs fuerit in ſenſu; contigit ut apud aliquas nationes non inveniantur voces explicativæ illorum conceptuum vel rerum, quarum imagines vel notiones, numquam apud illas extiterunt: ſicuti olim apud Latinos, quia incognitum fuerat myſterium ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, novam illam vocem inſtituerunt (*tranſubſtantiatio*) ad eam explicandam. Sic etiam primi illi Patres miſſionis hujus anteſignani, quia apud Sinenſes nulla unquam extitit cognitio

Digitized by Google

veræ ſanctitatis, quæ conſiſtit in infuſione divinæ gratiæ gratam Deo facientis animam, nullam invenerunt vocem veram ſignificantem ſanctitatem, neque potuerunt novam innovare vocem, quæ huic ſignificationi poſſet aſtrui. Propterea ab Sinico idiomate vocem ſive vocabulum mutuati ſunt, quod & ſi minimè ſignificet gratiam ſanctificantem, tamen propter aliquas particulares ſignificationes, quas habet, piâ quadam accommodatione ad appellandos, veros ſanctos, qui ſunt in Eccleſia, non eſt incongruũ. Non igitur vocabulum ſive litera hæc *xím* veram ſignificat ſanctitatem, ſed per accommodationem & quandam impropriam analogiam ob defectum alterius vocis, eâ uſi ſunt primi Patres ad veros ſanctos appellandos; item ad nominandas res ſacras & omnes alias ab Eccleſia benedictas, ſuiſque in locis habentur explicationes veræ ſanctitatis & hujus etiam literæ *xím*. Quando igitur Cumfucius nominatur *xím* non eſt accipienda illa denominatio niſi ſecundum ſenſum, quem Sinenſes intelligunt, & noverunt. Hujus igitur literæ ſenſus varii ſunt, quos hîc apponere juvabit.

Ac primò ſignificat litera *xím* ſummum quid, ad quod homines pervenire poſſunt, vel inter reliquos ſublimitatem habere, *xím ché gin chĩ chí je.*

Digitized by Google

2. Significat hominis acumen & ingenii perſpicaciam *xím, ché júi je.*

3. Significat ſcire, intelligere, penetrare medullam rei; propterea ipſemet Cumfucius dicit. *In rebus agendis omnia penetrare dicitur xím*, ſic enim habet *in ſú vû ſó pú túm guói chí xím.*

4. Qui aliorum virtutes manifeſtat, ipſe verò libenter acceptat correctiones, hic vocatur *xím iâm xén fú kién ivẽ xím.*

5. Qui res penetrat & conſequentias illationeſque prænoſcit, dicitur *xím túm lh ſién xẽ iuẽ xín.*

Quæ omnes ſignificationes habentur in variis libris, quos citat Sinicum dictionarium *çú guôi*, quod ipſum dictionarium ſubdit etiam etymologiam hujus literæ *xím* ſic dicens: *litera hæc* xím *componitur ex duabus literis, nempe ex* lh *id eſt, ex litera quæ ſignificat auriculam, & ex litera* chím, *quæ ſignificat proponere repræſentare, admonere. igitur ex illa parte per quam litera* xím *dependet a litera* lh; *id eſt ab auricula, non debes* (ait dictionarium) *imaginari, quaſi verò res intelligenda proponatur auribus, aureſque judicium ferant; nam hoc non eſt officium aurium. Anima igitur penetrat rerum cauſas & effectus, idque tam clarè, ſicuti aures percipiunt voces.* Sic enim habent Sinica verba.....

Invenitur etiam notabilis alia expli-

Digitized by Google

catio hujus literæ *xím* in libris *liki* id est, in libris de Officiis, qui sic aiunt. *Pietas & justitia* (sive officium) *quando uniuntur inter se, hospes & domi Dominus mutuis officiis sese tractant. Vasa ad hospitem accipiendum numerum certum, & determinatum habent*, id est pro unaquaque re adsunt & parata sunt vasa convenientia, *tunc supradictus apparatus dicitur xím.* Commentator verò sic ait. *Cum in mundo duæ illæ virtutes* ly *&* y *omnia pervadant, item vasorum species concordant cum rebus, ut decens & par est* (id est juxta exigentiam rerum) *tunc emanat appellatio xím.* verba Sinica sunt.

Ex quibus omnibus optimè patet quàm longè absit à significandâ verâ sanctitate prædicta litera *xím.* Propterea prudentissimè respondit sacra Congregatio quæsito R. P. Joannis Baptistæ Morales : *Si vox* xím *in regno Sinarum habet latitudinem posse ministros eâ uti : Si verò restringatur ad significandam veram & perfectam sanctitatem, nullatenus posse.* Quid melius, quid clarius ? Sed ad alia transeamus.

Digitized by Google



RESPONSIO APOLOGETICA

R. P. FRANCISCI BRANCATI, SOCIETATIS JESU,

Apud Sinas per annos 34. Missionarii.

DE SINENSIUM RITIBUS POLITICIS.

Ad R. P. DOMINICUM NAVARRETTE Ordinis Prædicatorum.

PARS SECUNDA.

ARTICULUS I.

An Aula Cumfucii sit templum.

POSTQUAM R. P. Navarrette sensus, quos animo conceperat luculenter exposuit, ut mos est præceptoribus, per modum quæsiti dubia solvenda proponit.

Digitized by Google

21. §. Primum igitur quæſitum eſt, utrum aula Cumfucii verè ſit aula, vel gymnaſium, & concludit non eſſe aulam, neque gymnaſium, ſic enim habet.

» Prima pregunta, ſi aquella ſala ò edifi-
» cio del Confucio es gymnaſio ò aula.
» La raçon de dudar es porque los Edifi-
» cios ò pieças particulares dellos toman
» la denominaçion, de las coſas, ò fun-
» ciones, que en ellos ſe exercitan, como
» ſe vee en el dormitorio, cubiculo, re-
» fectorio, libreria &c. atqui en aquella
» pieça ò edificio no ſe exercitan actos
» de Gymnaſio, porque ny alli ſe dan
» grados, ni ſe haçen examenes, ni diſ-
» putas, ni otros actos literarios, ergo
» no es gymnaſio, ni aula. Ni tan poco
» puede ſer aula en ſentido que ſe toma, ò
» ſignifica ſala real, o camera real &c.
» porque en eſta ſe vive, pratica y ſirve
» para viſitas, dar audiencia, paſſear &c,
» nada deſſo ſe hace en dicho edificio.
» Ergo. §. 21.

» 21. §. 1°. Quæritur, an iſta aula ſeu
» ædes Cumfucii dici debeat gymnaſium
» ſive aula? Ratio dubitandi eſt, quia
» ædes ſeu partes ædium ſingulæ ſuam
» denominationem ſumunt ab iis rebus
» ſeu functionibus, quæ in ipſis exercen-
» tur, ut videre eſt in dormitorio, cu

Digitized by Google

biculo, refectorio, bibliothecâ, &c. «
Atqui in istâ æde seu ædis parte nullæ «
habentur exercitationes, quæ ad gym- «
nasium pertineant, neque enim ibi vel «
conferuntur gradus, vel fiunt examina, «
vel habentur concertationes aut alii ac- «
tus literarii : Ergo neque gymnasium «
est neque aula. Sed neque dici potest «
aula in eo sensu, quo dicitur aula regia, «
seu cubiculum regium, &c. nam hæc «
quidem apta sunt ad usus vitæ cõmunes, «
ad excipiendos eos, qui salutaturi ve- «
niunt aut sermonem cum aliquâ solem- «
nitate habituri, ad ambulandum atque «
ad alia ejusmodi ; quorum omnium ni- «
hil prorsus fit in istâ æde. Ergo, &c. «

Quoniam verò secundum quæsitum coincidit cum primo quæsito, antequam ad primum respondeam, proponam etiam secundum quæsitum, ut nostra responsio utrique possit aptari.

22. §. Quæsitum est utrum aula illa sit templum verum ; & concludit templum utique verum esse.

Sic enim ait. Segunda pregunta, si «
aquel Edificio es templo, ò que le fal- «
ta para serlo. La raçon de dudar es, «
suponiendo hay muchos nombres y «
voçes que significan una misma cosa, «
segun son diversos los officios ò fun- «

Digitized by Google

» çiones que en ella se haçen. Vese claro
» en el templo del verdadero dios; llá-
» mase Oratorio ò casa de oraçion, por-
» que se juntan alli a orar y reçar. Lla-
» mase basilica, memoria, ò martirio,
» por honrarse en el las reliquias de los
» SS. Martyres. Llamase yglesia, concilio
» y concurso por juntarse ahi los fieles
» a oir la palabra de dios. El P. Ri-
» badeneira en la fiesta dela dedicaçion
» dela yglesia trahe lo dicho.

» Los templos de los idolos tambien
» tienen differentes nombres. En el 4°.
» de los Reyes, en differentes capitulos
» se llaman aras, fanum, delubrum, Ex-
» celsa, loculus, llamense pues como qui-
» sieren; non faciamus vim in verbis
» (*se gú ora, tién, midò, quón, cha,*
» *ngān, tam, o çû*) que los actos y fun-
» çiones que aqui se haçen, no son pro-
» prias de edificio alguno, sino de tem-
» plo, luego sera templo. Ni la raçon
» de que *P. Martinius dicit aulam* Con-
» fucii *non omnibus patere.* Non pateat
» omnibus, nò haçe al caso, sino de lo que
» en el se haçe, y del fin paraque fue echo,
» y ve se ser assi de lo que queda referi-
» do, y se confirma, porque las capillas
» de las universidades, templos son, y nò
» *patent omnibus*: luego aquella raçon nò

convence; como tan bien los oratorios « de los señores Obispos, Principes, Re- « ligiosos y Religiosas, y otros tan poco « *patent omnibus.* Lo segundo porque por « ser cosa perteneçiente a letrados y pro- « pria suya, por el mismo caso nò es co- « mun, ni esta patente a los demas, co- « mo se vee en las capillas de las univer- « sitades. «

22. §. 2°. Quæritur an ædes ista sit « templum, aut quid illi desit ad veri « templi rationem? & certè multæ sunt « voces, multa nomina, quibus res ea- « dem significatur: quia multæ sunt func- « tiones, multa munera, quæ in eâ pos- « sunt exerceri. Quod satis probat exem- « plum templi vero Deo dicati, quod di- « citur Oratorium, sive domus oratio- « nis, quia in eum locum Christiani con- « veniunt ad orandum, precesque Deo « fundendas. Vocatur enim Basilica, Me- « moria seu Martyreium, quia in eo co- « luntur sanctorum Martyrum reliquiæ. « Appellatur Ecclesia, Concilium & « Concio; quia in eo fideles congregan- « tur ut audiant verbum Dei. Hæc quæ « dixi, refert P. Ribadeneira in diem « festum dedicationis Ecclesiæ. «

Præterea templa idolorum multis no- « minibus appellantur Libro Regum 4°. «

» variis locis dicuntur aræ, fanum, delu-
» brum, excelsa, loculus. Sed quælibet
» sanè detur iis appellatio, non faciamus
» vim in verbis, dicantur *se çú ora, tién,*
» *miáo, quon, cha ngãm, tam* sive *jû.*
» His omnibus positis, ratio dubitandi
» est, quia functiones omnes, quæ ibi
» exercentur, non pertinent ad ullam
» ædem, nisi quæ templum verè sit: Er-
» go templum dici debet. Neque hîc quid-
» quam facit ea ratio, propter quam P.
» Martinius dicit aulam Confucii *non*
» *omnibus patere.* Debet enim tantùm ad
» ea attendi, quæ ibi peraguntur, & ad
» finem ad quem ædes extructa fuit. Qui
» finis qualis sit, apparet satis ex iis, quæ
» suprà retulimus.

» Confirmatur, quia sacella Universi-
» tatum templa certè sunt, & tamen *non*
» *patent omnibus*: Ergo ratio illa nihil
» probat. Pariter viri primarii, Episco-
» pi, Principes, Religiosi, Moniales, at-
» que alii sacella sua habent, quæ *non pa-*
» *tent omnibus.* Addo eam ædem pro-
» priam esse Literatorum; atque inde fieri
» ut communis non sit, neque pateat re-
» liquis. Hoc ipsum habent sacella Uni-
» versitatum. Huc usque prima pars hujus
§. 21. cui primæ parti satisfaciendum
» primò est.

Digitized by Google

Respondeo igitur duobus istis quæsitis unicam aptari posse responsionem. Nam ubi probatum fuerit Cumfucii aulam verum non esse templum, utique remanet quod sit aula, gymnasium, &c. vel quodvis aliud ædificium. Quod autem non sit verum templum, sic probo. Cum affirmando, vel negando dicimus de aliquo subjecto tale vel tale prædicatum, perspectam habere oportet essentiam subjecti, & prædicati, ne erremus in nostris propositionibus; quam notionem vocant Logici, terminorum cognitionem. Ergo cum affirmare, vel negare volumus de Cumfucii ædificio, esse, vel non esse verum templum, debemus priùs cognoscere, in quo consistat ratio formalis veri templi: item quid sit ædificium Cumfucii, ut possimus sine errore affirmare, *ædificium Cumfucii est verum templum*; vel negare, *ædificium Cumfucii non est verum templum*. Quod ut assequamur, exponere debemus quàm latè pateat templi significatio. Templum igitur significat cælum, eò quod prima res sit quam intueamur. Putant namque grammatici Templum à tuendo derivari. Significat loca alia septa, & unum tantum introïtum habentia, sicque Curia Hostilia templum erat, licet sacra non esset. Cic. pro do-

mo sua. *Curia sedes, ac Templum publici consilii:* Templum etiam significat sepulturam. Virg. lib. 2. *præterea fuit in tectis de marmore templum, conjugis antiqui;* quæ omnes significationes possunt in Calepini Dictionario videri.

Definitio autem veri templi accipienda est à S. Ambrosio in Lucam lib. 9. qui sic ait. *Hoc templum est verum, in quo non literâ, sed spiritu Dominus adoratur: hoc Dei templum est, quod fidei series, non lapidum structura fundavit.* Jam habemus definitionem templi, & definitionem veri templi.

Videamus modò quid sit ædificium Cumfucii. In Constitutionibus Imperialibus, ut suprà vidimus, vocatur ædificium hoc *tá chim tiên*, magnæ virtutis, sive perfectionis aula. Litera namque *tiên* magnam & præaltam significat aulam, ut dicit Sinicum Dictionarium, *çú ghoi miáo.*

Vocatur etiam *puón cum*, quæ duæ literæ juxta Sinicum Dictionarium significant, Regulorum schola *chu heu hio, mim:* atque adeò quando quis adeptus est lauream baccalaureatûs, dicitur *jo puon*, unde idem est dicere *sicú çai*, baccalaureus ac *jo puon.* Et communiter quando nominant aulam Cumfucii Literati, omnes vo-

cant illam, *puon cum* propterea Baccalaurei dicuntur *jo puon*: quia in aulam Cumfucii possunt ingredi; vocatur etiam *çien ſu miáo*, vel *vên miáo*, hæc litera *miáo* ſecundum propriam ſuam ſignificationem, ſignificat anteriorem aulam in Palatio Regis. Posterior verò aula vocatur *çin*, atque adeo dicitur, *çin miáo*, ſumiturque pro Regis Palatio. Dictionarium Sinicum *çû guói* ſic ait. *Aula quæ eſt anterior dicitur* miáo, *& quæ eſt poſterior dicitur* xim. Liber verò *ly-ki*, ſic ait. *Rex morabatur eum cham tai miáo*, & poſtea addit, *rex morabatur hivêm tam tai miáo*.

Quæ verba explicans Commentator ſic ait. *Cum cham tai miáo, id eſt, Occidentalis aula, eaque rex utebatur ut regiâ domo.* Verba Sinica Commentatoris ſunt..... Ex quibus omnibus clarè patet literam *miáo*, nihil aliud ſignificare quam aulam. Invenitur adhuc alia ſignificatio ejuſdem vocis *miáo* in Dictionario *çù guói*, quam etiam apponam, etſi ad rem noſtram non admodùm pertinere videatur. Significat igitur ſimilitudinem referre, veluti figura ſimilitudinem refert prototypi. Propterea ait, *id quod dicitur miáo figura eſt, qua exprimitur ſimilitudo vultus mortuorum parentum*, verba Sinica ſunt..... Quod autem Bonzii &

sacrificuli nomen *miào* usurpaverint idolorum fanis, hoc non officit antiquæ denominationi, & institutioni, cum hodie aulæ regiæ vocentur *miào*. Nec propterea quod latrones vel Tyranni nomen Regis usurpent, ideò debemus abjicere verum Regis titulum. Nec propterea quod idololatræ utantur imaginibus & statuis, ideò nos debemus abjicere statuas & imagines sacras, sicuti faciunt hæretici: Itaque cum Bonzii acceperint nomen *miào* à Sinis, non autem Sinæ nomen hoc acceperint à Bonziis, semper remanet primæ institutionis significatio. His omnibus ita præmissis, sic possumus argumentum in forma producere.

Verum templum est, in quo Deus in spiritu adoratur & colitur, ex S. Ambrosio: Sed in hoc Cumfucii ædificio non adoratur Deus, neque in eo Cumfucius tanquam Deus, vel numen aliquod adoratur: ergo Cumfucii ædificium non est verum templum. Minor quo ad primam partem clara est, quoad secundam partem probatur. Quia numen sive divinitas est potestas aliquos effectus producendi supra, vel præter naturæ cursum. Hæc autem potestas non est in Cumfucio, neque à Sinis per falsam aliquam credulitatem Cumfucio tribuitur. Non enim ab illo

aliquid petunt, neque se illi commendant. Solùm illi reverentiam exhibent, tanquam communi doctrinarum magistro, gratias illi reddentes propter accepta doctrinæ beneficia. Utuntur autem in eo honorando ritibus & cæremoniis juxta patriæ consuetudinem, qui ritus & cæremoniæ omnes & singulæ suam peculiarem habent moralem significationem & politicam institutionem, in quibus nullum inveniri potest vestigium, quod numen vel divinitatem innuat, ut suprà pluribus ostendimus. Ergo, &c.

Supposito igitur, sicuti probatum est, quod ædificium Cumfucii non sit verum templum, remanet dicendum, quod sit aula, gymnasium, curia, & templum etiam secundùm antiquorum significationem, ut supra dictum fuit. Et per hæc patet responsio ad rationes dubitandi. Sed ut ad illas in particulari etiam respondeam.

Dico quod actio illa, quâ quis alterius se profitetur discipulum, eumque in præceptorem eligit, ut ab illo doctrinæ institutionem accipiat, non solùm literaria est, sed ab illâ literarii actus omnes pendent & emanant: Sed in aulâ illâ peculiari, in quâ servatur nomen & dignitas Cumfucii, descripta in tabellula, litera-

ti omnes profitentur se accipere Cumfucium in magistrum, seque illius esse discipulos: Ergo in illâ aulâ non solùm exercentur literariæ actiones utcumque, sed illæ literariæ actiones exercentur, à quibus omnis res literaria dependet, ortumque ducit: ergo aula hæc gymnasium est. Nam in illâ exercentur literariæ actiones. Unde falsa est illa propositio R. Patris. *At qui en aquella pieça o edificio nò se exercitan actos de gymnasios*, quia in illa fit professio literaria &c. Et hæc sit responsio ad rationem dubitandi primi quæsiti.

Ad primam rationem dubitandi secundi quæsiti, non oportet respondere, cum in eâ nihil aliud contineatur quam prolixus Catalogus variorum nominum, quibus templa appellantur, qui Catalogus minimè congruit cum quæsito. Nam quæsitum dicit *si aquel edificio es templo o que le falta para serlo*, horum verò nominum Catalogus neque probat, neque negat ædificium Cumfucii esse templum, neque cum illo connexionem ullam habet: ergo supervacaneus est, nisi malis dicere, quod denominationes illæ templorum numerantur, eò quod sumantur ab exercitiis, quæ in templis exercentur, & quia ista exercitia varia sunt, propterea denominationes templorum etiam sunt

Digitized by Google

variæ. Sed hæc dicta fuerunt in ratione dubitandi primi quæsiti, atque adeò non oportebat illa denuò repetere. Nihilominus tamen conclusionem deducit R. Pater sic, *los actos y funciones que aqui se hacen no son proprias de edificio alguno, sino de templos: ergo sera templo.* Sed R. Pater debuerat enumerare & probare unam vel alteram actionem, quæ sit propria templi, & in nullo alio loco, nisi in templis exerceri possit, deinde addere hæc. Sed hæ actiones propriæ templi exercentur in illo ædificio Cumfucii: ergo ædificium Cumfucii templum est, eo quod in eo tales & tales actiones exercentur, quæ sunt propriæ templi. R. Pater ita asserit, sed non probat; propterea argumentum illius vim non habet concludendi ullam.

Impugnat deinde P. Nostrum Martinum Martini qui sit ait. *Aula illa Cumfucii gymnasium est, & non templum proprie dictum; nam clausa omnibus est præterquàm studiosis.* Dicit igitur, *la razon que non pateat omnibus, no hace al caso, sino de lo que en el se hace, y del fin paraque fue hecho y vese ser assi en lo que queda referido.*

Reverende Pater clausula illa (*omnibus clausa est præterquam studiosis*) non re-

fertur ad templum propriè dictum, sed refertur ad gymnasium; atque adeò sensus est: *aula Cumfucii gymnasium est, nam clausa omnibus est, præterquam studiosis*, & optimè infert; nam ex eo quod solùm pateat studiosis, optimè infertur esse Gymnasium. Soli enim studiosi Gymnasia penetrant; cæteris autem clauditur gymnasiorum janua. Si autem referretur ad templum ut R. Pater accipere videtur, tunc sensus esset, quia non patet omnibus aula, ideò non est verum templum, & tunc R. Patris confirmationes de sacellis Universitatis, magnatum, & religiosorum possent aliquid concludere, modò tamen ad rem non faciunt *nò hacen al caso*.

Sequitur ejusdem quæsiti secundi secunda ratio dubitandi, quæ sic ait. *La segunda raçon de dudar es porque siendo la secta de los letrados la mas antigua, celebre y principal en la China, pareçe moralmente impossible nò tenga algunos templos, como han tenido las demas naciones.*

» Secunda ratio dubitandi est, quia cum » Literatorum secta antiquissima sit ac » celeberrima, atque in imperio Sinensi » longè præcipua, videtur moraliter, ut » aiunt, fieri non posse, ut nulla prorsus » habuerit templa, qualia apud omnes

gentes posita fuisse constat.

Quod pluribus exemplis conatur probare quæ non oportet hic referre *porque nò hacen al caso.*

Deinde addit mirum non esse, si Literati Sinenses, cum nullum aliud templum habeant, templum viro illi excitaverint quem tanti faciunt, & insigni amoris exuperantiâ prosequuntur, sicuti Pythagoræ discipuli templum Pythagoræ excitarunt, divinitatem illi tribuentes. Huic secundæ rationi dubitandi respondeo, falsum esse Sinas nulla habere templa; nam cum veteres Sinenses antequam regnum hoc idolorum secta corrupisset, multa haberent sacrificia, loca etiam habent, in quibus sacrificia illa offerebantur, quorum in libris *Liki* sæpe fit mentio, & hodie etiam inveniuntur plurimis in locis. Quæ dicata sunt supremo omnium spiritui, dicuntur *tien tan*: quæ verò dicata sunt minoribus spiritibus dicuntur *xen chuen*. Et ego ipse aliqua vidi, quamvis semidiruta. Atque adeo multis sæculis ante Cumfucium apud Sinas templa ista extiterunt, nec opus fuit, ut pro venerando Cumfucio construeretur templum, quod apud Sinas esset primum illorum templum. Quod autem R. P. ait Sinæ, magno & honore & amore Cumfucium prosequuntur, &

Digitized by Google

propterea illi excitarunt templum, sicuti excitatum Pythagoræ fuit. Respondetur falsum præsupponi, neque congruit comparatio, nam discipuli Pythagoræ divinitatem illi tribuebant, atque adeò divinos etiam honores offerebant; Cumfucio verò nullam tribuunt divinitatem Sinenses, sed politicis illum prosequuntur honoribus, atque adeò in testificationem amoris & grati animi sufficit, illi excitasse aulam supradictam, in qua profitentur se esse illius discipulos, nec illorum amor ita cæcus & insolens est, ut divinos magistro tribuant honores, sicuti discipuli Pythagoræ stolidè fecerunt.

Sequitur tertia ratio dubitandi hujus secundi quæsiti quæ fundatur in illâ voce » *miào*. & hæc est: La tertia raçon de du» dar se toma de la voz *miáo*. Dexadas las » explicationes communes que se ponen » en los vocabularios, el vocabulario *çu* » *gúoi* dize que es el mismo que lugar en » el qual piensan los hombres *esse faciem* » *seu similitudinem suorum defunctorum* » y aunque saben que no estan alli, pien» san è imaginan que si.

» Tertia ratio dubitandi sumitur à vo» ce *miáo*, prætermissis reliquis significa» cionibus, quæ passim habentur in vo» cabulariis. Vocabularium *cu guoy* do-

cet vocem hanc *Miao* idem esse ac lo- "
cum in quo putant homines esse faciem "
seu similitudinem suorum defuncto- "
rum, & quanquam non esse satis sciant, "
esse tamen ibi fingunt atque imaginan- "
tur. "

Pace tua, R. Pater, dicam hæc explicatio vocis *miáo* valde deflectit à verâ literæ explicatione, quam exponit dictum vocabularium *çû gúoi*.

1°. Igitur deflectit à sensu Dictionarii, nam R. P. dicit *miáo* esse locum, Dictionarium verò dicit esse figuram. Sic enim ait *miáo chè mao iè*, id est, *vox hæc miáo significat vultum & figuram alicujus*, nam vox hæc *mao* cultum & figuram significat, quia similitudinem refert, vel repræsentat priorum hominum vultum & figuram. Dictionarii verba Sinica sunt. . . . . ex quibus patet quam deflectat à verâ interpretatione hujus literæ *miáo* explicatio R. Patris.

2°. Deflectit à vero sensu, quia dicit homines cogitare in eo loco esse faciem vel similitudinem suorum defunctorum, nam falsum id est, nec Dictionarium *çú gúoi* citatum hujus rei mentionem ullam facit.

3°. Deflectit à vero sensu, non dicit, quamvis homines sciant ibi non esse de-

Digitized by Google

functos parentes, tamen imaginantur ibi præsentes adesse. Nihil horum Dictionarium prædictum tangit.

4°. Deflectit, quia dicit, *los grandes y magnates llaman miáo a los suyos; los menores çu* id est, *magnates aulam suorum defunctorum vocant* miáo *inferiores verò Mandarini vocant* çu tam. Neque de hoc apud Dictionarium *çú guói* habentur mentio, nec est verum quod magnates aulam suorum defunctorum vocant *miáo*, nam solum modò Rex vocat *miáo*, aulam defunctorum & deinde Reguli. Reliqui verò omnes Mandarini sine distinctione Mandarini majoris vel minoris aulam defunctorum vocant *çu tam*.

Citat deinde R. Pater librum Sinicum *Je Kim* 2. p. nec citat capitulum neque folium, sic etiam ait *otro Diccionario dice*, nec refert Dictionarii nomen, & similia, quæ cum non possimus intelligere quid sibi velint, nec illis responsionem possumus aptare. Addit præterea *aun mas dize el çu guóy, y conclue que el grande se dice* miáo; *el pequeno* çu. *Dictionarium* Cuguoi *refert etiam longe plura, concluditque* miáo, *dici, si grande est*: Cû *verò si parvum*. Nihil prorsùs istius differentiæ mentionem facit Dictionarium *Cu guói*. In declaratione literæ *miáo*, ut legenti

verba istius Dictionarii in utroque loco clarissimè patere potest.

Sequitur quarta ratio dubitandi hujus secundi quæsiti, quæ fundatur in ipso modo ædificandi, aulam Cumfucii, quam dicit ad modum templi esse ædificatam, sicuti reliqua idolorum fana & templa, sic enim ait: La quarta razon de dudar es « porque aquella fabrica y su forma y « modelo, todo es como los demas tem- « plos, y no es, ni sirve para habitacion « de vivos, ni para mas, que lo que se hà « dicho. Ergo, &c. «

Quarta ratio dubitandi est, quia illa « fabrica & structura ac forma tota est ad « reliquorum templorum imitationem & « exemplar; neque hominum habitationi « ullatenùs inservit, sed iis tantum rebus, « quas memoravi modò, peragendis: Er- « go &c. «

Respondeo si bona esset hæc forma argumentandi. *Aula Cumfucii est constructa admodum templi: ergo est verum templum*; valeret etiam hoc argumentandi forma negativè proposita. *Ecclesia* hæc non est ædificata ad modum templi: ergo non est verum templum*, atque adeò ma-

* Ecclesiæ Sinenses ut plurimùm aulæ sunt, & in illis est erectum altare ad Missæ sacrificium peragendum.

jor pars Ecclesiarum Sinensium non posset habere vere templi denominationem; eadem enim est ratio, (*cum contrariorum eadem sit disciplina juxta Philosophos,*) quod falsum est. Ergo sicuti non valet hæc consecutio: *Ecclesia hæc non est ædificata ad modum templi: ergo non est templum*; ita neque valebit hæc alia; *ædificium hoc est constructum admodum templi: ergo est verum templum.* Nam juxtà S. Ambrosium citatum, *Templum est quod fidei series, non lapidum structura fundavit, &c.* Vera fides, quæ vero Deo credit, fundat templa Christianorum. Falsa fides quæ falso Deo credit, fundat templa Paganorum. Cum igitur neque sit verus Deus Cumfucius, neque tanquam Deus aut aliquid divinitatis participans colatur à Sinis, sequitur quod ejus aula nullo modo sit verum templum. Deinde cum templa & fana Idolorum varias constructionis formas habeant, sicuti etiam apud nos vera Dei templa, non potest determinari quænam sit illa constructionis forma, quæ constituat templum juxtà mentem Reverendi Patris.

Tandem dico, falsum esse ædificium Cumfucii secundum totalem constitutionem ad modum templi esse constructum, accipiendo etiam templum secundùm eam

formam, quam accipere videtur R. P. ad id verò quod subdit *que nò es ni sirve para habitaçion de vivos, ni para mas, que lo queda dicho* respondeo hoc pertinere ad functiones quæ in ædificio peraguntur, non autem ad formam ædificii, de qua agit hæc quarta ratio dubitandi.

Propterea *no haçe al caso*, cum jam suprà fuerit responsum ad punctum hoc de functionibus, quæ in aula Cumfucii peraguntur, non oportet illa hîc de novo repetere.

ARTICULUS II.

An oblatio facta Cumfucio sit sacrificium.

23. §. TErtium quæsitum est hoc. Tertia pregunta. Si lo que queda referido que se haçe en aquel lugar es *sacrificulus ò sacrificium*, y que le falta para serlo. No pregunto si es *sacrificulus ò miniſtellus* de las dos sectas distinctas de la de los letrados, esto es de la del *Fe y Laò çù*, si esto quizo decir el P. Martino en aquellas palabras traidas arriba; dice verdad, porque los Letrados no mesclan con sus ceremonias las de las dos sectas. Pero a mi nò me

» haçe al caso ; solo pregunto de lo que
» queda referido, si aquello es *sacrificu-*
» *lus ò sacrificium*, ò que le falta para
» serlo, como los demas que haçen a los
» idolos, ni pretendo haya de ser sacri-
» ficio *vere & proprie* que se hace a Dios,
» que es lo que trae el P. Morales en su
» trattado. La questiõ no es esta. Si no
» se le conviene o puede convenir la ra-
» çon de sacrificio, immolacion, obla-
» cion o victima, como en la Escritura,
» Concilios, Martirologios, historias se
» llaman muchos no echos a Dios, sino a
» los Idolos, Demonios y Elementos &c.
» La raçon unica de dudar es lo que que-
» da dicho en las 3. funciones que alli se
» haçen.

» Tertio quæritur an illud quod in eo
» loco fieri suprà relatum est, sit sacrifi-
» culus * aut sacrificium, & quid illi
» desit ad eam denominationem ? Non
» quæro an sit sacrificulus aut miniſtel-
» lus ex duabus illis sectis, quæ prorsus
» à literatorum Sectâ diversæ sunt. Sci-
» licet *Fe & Lao-çu*. Illud si voluit P.
» Martinius iis verbis, quæ jam attuli-
» mus, verè dixit. Constat enim Litera-
» tos proprias duarum sectarum cæremo-
» nias suis non admiscere. Quare illud ad

* Id est, *parvum sacrificium* ex mente P. Navarrette.

Digitized by Google

quæstionem hanc non pertinet. Istud « quæro an id quod retuli sit sacrificu- « lus aut sacrificium & quid deesse vi- « deatur ad hoc ut reverâ tale sit, qua- « lia sunt ea quæ solent Idolis offerri. « Neque verò dixerim esse sacrificium « verè & propriè dictum quale scilicet « uni Deo potest offerri, ut explicat « Pater Morales in suo tractatu. Hac « enim de re nulla est quæstio. Sed num « ipsi conveniat aut convenire possit ratio « sacrificii, immolationis, oblationis seu « victimæ, quemadmodum in Scripturâ, « Conciliis, Martyrologiis, historiis « vocantur multa sacrificia, quæ facta « sunt, non Deo, sed Idolis, Dæmoni- « bus, Elementis &c. Ratio dubitandi « unica petitur ab iis tribus functionibus « quæ tum peragi solent, & de quibus ac- « tum est suprà. «

Respondeo 1°. vocem hanc *sacrificulus* sicuti etiam suprà dixi, nequaquam significare parvum sacrificium sicuti R. P. accipit, quasi sit diminutivum ab hoc nomine *sacrificium*, *sacrificii*., sed significare hominem sacrum facientem, estque diminutivum à nomine *sacrificus*. Sic etiam *ministellus*, non est nomen significans parvam aliquam oblationem, sicuti accipit R. P. vel aliquod minus sacrifi-

Digitized by Google

cium, sed significat ministrum agentem sacra, sive execranda, & per contemptum dicitur ministellus, estque diminutivum ab hoc nomine *Minister*. Pater igitur Martinius quod dicit, & quærit à sacra Congregatione num accipiendorum graduum cæremoniam, quæ fit in aula Cumfucii, Christiani literati agere valeant? Nam *nullus intervenit sacrificulus, vel ex Idololatriæ sectâ ministellus &c.* Asserit in illâ cæremoniâ nullum adesse Bonzium, qui cæremoniam illam politicam idololatricis superstitionibus inficiat, sicuti contingit in aliquibus politicis Sinarum cæremoniis, quibus Bonzii sese immiscent. Propterea explicatio quam dat R. P. verbis P. Martinii *nò haçe al caso.*

Respondeo 2°. cæremonias, oblationes & reliquas functiones, quæ in aulâ Cumfucii peraguntur, non esse sacrificium, ex suprà dictis jam patere posset. Sed quia in hoc puncto penè versatur cardo difficultatis, ideò oportet differentiam constituere inter sacrificium & munera hæc, quæ in his cæremoniis Cumfucio offeruntur; quod ut clarè probem, sic argumentum propono. Cum radix distinctionis sit limitatio, (limitatur enim res intra tales terminos, adeò ut non possit

Digitized by Google

sit excurrere extra illos,) propterea res distinguitur ab aliâ quacumque re, quæ non est intra illos terminos. Sic v. g. propositio hæc, *homo est animal rationale*, quia limitat naturam hominis intra genus animalitatis, & differentiam rationalitatis, facit ut natura hominis distinguatur ab omni aliâ re, quæ non participat rationem animalitatis & rationalitatis. Dico igitur cum ratio-formalis sacrificii limitetur per terminos formales sacrificii constitutivos, necesse est ut res alia quæcumque, quæ non participat terminos formales sacrificii constitutivos, sit realiter distincta & diversa à sacrificio. Videamus modo ecqui sint termini illi, qui limitant rationem formalem sacrificii, & intra quos terminos clauditur essentia formalis sacrificii. S. Thomas 2. 2. quæst. 35. in corp. ait, *sacrificium esse oblationem Deo factam, tanquam principio creationis & fini beatitudinis.* Noster Layman trac. 5. De sacrificio Missæ ait. *Sacrificium oblationem esse Deo factam in signum supremi dominii &c.* & sic reliqui Doctores. Ex quibus definitionibus patet terminos formales limitantes naturam sacrificii consistere in oblatione facta Deo tanquam principio creationis & fini beatitudinis, seu quod idem est, in signum supremi

Digitized by Google

dominii. Igitur sacrificium distinguitur ab omni aliâ quacumque oblatione, quæ non est facta Deo ; sed oblatio, quæ fit in aulâ Cumfucii, non est Deo facta : ergo distinguitur à sacrificio : ergo non est sacrificium. Sinenses namque in illis cæremoniis & oblationibus Cumfucium neque tanquam Deum recognoscunt, neque divinitatem, vel aliquam sanctitatem ex gratiâ supernaturali procedentem illi tribuunt.

His positis directè respondeo huic R. Patris propositioni quæ dicit, *solo pregunto delo que queda referido si aquello es sacrificulus ò sacrificium ò que le falta para serlo, como los demas que hacen a los idolos*; dicoque cæremonias, quæ peraguntur in aulâ Cumfucii neque esse sacrificulum, neque sacrificium. Non sunt sacrificulus, quia sacrificulus est Bonzius, atque adeò homo vivus ; non est sacrificium, quia Cumfucius non est Deus, neque venerantur illum Sinæ tanquam Deum. Nesint sacrificium, sicuti sunt cætera quæ idolis offeruntur, deest illis intentio colendi Cumfucium tanquam Deum vel numen aliquod.

Ad id verò, quod dicit, *si le conviene ò puede convenir la raçon de sacrificio, immolatio, oblacion, o victima, como en la scrit-*

tura, Concilios, Martirologios, historias se llaman muchos, no echos a Dios, sino a los Idolos, Demonios, Elementos, &c. no hace al caso quia Idola, Dæmonia, Elementa, coluntur ab idololatris tanquam numina deitatem habentia, atque adeò sacrificia, immolationes, oblationes, victimæ, quæ illis offeruntur, sacrificii rationem habent, quia in honorem falsi numinis offeruntur. Munera verò quæ Cumfucio offeruntur, offeruntur illi tanquam totius Regni magistro, & consistunt in solo officio politici cultûs: propterea dispar est ratio.

ARTICULUS III.

An mensa Cumfucii sit verum altare.

24. §. SEquitur quartum quæsitum, utrùm mensa Cumfucii sit verum altare. Sic enim ait: la quarta pregunta es si la mesa que està ante el Cumfucio, ò dunde està su tablilla, es verdadero altar ò no. La raçon de dudar es porque S. Pablo 1. Cor. c. 10. v. 15. reconoce tres altares, uno en los Gentiles, que sacrifican a los idolos: otro en los Judios, en que offrecian a

Digitized by Google

» Dios animales : otro en los Christia-
» nos que offreçen el cuerpo y sangre de
» Christo, &c. at quorsum ? dice el P.
» Becano en sus controversias l. 1. c. 10.
» Quartò quæritur an mensa quæ est an-
» te Cumfucium, seu cui ejus tabella im-
» ponitur, sit verum altare, an non ? ra-
» tio dubitandi est, quia S. Paulus 1. Cor.
» c. 10. 11. 15. Triplex altarium genus
» agnovit. Aliud enim est altare Genti-
» lium, qui sacrificant Idolis ; Judæo-
» rum aliud, in quo animalium carnes of-
» ferebant Deo ; aliud denique Christia-
» norum, qui Christi corpus & sangui-
» nem offerunt. At quorsum ? ait Beca-
» nus l. 1. controversiarum cap. 10. Ut
probet Corinthios debere abstinere ab idolothytis, hoc sic probat. Qui comedit de victimis quæ in altari idololatrico immolatæ sunt idolis, ille est particeps altaris & sacrificii idololatrici, & consequenter est cultor idolorum ; sed vos cum sitis Christiani, non debetis esse participes sacrificii idololatrici neque cultores idolorum : ergo non debetis comedere de victimis quæ immolatæ sunt idolis. Majorem confirmat à simili, quia Christiani, qui sumunt corpus & sanguinem Christi sunt participes altaris & sacrificii Christi &c. ergo qui comedunt de victimis ido-

Digitized by Google

lolatricis, participes sunt altaris & sacrificii idololatrici : at nemo potest esse particeps Christi & idolorum : ergo, &c.

Respondeo illud quod R. P. debuisset ex ratione dubitandi probare, erat illud idem quod propositum fuit in quæsito, quod est, utrùm mensa, in quâ collocatur tabella Cumfucii, sit verum altare : atque adeò à primo ad ultimum debuisset inferre : ergo mensa Cumfucii est verum altare. Quod non deducit, neque potest deducere, neque ex doctrinâ S. Pauli, neque ex argumentatione Becani. Sed cum R. Pater polleat ingenio, bene vidit ex toto illo discursu solum probari posse illicitum esse usum idolothytorum : propterea ex dictis quintum instituit quæsitum, *si los Christianos pueden comer de lo que se hà offrecido al Cumfucio? An Christiani possint edere de iis, quæ oblata sunt Confucio?* Quod autem non probet, patet. Quod verò nec illud probare possit, sic probo. Assertio, quæ ritè probatur, debet ex præmissis inferri in consequenti, & non supponi in præmissis & antecedenti, sed ex doctrina S. Pauli, & auctoritate Becani, quæ sunt præmissæ, supponitur verum altare, & non probatur : ergo ex doctrina S. Pauli & auctoritate

Becani, non potest probari assertio veri altaris.

Sed his omissis, dico quod mensa Cumfucii non est verum altare, quod ipsum probo ex auctoritate & doctrinâ S. Pauli de tribus altaribus. Nam in gentium altari colitur fictus Deus, scilicet idolum. In altari Judæorum & Christianorum, colitur verus Deus; cum igitur Cumfucius nec verus sit Deus, nec fictus Deus, neque ut talis à Sinensibus colatur; remanet quod mensa illa non habeat rationem veri altaris, neque altare sit proprium & verum, sed est pura mensa, vel basis quædam ad sustentandam tabellulam Cumfucii.

Articulus IV.

An Christiani possint comedere oblata Cumfucio?

25. §. Sequitur quintum quæsitum; an Christiani possint comedere res, quæ Cumfucio oblatæ fuerunt? Sic enim » ait, la quinta pregunta es si los letrados » Christianos pueden comer de lo que se » ha offrecido al Cumfucio? An Christiani » possint comedere de iis quæ oblata sunt » Cumfucio?

Digitized by Google

Respondeo ad hoc quæsitum jam patet ex supra dictis; nam sicuti optimè probat Becanus ex doctrina S. Pauli, qui comedit de victimis quæ in altari idolorum immolatæ sunt idolis, ille est particeps sacrificii & altaris idololatrici. Cum igitur ea, quæ apponuntur ante mensam Cumfucii non sint victimæ idolis immolatæ, sed sint munera quæ offeruntur ad recolendam memoriam beneficii præceptoris, cui serviunt, & honorem exhibent, tanquam si vivus existeret, illis muneribus eum colendo sicuti Mandarini, sicuti convivæ, sicuti benefactores coluntur, ut suprà ostensum fuit: sequitur quod qui comedunt res illas, nullâ sint superstitione notandi, sicut famuli qui comedunt ex muneribus Mandarinis oblatis, vel ex convivio amicis vel benefactoribus apposito nullâ debent superstitione notari. Debuerant Anticumfucianistæ probare Cumfucium esse idolum, & posteà illationes istas inferre vel dubitationes de illis instituere, nam cum analoga denominationem sumant & specificentur à primo analogato, malitiam vel bonitatem, ab illo etiam contrahunt ad quod ordinem, & relationem dicunt. Atque adeò nisi probetur Cumfucium esse idolum, omnia illorum argumenta, tanquam tela in cas-

sùm jacta cadunt. Exemplum sumere possumus à Medicinâ, aëre, cibo, qui ex eo quod ordinem dicant ad hominis sanitatem, sani dicuntur, unde si nulla esset in mundo sanitas, neque illa sani denominationem habere possent, eodem modo cum Cumfucius non sit idolum, neque munera illi appositа possunt esse aut dici idolothyta.

26. §. Sequitur sextum quæsitum, utrum Cumfucius sit idolum nec ne? Sic » enim ait R. P. la sexta pregunta es, si » el Cumfucio es idolo, ò nò? la raçon » de dudarlo consta de lo que se hà escrito, » sin ser necessario el repetirle: y dezir sa- » crificio lo que se haçe se infiere inffallible- » mente. Y assi dice S. Augustin l. 10. de » civit. Dei c. 4. *Quis enim sacrificandum* « *censuit, nisi ei, quem Deum aut sci-* » *vit, aut putavit, aut finxit*, y para lo » que se haçe al Cumfucio, nò falta nin- » guna de las condiciones, que señalan los » Theologos: que es lo que havia de deçir » en la raçon de dudar dela tertia pregun- » ta; antes parece el sacrificio mas grave que » hay en China; porque los sacrificulos y » Ministellos de los idolos la gente baxa y » populat los offrece; pero al Cumfucio el » mismo Emperador en persona, algunas ve- » ces en la corte, y en el imperio los prefe-

Digitized by Google

ctos de las ciudades y villas son vicesacer- ce
dotes, y esto por las leyes del imperio, ce
y ninguno otro lo puede offrecer: los as- ce
sistentes todos son letrados; ni en ninguno ce
templo de idolos se haçe con tanto appa- ce
rato, tanta gravedad, y ceremonias las ce
cosas offrecidas al Cumfucio mas pre- ce
ciosas son, que las que se offrecen à los ce
idolos. En el Cumfucio los nobles y le- ce
trados esperan reçibir bienes, y los piden: ce
En los idolos el vulgo y la gente ignoran- ce
te. Luego nò solo ay sacrificulus, sino ce
sacrificio grande. ce

Sextò quæritur, an Confucius sit ido- ce
lum nec ne? Ratio dubitandi habetur ex ce
iis, quæ superiùs scripta sunt, quæque ce
nihil necesse est hoc loco repeti. Atque id ce
necessariò colligitur, si modo dicatur illud ce
unum, nempè sacrificium ipsi fieri. Sic ce
enim ait Augustinus l. 10. de Civitate c. ce
4. *Quis enim sacrificandum censuit, nisi* ce
ei, quem Deum aut scivit, aut putavit, aut ce
finxit. Atqui iis, quæ erga Cumfucium ce
fiunt, nulla prorsus deest ad veram sacri- ce
ficii rationem ex iis omnibus conditioni- ce
bus, quas assignant Theologi; atque illud ce
ipsum afferre potueram in ratione dubi- ce
tandi postea ad tertium quæsitum. Imò ce
videtur esse sacrificium illud omnium, ce
quæ fiunt in Imperio Sinensi longè præ- ce

» cipuum. Nam sacrificulos * quidem &
» ministellos idolorum offerunt viri ple-
» bei & de populi fæce : contra sacrifi-
» cium Cumfucii peragit ipse Imperator
» quandoque in Curiâ, peragunt per to-
» tum Imperium urbium ac civitatum
» Præfecti ac sacerdotum munere fun-
» guntur, idque habent ex Imperii legi-
» bus. Nemo quispiam alius ad illud of-
» ferendum admittitur, nemo adest nisi
» literatus ; nullum est idolorum tem-
» plum in quo tantus in sacrificando appa-
» ratus adhibeatur, tanta gravitas, so-
» lemnitas tanta. Jam quæ offeruntur
» Cumfucio, pretiosiora longè sunt quàm
» quæ idolis offeruntur. Et ab idolis qui-
» dem rude vulgus atque ignarum benefi-
» cia se consecuturum sperat ; contrà ve-
» rò Nobiles ac Literati bona atque om-
» nia prospera & petunt à Cumfucio &
» se ejus ope consecuturos existimant.
» Quare non tantum est sacrificulus *,
» sed sacrificium grande. Usque huc sexti
quæsiti verba quæ singulatim sunt expen-
denda.

Respondeo ut argumentatio sive discur-
rendi modus quo R. P. utitur vim ali-
quam & efficaciam haberet, oportebat

* Ita vocat P. Navarrete sacrificia parva.

Digitized by Google

1°. dare definitionem idoli, & in quo consistat ejus ratio formalis. 2°. Ut sententia S. Augustini faveret opinioni R. Patris, debuerat definire sacrificium, & in quo consistat ratio formalis sacrificii. 3°. Ut haberet pro se Theologos, debuerat enumerare conditiones omnes, quas Theologi statuunt ad veram rationem sacrificii, quas omnes conditiones R. P. dicit inveniri in Cumfucianis cæremoniis. Tria hæc cum R. P. omittat & ex aliâ parte sint fundamentum totius argumentationis & discursus, omnis vis argumenti cadit & diffluit. Præterquam quod aliqua sunt, quæ non solùm gratis asseruntur; sed à reali veritate sunt valdè aliena, ut sunt illa, quod Literati sperant recipere à Cumfucio bona aliqua, eaque ab illo identidem petant. Cum igitur R. P. non probet Cumfucium esse idolum: probabo ego Cumfucium non esse idolum. Propriam tamen & particularem de hac re probationem instituere juvabit: sic igitur argumentum propono.

Ad probandum Cumfucium esse idolum, vel non esse idolum, oportet perspectam habere definitionem & rationem formalem idoli, ut cum certitudine possimus affirmare vel negare, idolum sit nec ne Cumfucius. Idolum igitur sic defini-

Digitized by Google

tur ex scripturis & Doctoribus apud Layman, *De vitiis oppositis virtuti Religionis, c. 2. pag.* 734. Idolum est simulacrum falsum, sive rei non existentis fictitia species, &, quemadmodum sacræ paginæ asserunt, idolum est falsi Dei simulacrum: propterea S. Paulus 1. ad Corinth. 8. dicit idolum nihil esse, id est, ut aiunt Doctores, nullam veram, sed solùm fictitiam divinitatem habere, quod Deus nullus est nisi unus.

Ex quibus definitionibus unum oportet perpendere, quod ad constituendam formalem rationem idoli, fictionem & falsitatem aliquam oportet adesse. Fictio igitur cum sit actus rationalis, non potest consistere in opere, vel specie aliquâ externâ, sed consistit in mente hominis fingentis, vel putantis id quod non est. Sic v. g. si quis dicit, vel imaginatur, vel fingit lapidem esse rationalem, deceptio hæc & falsitas est in mente hominis. Quamvis igitur lapidi accedat extrinseca illa denominatio rationalitatis, tamen formalis fictio & falsitas consistit in mente hominis fingentis & falsò putantis lapidem illum esse rationalem, igitur ut Cumfucio sive Cumfucii imagini vel tabellæ possit appingi nomen idoli, oportet prius ut præcedat fictio in mente hominum falsò

Digitized by Google

putantium Cumfucium esse Deum, vel numen aliquod divinitatem participans. Cum igitur literati Sinenses, hi sint homines, qui possent falsam hanc imaginationem habere, & tamen nullo modo suspicentur neque imaginentur Cumfucium Deum esse, neque partem aliquam divinitatis habere (reliquum enim vulgus neque Cumfucium veneratur, nec de illius cæremoniis quidquam curat) sequitur quod nullâ ratione adfit fictio vel falsa imaginatio pertinens ad rationem formalem idoli constitutivam.

His positis ritè possumus hanc illationem inferre. In Cumfucii cultu & in cæremoniis omnibus, quæ adhibentur à Sinis in illius honorem, omnis abest ratio constitutiva idoli: ergo nullum est idolum: ergo neque Cumfucius neque ejus imago, neque tabella, in quâ descriptum est nomen Cumfucii, idoli rationem participat. Sinenses namque literati Cumfucium colunt tanquam præceptorem, non autem tanquam Deum, vel numen aliquod divinitatem participans, quod pluribus suprà ostendimus, & ex constitutionibus Imperatorum, & ex libris Sinarum classicis, & ex communi Literatorum sensu probavimus.

Prætermitto hic Baccalaureum illum,

Digitized by Google

qui cum ex conſilio unius Patris Miſſionarii ante omnes proteſtatus fuerit ſe in cæremoniis Cumfucio exhibitis, quibus ipſum præſentem adeſſe oportebat, nullum colere ac venerari numen: Baccalaurei, qui eam audiverunt proteſtationem, ridentes ei reſponderunt, *nullus noſtrûm ut numen eum colit, quorſum tendunt tua hæc verba?*

Sacra etiam Congregatio dum concedit politicos ritus Cumfucio in reſponſione ad tertium quæſitum Patris Martinii, in quo quærit nùm accipiendorum graduum cœremoniam, quæ fit in aulâ Cumfucii, Chriſtiani agere valeant &c. ſic ait: *Cenſuit ſacra Congregatio juxtà ea quæ propoſita ſunt, permittendas Sinenſibus Chriſtianis prænominatas cæremonias, quia videtur cultus merè politicus & civilis.* Cum igitur ſacra Congregatio concedat hos cultus Cumfucio, indirectè etiam concedit Cumfucium non eſſe idolum. Si enim idolum eſſet, nullus etiam cultus vel politicus adhiberi poſſet ad eum colendum, ſaltem propter ſcandalum. Neque dici poteſt ſacram Congregationem non habuiſſe plenam notitiam iſtius Cumfucii, nam R. P. Joannes Baptiſta Morales non ſolùm plenam notitiam (ſuo tamen modo) de Cumfucio dedit,

Digitized by Google

sed conatus est probare Cumfucium esse idolum, quamvis falsis rationibus nisus, atque adeò sacra Congregatio benè novit utramque sententiam de Cumfucio. Igitur concedens modò huic magistro politicos cultus, indirectè illum eximit ab omni specie idoli. Sed veniamus modo ad sacrificium.

Dicit namque R. P. *y dezir que es sacrificio, se infiere infalliblemente*, quod conatur probare auctoritate S. Augustini, qui ait, *quis enim sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut scivit, aut putavit, aut finxit.* Quasi dicat, offertur illi sacrificium: ergo est idolum. Sed si R. P. posuisset definitionem sacrificii, sicuti illud definit S. Doctor, id est, *sacrificium est oblatio Deo facta tanquam principio creationis & fini beatificationis*; jam pateret falsitas istius enthymematis: offertur Cumfucio sacrificium: ergo est idolum. Non enim offeruntur munera Cumfucio in recognitionem alicujus deitatis, quæ in illo existat, sed ea illi munera offeruntur tanquam totius regni Sinensis præceptori.

Nec debuisset R. Patri negotium facessere litera Sinensis hæc *çi* dicta, nam cum hæc litera valdè latè pateat, nec coarctetur ad significandum sacrificium quod Deo

debetur. Sed contineat sub se species omnes cujuscumque oblationis vel muneris, & præter has, etiam alias habeat significationes, ut suprà retulimus, atque adeo sit quoddam veluti genus generalissimum, non debemus quoties incidit illius *çi* literæ usus, illicò inferre sacrificium esse, accipiendo sacrificium secundùm eam significationem, quam Theologi accipiunt. Atque adeò quando invenitur in libris Sinensium *çi cum çu*, id est, munus quod offertur Cumfucio, non debemus illicò inferre. Ergo offertur verum sacrificium Cumfucio : ergo Cumfucius est idolum. Nam litera hæc *çi* genus est sub se species comprehendens, quæ species distinguntur per suas differentias, neque potest illatio deduci ab unâ specie ad aliam speciem secundum eandem formalitatem. Unde non valet hæc argumentatio, sacrificium quod vero Deo offertur est *çi* ; sed munus quod Cumfucio offertur est *çi* : ergo munus quod Cumfucio offertur est sacrificium quod offertur Deo. Sicuti non valet hæc : omnis homo est animal : omnis equus est animal : ergo omnis homo est equus. Non enim servatur forma figuræ syllogisticæ, item variatur suppositio, & fit transitus ab una specie ad alteram, nam animal in prima propositione supponitur

Digitized by Google

pro animali rationali ; in secundâ verò propositione pro animali hinnibili. Sic etiam litera *çi* in prima propositione supponitur pro illa specie oblationis, quæ Deo offertur. In secundâ verò propositione supponitur pro aliâ specie muneris & oblationis politicæ quæ Cumfucio tanquam magistro in officium grati animi offertur.

Unde si R. P. vult accipere rationem genericam hujus literæ *çi* & illi tribuere significationem specificam sacrificii quod Deo convenit & offertur, in varios oportet incidere errores ; atque omissis omnibus illis rationibus, quas suprà tetigi in explicatione literæ *çi*, cogetur etiam dicere quod castor amphibium animal quando dentibus pisces capit, piscibus etiam sacrificium offerat, nam actio illa capiendi prædam à Sinicis libris vocatur *çi*. Sic enim habet liber *ly Ki* describens veris tempus. *Pisces ascendunt aquas*, id est, ad superiores partes fluminum vel lacuum enatant, *castor pisces capit & agrestes anseres adveniunt, veris enim tempore glacie dissoluta pisces ascendunt & à castore capiuntur, &c.* textus Sinicus sic habet..... & alio loco ejusdem libri *li Ki* secundum eandem significationem invenitur hæc litera *çi*, sic enim ait *quando*

Digitized by Google

castor (amphibium animal) *pisces capit, tum demùm piscator ingrediatur lacus*, id est piscationem adordiatur, quia scilicet pisces laci ima relinquentes, laci suprema petunt. Item *quando lupus, vel lupo simile animal bestias capit, tum posteà venatio instituatur*, verba Sinica sunt sequentia.....

Dictionarium Sinicum *çû guoi* in explicatione hujus literæ *chai*, sic ait, *Chai*, id est, *lupus tempore octavæ lunæ* (id est autumni tempore) *capit bestias*. Quibus in locis clarissimè patet literam *çi* capiendi sive rapiendi significationem habere. Manet igitur quod, quamvis in muneribus quæ offeruntur Cumfucio utantur Sinenses litera *çi*, nullum verum significat sacrificium, sed tantummodò significat politicum cultum, quo Sinenses Cumfucium tanquam magistrum venerantur. Cum, ut diximus, tam latè pateat significatio literæ *çi*, atque adeò huic etiam literæ *çi* possumus applicare verba sacræ Congregationis, quibus respondit ad quæsitum R. Patris Joannis Baptistæ Morales de litera *xim*, sic dicens *si vox xim in regno Sinarum habet latitudinem, posse Ministros eâ uti; si verò restringatur ad significandam veram & perfectam sanctitatem, nullatenùs posse*. Eodem mo-

Digitized by Google

do possumus dicere : si vox *ci* in regno Sinarum habet latitudinem posse ministros eâ uti, sive posse Sinenses eâ uti ; si verò restringatur ad significandum verum & perfectum sacrificium, nullatenùs posse.

Quantum verò attinet ad conditiones veri sacrificii quas adnotant Theologi, ut R. P. dicit, & omnes has asserit inveniri in cæremoniis Cumfucianis : cum ego alias non noverim præter illas quas S. Doctor enumerat in definitione sacrificii, expecto ut R. P. me illas doceat, qui si aliquas produxerit, quæ non ingrediantur rationem formalem sacrificii constitutivam, ad nostram controversiam non pertinent.

Quod verò ait *majus esse sacrificium id, quod Cumfucio offertur, quam quilibet alius sacrificulus vel ministellus qui idolis offertur &c.*

Respondeo me jam superiùs dixisse nomen hoc *sacrificulus* diminutivum esse à nomine *sacrificus*, id est, qui sacrum facit, sic etiam nomen hoc *ministellus* diminutivum esse à nomine *minister*, Bonzios verò per contemptum à P. Martinio appellari ministellos ; atque adeo neque sacrificulus, neque ministellus significant parvum aliquod sacrificium, sicuti R. P. accipit. Igitur ad intentionem R. Patris

respondendo : dico parùm referre sit ne magnum vel parvum sacrificium, quando tam parvi, quàm magni sacrificii ratio constitutiva formalis eadem est. Et si offeratur Deo vero vel falso, tunc verum sacrificium erit, & quidem si Deo vero offertur, meritorium erit sacrificium, si Deo falso, vel idolo, peccaminosum. Solemnitas verò, quâ sacrificium offertur major vel minor substantiam sacrificii non mutat. Propterea dicit S. Doctor 2. 2. q. 85. ad 2. *in oblatione sacrificii non pensatur pretium occisi pecoris, sed significatio, quâ hoc fit in honorem summi rectoris totius universi.* Cum igitur cæremoniæ Cumfucianæ non habeant Cumfucium pro objecto veluti Deo, vel aliquo numine, quamvis solemniter celebrentur, vel etiam à Magistratibus & ab ipsis Imperatoribus, illorum substantia politici cultus minimè mutatur, quo totius regni præceptori honor defertur. Addendum etiam quod solemnitas hæc agitur, quia Cumfucius honoratur à Sinis tanquam Rex.

Illud verò quod postremo loco additur à R. P. *sperare, ac petere à Cumfucio bona aliqua &c.* Huic puncto jam suprà responsum est. Dixique hoc omninò à veritate alienum esse; idque probavi ex

Digitized by Google

confessione Christiani *Cho*, Lini, & illius familiaris Baccalaurei, qui negarunt à Cumfucio aliquid peti, jam auctoritate doctissimi Christiani *chu cu chim* Cosma in libello *chim min lio xue*, qui ait, *in parentalibus aguntur gratiæ pro beneficiis, non autem petitur aliquid ab antecessoribus.* Sic enim ille ait..... Item auctoritate *li Ki*, ubi dicitur quod *in his parentalibus non solum nihil petitur, sed nec adest voluntas petendi aliquid* (propterea hanc statuit conclusionem) *unde id quod dicitur, munera offerre, nullam concludit deprecationem.* Verba Sinica sunt.....

Quod autem aliqui inveniantur, qui dogmatibus idolorum imbuti à Cumfucio vel à proavis defunctis fœlicitatem vel aliud quidpiam petant, sicuti dicebat Christianus illæ *Chò* Linus suprà citatus, hoc non officit politicis Literatorum ritibus: nec propterea quod hæretici, vel mali Christiani perversa misceant dogmata cum mysteriis, ideò sacra nostra inficiunt, cum reverâ seipsos mixtione illa inficiant & coinquinent. Maneat igitur Cumfucium nullatenùs esse idolum, sed coli à Sinensibus Literatis politicis hisce ritibus tanquam totius regni magistrum. Et ne aliquis putet me meâ rudi Minervâ ita solummodò proloqui: consului ego

Digitized by Google

per epiſtolam ſuper his cæremoniis Cumfucianis P. Franciſcum Bardi noſtræ Societatis in Univerſitate Collegii Panormitani ſtudiorum præfectum, qui in diſcuſſione harum cæremoniarum alios Societatis Theologiæ Profeſſores adhibens in hanc formam reſpondit; *cum omnes cæremoniæ, quæ adhibentur in colendo Cumfucio intra terminos politici cultus contineantur, in his peragendis ſcrupulus nullus adeſt.* Sed tranſeamus ad alia quæſita.

ARTICULUS VI.

An tabellula Cumfucii contineat aliquid ſuperſtitionis?

27 §. SEptimum quæſitum eſt, utrum tabellula Cumfucii (eademque ratio eſt de cæterarum defunctorum tabellulis) aliquid ſuperſtitionis contineat, ſic enim ait. *Septima pregunta ſi la tabilla del Cumfucio, (lo miſmo es de los mas defunctos) tiene algo de ſuperſtition, &c.*

Reſpondeo huic quæſito ſatisfactum fuiſſe à ſacra Congregatione, non ſolùm in reſponſis datis Patri Martinio, quando dicit: *cenſuit ſacra Congregatio poſſe tolerari Sinas converſos adhibere dictas cæremo-*

nias erga suos defunctos, &c. Inter quas cæremonias etiam numeratur hujus tabellæ usus, & deinde addit, *sublatis tamen superstitionibus.* Quibus verbis demonstrat, quod si usu diuturni temporis, vel per injuriam, vel malitiam hominum, aliquid quod superstitionem continet his cæremoniis inhæserit, superstitiones auferantur, integrâ relictâ cæremoniarum substantiâ superstitionum auferendarum modus, hic poterit esse quem docet S. Augustinus, quem supra etiam citavimus: *non asperè, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur, sed magis docendo quàm jubendo. Ita nec videbuntur deserere memorias suorum, quod potest gignere non levem cordis dolorem, & celebrabitur in Ecclesia, quod piè & honestè celebratur.* Ita S. Augustinus Conf. 6. c. 64.

Dixi non solùm in responsis datis P. Martinio, quia & in responsis R. P. F. Joanni Baptistæ de Morales, non prohibet sacra Congregatio usum tabellulæ, in quâ conservant Sinæ suorum defunctorum memoriam; sed prohibet illam haberi *in proprio & vero altari* majoribus dicato, & ut ante illam orationes & preces adhibeantur. Sed relinquamus hanc sacræ Congregationis auctoritatem & ac-

Digitized by Google

cedamus ad solutionem argumentorum, quæ à R. P. proponuntur sub illis terminis: Ratio dubitandi est.

Prima igitur ratio dubitandi ea est, » porque el *li ki* tract. *vâm chi*, fol. 3. » dice que el Emperador offrece un vesti» do rojo a los Emperadores defunctos, » y dice el commento, este vestido se of» freçe a las tablillas pidiendo que la seda » se perfeçione. Aqui la llama *xin ço*, as» siento del espiritu &c.

» Quia *li ki* tract. *vâm chi* fol. 3. dicit » Imperatorem offerre vestem purpuream » Imperatoribus defunctis. Et Commen» tator addit istam vestem offerri ad tabel» lulas, petendo ut serica res prosperè » succedat, atque eam vocat *Xin ço*, spi» tus sedem, &c.

Respondeo auctoritatem hanc nusquam inveniri in toto tractatu *vâm chi*, neque fol. 3. neque fol. 13. neque 23. &c. neque in ullo alio hujus tractatus folio. Unde non possum admodùm laudare diligentiam illius, qui talem sententiam R. Patri propòsuit. Falsum etiam est vestem illam esse violacei, seu purpurei coloris ut R. P. asserit, *rojo*; sed erat lutei vel crocei coloris, *amarillo*, invenitur ergo hæc sententia à R. P. alligata in tractatu *yve lim* libri *li ki* lib. 3. fol. 52. in illo scilicet

scilicet opere *li ki*, qui decem tomis continetur. At in illo opere *ly ki*, qui quatuor tantùm tomis continetur, invenitur eadem sententia iisdem verbis in 2°. tomo tractat *yve lim* cap. 5. §. 6. fol. 10. in secundâ folii facie. Textus verò sic ait. *Hac lunâ Imperator offert vestem lutei sive crocei coloris antiquo Imperatori.* Commentator deinde explicans textum dicit, *duæ illæ literæ Kio y significant vestis illius colorem esse sicuti kio hoa*, id est referte colorem hujus floris *Kio hoa*, quem florem Lusitani vocant *bemma.*

Quæres cujus coloris folia sunt? crocei coloris. Deinde explicat quid significent duæ illæ literæ, *sien ti*, aitque significare primum Sinensium Regem *fo hi*, qui quoniam natus est in illo anno, cui Sinæ tribuunt nomen *mo*, quod sumunt ex quinque Sinis elementis. Sinæ enim non quatuor elementa, sed quinque numerant, suntque metallum, quod dicunt *Kin*; lignum, quod dicunt *mo*; aqua quam dicunt *xui*; ignis quem dicunt *ho*; terra, quam dicunt *tu.* Propterea Imperator ille vocatur *mo te chi chiun*, id est, insignis virtute vir, qui natus est in anno, qui dicitur *mo.* Hic autem, quia fuit inventor rei sericæ hominesque docuit bombyces nutrire & sericum extrahere: item, quia

magnarum virtutum fulgore nituit, & magna hominibus beneficia contulit, vixitque temporibus Noe, cujus abnepos fuit, putant illius animam apud summum numen vivere, locumque habere, & unà cum illo beatè vivere. Propterea veteres Imperatores pro re sericâ precationes instituebant ante illius tabellulam, in qua descriptum erat nomen istius Imperatoris. Cujus exemplum minimè ad rem nostram facit; cum antè Cumfucii & proavorum tabellulas nullæ fiant deprecationes, ut suprà probavimus. Quod si aliqui idolorum cultores deprecationes instituunt ante illas, id non ex Literatorum classe promanavit, sed ab idolorum sectariis ortum habuit.

Neque officit dicere quod oblata fuit vestis illa ante tabellulam illam, quasi perantiquus ille Imperator vel illius spiritus in illius ligni frusto resideret. Falsum id enim est; sicuti si quis diceret obtulit Fabius munus cereum imagini S. Antonii: ergo S. Antonius in illa imagine residet. Falsò id inferret. In illâ namque tabellulâ nihil aliud conservatur, quàm memoria & repræsentatio hominis illius, cujus virtutes & beneficia recolunt, præterea nihil.

Secunda ratio dubitandi est *el cham çu*,

autor antiquo y classico segun el Dottor Miguel, diçe que la tablilla es para servir al espiritu, con que se eterniza la obedientia.

Quia Cham çu *autor antiquus & classicus Doctoris Michaëlis judicio, dicit tabellularum usum institutum esse ut spiritui serviant & perpetuam faciant obedientiam.*

Respondeo allegatam rationem dubitandi non facere contra tabellulam, sed usum tabellulæ propter hanc institutionem quam illi assignat hic auctor *Cham çu*, ab omni eximi superstitione. Nam dicit institutam esse ad perpetuam faciendam virtutem obedientiæ, quæ non solùm inter politicos ritus, sed inter morales virtutes principem locum obtinet. Nec dicit auctor ille spiritum defuncti hominis in illâ tabellulâ residere; sed ut serviant spiritui, illius memoriam statis temporibus recolendo, juxta illud Sinarum axioma *sù sù giù sù sem serviendum mortuis sicuti vivis servitur*, cæterum quandò citantur auctores, deberent afferri auctoris verba, vel saltem loca librorum, in quibus auctores talia locuti sunt, & non dicere hic autor dicit, nam facilis esset responsio negativa, negando auctorem talia dicere. Quando verò referuntur auctoris verba,

Digitized by Google

vel citantur loca librorum, tunc mens & sensus auctoris sine errore eluceſcit.

Tertia ratio dubitandi est *la Philosophia Sinica llamada* sim ly ta civên, *e el Dictionario*, çù guoi *verbo* chu, *dicen que los Antigos instituieron estas tablillas paraque el Espiritus de los difunctos arrimen y es los triben en ellas.*

Quia Philosophia Sinica quæ dicitur sim ly ta civên *& Dictionarium* çu guoi *verbo* chu *dicunt istas tabellulas à Veteribus fuisse institutas ut in iis defunctorum spiritus insideant atque immorentur.*

Respondeo absolutè negando Sinicam Philosophiam tale quid dicere, & cum R. P. neque verba referat Sinicæ Philosophiæ, neque citet loca librorum, ne miretur Lector si ego absolutè id negem. Inducit me etiam ad negandum haud congruam interpretationem quam R. P. tribuit Dictionario *çu guoi*, à quo non, nisi qui in animum induxit suum, tabellulas esse quid superstitiosum, talem interpretationem producere posset. Propterea dixi, cum à libris sumitur auctoritas vel verba, vel loca librorum citanda sunt, alioquin pro libito quisque dicet, quidquid ipse animo volutat; de Dictionario *çu guoi* inferiùs tractationem instituam, referamque in quo çonsistat germanus illius sensus.

Digitized by Google

Quarta ratio dubitandi est *por las palabras que en ella se escriven, conviene à saber* assiento o trono dell' espiritu de fulano.

Propter verba quæ illi tabellulæ inscribuntur, nimirum sedes *vel* thronus spiritus N.

Respondeo, *quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diù.* Quoniam opinio illa contra tabellulas, nimium invaluit apud RR. Patres, propterea omnia quæcumque contra illam conantur interpretari. Dico igitur, verbis quæ in tabellulâ scribuntur, falsam affingi à R. P. interpretationem, quasi verò spiritus defuncti in illo ligni frusto resideat. Cum tantummodò in illâ tabellulâ conservetur defunctorum parentum memoria. Neque enim sunt Literati Sinenses tam sine affectu erga patrem & matrem, ut velint in palmo ligni claudere animas parentum. Clarum fiet hoc ex sequenti paritate. Quando in singulis civitatibus & oppidis intra Mandarinorum aulam exponitur parvulum illud tabernaculum, quod vocant *lum tim*, ante quod Mandarini prostrati reverentiam exhibent viventi Regi, quod tabernaculum etiam vocatur *xim çoxim guoi. Regis sedes, Regis thronus*, numquid in illo tabernaculo sedet

Digitized by Google

Rex ? dicitur etiam *xim chi*, id eſt, *Regis voluntas.* Numquid Regis anima illuc avolavit ad eliciendum aliquem voluntatis actum : Eodem modo, quando inſcribitur *xin ço* vel *xin guoi*, non debemus ſuſpicari quod in illâ reſideat, aut reſidere putetur mortui parentis anima, ſed quod ante illam reverentia exhibetur mortuis parentibus, illorum recolendo memoriam, quia in illa ſcriptum eſt illorum nomen, & propterea parentum memoria in illâ conſervatur.

Si enim volumus literæ materialitatem ſequi, cogemur etiam dicere, ſicuti ſuperiùs adnotatum fuit, Caſtorem amphibium animal piſcibus ſacrificium offerre, ſic enim habet liber *ly ki, ta çi in*, litera namque *çi* ſignificat ſacrificium offerre, & tamen in hoc loco tantummodò ſignificat à Caſtore piſces dentibus capi. Sic etiam reverentia quam exhibent Literati ante illud tabernaculum *lum tim* Regem venerando dicitur *pai kive.* Cum igitur litera hæc *kive* ſignificet defectum, crimen, peccatum, ſi volumus ſecundum literæ materialitatem explicare duas has literas *pai kive*, cogemur dicere literatos reverentiam exhibere (litera namque *pai* ſignificat reverentiam exhibere) defectibus & peccatis, quod nemo dixerit. Sen-

Digitized by Google

sus igitur harum duarum literatum est, quem non ego excogitavi, sed quem illi tribuerunt veteres. Sic enim habet Dictionarium Sinicum *çú guoi. Homines, qui officia gerunt, ubi pervenerint in hunc locum* kive *illicò cogitare debent, illa in quibus ipsi defectus commiserunt.* Id est, antequam reverentiam exhibeant Regi, vel illi tabernaculo, per quod Regia majestas repræsentatur, debent priùs suos defectus expendere, ut illos scilicet corrigant, verba ex *çú guoi* Dictionario excerpta sunt. Literæ igitur materialitatem nequaquam sequi debemus, quando repugnantia involvitur in illâ. Hæc eadem reverentia dicitur *pai xim çie*, id est, *reverentiam exhibere Regis vestigiis*, ergo Regis vestigia pedum asservantur in illo tabernaculo? Quis non videt ista minimè cohærere?

Atque ex his patet quod, quando in tabellulâ inscribitur *xin guoi*, *xin eó* quod R. P. interpretatur *assiente y trono del espiritu* nullo modo intelligendum est spiritum defuncti in illa tabellula residere, sed in illâ defuncti memoriam conservari, non negabo tamen multos ex idolorum sectâ, ita fortasse putare. Sed quando isti ad fidem convertuntur, non illis auferenda est tabella, sed error ab eo-

Digitized by Google

rum intellectu, eos docendo in tabella nullum adesse mortuorum spiritum, sed conservari per illam, memoriam mortuorum parentum. Non igitur asperè, non duriter; non modo imperioso, ista tolluntur (juxta doctrinam S. Augustini) sicuti novimus factum fuisse præteritis annis à quibusdam Religionis Ordinis S. Dominici in civitate *cham xo* Provinciæ *Nan kin* (modo verò à Tartaris dicta *Kiam nan*, quia passo capillo regnabat tunc familia Regia *Mim*, quæ capillitium alebat) per civitatem huc illuc discurrentes, ingressi domum cujusdam Christiani in tabellas insilientes, eas in frusta comminuerunt, spectantibus Christianis & Gentilibus. Igitur docendo magis quàm jubendo extirpantur errores ab animis Christianorum, & sancta fides paulatim in eis radices agit. Ita nec videbuntur (ut S. Augustinus ait) *deferre memoriam suorum, quod potest gignere non levem cordis dolorem, & id celebrabitur inter Christianos, quod piè & honestè celebrari potest.*

» Quinta ratio dubitandi est Por la for-
» ma y fabrica que tienen y guardan in-
» violablemente en todas, convien a sa-
» berde 12. polegadas de alto, 3. de an-
» cho, una de grueso, en lo alto sea la

Digitized by Google

forma a modo de cuello, en el medio « tenga dos aguieros a modo de orejas el « pie ſea quadrado. Dos autores explican « que la peana correſponde a los 4. tiem- « pos del anno; por eſto es quadra, las « 12. polegadas ſignifican las 12. lunas « de un año, el cuerpo al ſol, otro dize « que ſignifican los 12. ſignos del Cielo, « y otras coſas vanas y frivolas, que na- « da conducen para coſa buena y honeſta « &c. «

Quinta ratio dubitandi eſt propter « formam & ſtructuram quam in omnibus « tabellis unanimiter eandem ita ſervant, « ut altæ ſint pollices duodecim, latæ « tres, craſſæ unum. Prætereà tabellæ « pars altior colli formam exhibeat. In « medio duo ſint foramina, quæ aures re- « præſentent. Baſis ſeu pars inferior in « quadratum deſinat. Hoc totum ſic ex- « plicant auctores duo, ut baſim ideò qua- « dratam velint eſſe, quia quatuor anni « tempeſtates ſignificat. Pollices verò « duodecim ex eorum mente denotant « lunas ſeu menſes anni duodecim. Alius « vult ſignificari cæli ſigna duodecim & « ſolem reſque alias vanas prorſus ac futi- « les & quæ nullatenùs poſſunt ad quid- « piam bonum atque honeſtum pertinere, « &c. «

Digitized by Google

Respondeo me mirari quomodo R. P. possit concludere, quòd omnia quæ in hanc tabellulæ fabricam concurrunt, neque ad bonum, neque ad honestum quid inducere possunt; cum satis amplam materiam suppeditent volubilitatem humanæ vitæ cogitandi. Quatuor enim temporum qualitates corpus humanum, lethali fluxu naturæ materialis urgent, ut ait S. Ambrosius; duodecim mensium successio, cui momenta nostræ vitæ respondent, admonet præsentem vitam nunquam quiescere, sed semper esse in motu, per quem motum sibi mutuò succedunt tres ætates; juventus, virilis ætas, senectus, quas nobis explicat trium digitorum latitudo tabulæ. Unius verò digiti crassities significat terminum humanæ vitæ, quæ uno die vel momento terminatur, sicuti ipsimet Sinenses textus perhibent dicentes, *brevioris vel longioris vitæ terminus, non est duplex, sed unus* yaò xeû pú lh, *& quia terminus humanæ vitæ est unus*, id est, determinatus & certus, *propterea in illius inquisitione laborare minimè debemus, sed virtutibus interim excolamus animum dum illum expectamus* sicu xin y suchi. quæ omnia habentur in *sñ xûs* apud *men çu* cap. 7. in quo loco Commentator sic ait, *virtutibus vitam excolendam, ad*

Digitized by Google

expectandam mortem, atque hoc modo; (id est supremo numini) *servies toto vitæ tempore*, Sinica verba sunt..... alias optimas significationes istorum omnium possem afferre ex libro *chum iun* deductas, sed ne longior sim, ad alia transeo.

Priùs tamen propter amorem Dei peto ab hoc R. Patre ut mihi dicat, quare sic abhorret ab istis Sinicis mensuris in eâ tabellulâ constituendâ, quæ cum sint res ad libitum hominum utrum hoc, vel illo modo fabricentur, parùm referre videtur præcipuè cum habeant bonam & moralem significationem. Enim verò si quis modo videret, vel damnaret modum vestiendi quorumdam Europeorum hominum, qui pileo utuntur alto, vel compresso, districto thorace, laxis manicis, subligaribus instar muliebris pallæ latis, crispis tibialibus, quadratis calceis, & infrà calcaneum pyramidatis, nonne possemus illi dicere, quare tu illa damnas quæ ab hominum placito dependent? Si tibi non arrident, illis ne utaris; sat est. Cum igitur Sinenses in omnibus amant uniformitatem & maximè in his quæ pertinent ad officium vel obsequium suas habeant determinatas regulas, mensuras, vel formas, quid mirum si in hac tabellulâ constituendâ peculiarem

Digitized by Google

quemdam ſervent fabricandi modum, cum vel etiam ſtoreæ quæ menſis ſuper imponuntur ſuas habeant determinatas menſuras. Sic enim liber *ly ki* habet. *Si hoſpes invitatur non ad convivium, ſed ad colloquium, tunc extendantur ſtoreæ ſupra menſas tantæ magnitudinis*, & inter illas unius ulnæ ſit inter capedo. Commentator verò ſic ait. *Storeæ compoſitio ſive forma hæc eſt, habeat latitudinem trium palmorum & trium digitorum, cum tribus partibus unius digiti*, &c. Quæ tam exacta menſuræ deſcriptio, numquid poterit cujuſquam animum offendere? Cum dependeat à liberâ hominis voluntate & fortaſſe ſuas etiam habeat morales ſignificationes. Verba Sinica Commentatoris & textus ſunt.....

» Sexta ratio dubitandi eſt por la vene-
» racion que ſe haçe en eſcrivir, quando
» van al entierro la lettra *chu* ſin el pun-
» tillo arriba, y ponerle a la buelta a ca-
» ſa, convidando para eſto a una de las
» perſonas mas graves y principales; y
» preguntando yo el miſterio a un Chriſtia-
» no de la Compañia y letrado, me dixò,
» que bolviendo la tablilla, venian con
» ella los bienes y felicitades. A lo qual
» allude la lettra *Chû*.

» Sexta ratio dubitandi eſt propter re-

Digitized by Google

verentiam quæ adhibetur in literâ *Chu* scribendâ. Nam illi literæ non apponitur punctum superius, cum ad sepulturæ locum solemniter pergunt. Apponitur verò, quando sunt reversi domum; illudque muneris vulgò deferunt ad virum aliquem primarium & spectatissimum. Contigit quondam ut quid hoc esset mysterii peterem à Literato quodam Christiano, qui à Patribus Societatis divinam legem erat edoctus. Ille respondit simul cum tabellâ quæ reducitur advenire bona & felicitates, atque id esse ad quod alludit litera *Chu*.

Respondeo 1°. literam hanc *chû* esse ultimam literam quæ scribitur in illâ tabellulâ, & primo quidem scribi sine puncto hoc pacto & postquam funerales cœremoniæ fuerint absolutæ, tum demum absolvitur litera illa per additionem puncti. Hoc modo igitur ad auctoritatem hujus Christiani à R. P. citati dico me admodum vereri ne responsum dederit huic R. P. eo modo quo *Cho* Linus dicebat, & nos suprà retulimus, vel certè responderit secundum sensum sectariorum idola colentium, qui non dubito quin multa perperàm de his cæremoniis loquantur, vel denique ipsemet nomine Christianus,

sed à fide alienus ita senserit sicuti R. P. refert, sed de his interrogationibus & responsionibus jam suprà diximus quid sit sentiendum. Absolutè igitur negandum est Scholam Sinensium Literatorum per appositionem illius puncti, fælicitatem sperare, idque R. P. neque probare poterit ex Sinensium codicibus, neque auctoritate cordatorum hominum, nisi hoc ipsum gratis velit asserere, sicuti gratis asserit, & de suo addit, quod litera illa *chu* alludat ad hanc fælicitatem quam dicit Sinas sperare per illius puncti appositionem, *a lo qual allude la letra chu.* Quia talis litera *chu* neque ad fælicitatem aliquam alludit, neque connexionem ullam cum fælicitate habet, ut Sinicis literis aliquatenus imbuto patere potest.

Respondeo 2°. punctum illud datâ operâ omitti, ut posteà accipiat Scriptura illa ultimum complementum per manus viri qui & virtute & dignitate fulgeat, qui cultus pertinet ad parentum defunctorum honorem & ad personam quæ peragit justa parentibus. Exemplum accipiamus à nostratibus. Quando nova ædificatur domus invitatur conspicuus nobilitate vir, ut primum jaciat fundamentalem lapidem: numquid ritus iste mali moris odorem refert? Et si potest nobilis vir

initium dare huic operi ædificandæ domus, sine aliquâ vani cultus suspicione; quare non poterit similis vir nobilis complementum dare, & ultimam manum imponere Scripturæ illi, in qua recolitur parentum memoria, idque agere sine aliquâ malitiæ notâ? Certè non video quomodo ex hac puncti descriptione possit tabellula illa calumniæ obnoxia esse. Atque hanc allatam rationem scribendi punctum illud afferunt Literati Sinenses, hi quidem qui sectas respuunt idolorum.

Septima ratio dubitandi est *por la grande veneracion, en que las tienen, y muchas ceremonias que hacen con ellas, &c.*

Propter honorem summum qui ipsis exhibetur & cæremonias plurimas quæ circa ipsas adhiberi solent.

Respondeo honorem esse in honorante, partemque esse justitiæ distributivæ, virtutemque esse, quæ reddit hominem justum, utpote qui reddat unicuique id quod reddere tenetur, cui honor debetur honorem, cui laus laudem: cum igitur honor, qui parentibus debetur, post divinum quem Deo debemus honorem, primum obtineat locum superetque omnes alios honores, quid mirum, cùm Sinæ præcipuè obedientiæ & obsequii erga pa-

rentes tam exacti cultores existant, si reverentiam & honorem exhibeant ei rei, quæ parentum est repræsentativa, nominaque parentum inscripta præfert, & in ea defunctorum parentum memoria recolitur. RR. Patres ordinis Prædicatorum an non maximo prosequuntur honore ligneam vacuam sellam Reverendissimi Patris totius Ordinis Generalis, ut non solùm ei sedi reverentiam exhibeant, sed thuribulis incenso thure venerentur eandem. Numquid R. ille Pater ibi præsens adest, aut ejus spiritus illuc avolavit ad excipiendos illos suffituum & thuris honores? Minimè quidem, sed in illâ vacuâ sede religiosi venerantur totius Ordinis Patrem; non ligno, vel corio obsequium præstatur, sed memoriæ Reverendissimi Patris honor habetur. Cùm igitur ita sese habeant, cur non benignâ interpretatione, aliena, sed tamen valdè similia, ad bonum trahere sensum conemur, Sacræ Congregationis directionem sequentes, quæ dicit *quæ cultum redolent politicum vel ad illum reduci possunt, permittantur?* non igitur cæremoniæ istæ ad orcum mittendæ sunt, sed Christiani docendi sunt, quando per accidens, ex sectariorum dogmatibus his cæremoniis aliquid inhæsit mali, ut abjectis illis super-

Digitized by Google

stitionibus, subſtantiam cæremoniarum ab illis ſordibus purgatam retineant: ſicque non erit gentibus difficile colla ſubjicere ſuavi jugo Chriſti Domini, nec videbuntur deſerere memorias ſuorum, *quod poteſt gignere non levem cordis dolorem*, ut ait S. Auguſtinus. Sed quoniam tabellulæ iſtæ ſunt quaſi petra ſcandali iſtarum controverſiarum, juvabit fuſiùs de illis aliquid diſſerere ad rei veritatem magis oſtendendam, propterea propriam & particularem inſtituam de tabellulis defunctorum quæſtionem.

ARTICULUS VII.

Quæſtio de defunctorum tabellulæ inſtitutione & uſu apud Sinenſes.

REm aggredior fortaſſe ſecundum alicujus opinionem enucleatu difficilem, ſed veritas ipſa quam inquirimus viam complanabit ad enucleandum. Sciendum igitur eſt priſcos Sinenſes in parentalibus peragendis in more habuiſſe, puerum ſubſtituere, qui indutus veſtibus demortui hominis, eum hominem ac ſi vivus exiſteret repræſentabat, quem ſubſtitutum vocabant *xi*, eique illos exhibe-

Digitized by Google

bant honores ac si parens illius hominis, qui patri justa solvebat præsens vivus adesset. Sic enim habet liber *ly ki. Substitutus iste puer* xi *dictus, repræsentat hominem illum, cui justa solvuntur,* (quem hominem consueverunt vocare *xin*, ut paulò infra videbimus) *atque adeo illi honor exhibetur, itidem ac si pater esset regis* (in hoc loco sermo est de defuncto regis parente) verba Sinica sunt..... Quod autem in his parentalibus litera hæc *xin* non significet spiritum aliquem, audiamus quid idem liber *ly ki*. De hac re dicat. *Mos est*, ait liber *ut in regno habeatur tabellula* xin guei *dicta*, sic enim ait *kien que chi xin guei*, quo in loco Commentator sic ait. *Spiritus non comprehenditur loco.* Si non comprehenditur loco: ergo non habet sedem *no assiento, no estriba*, quod autem dicitur *xin, guei* id ipsum est dicere, *gin guei*, id est, *ly xin guoi* non est sedes aliqua in qua spiritus residet, *sed* est locus in quo homo vitâ functus honoratur à filiis, propterea dicitur *gin guoi*, sicut R. P. Generalis Ordinis Prædicatorum colitur in illâ vacuâ sede & Imperator Sinarum in illo tabernaculo, ut suprà diximus, quæ omnia adeò clarum testimonium reddunt, ut omnem possint dubitationem auferre,

Digitized by Google

quod tabellulula illa non sit locus, in quo spritus residet. Sed in quâ conservatur memoria hominis defuncti, ante quam statis temporibus Sinæ parentes venerando reverentiam exhibent. Verba Commentatoris sunt.....

Dictionarium Sinicum *çú guôi* dictum, explicans hanc literam *xi*. Sic ait. *Prisca gens, quando parentalia agebat, utebatur figurâ illâ, sive puero illo, ut esset loco illius hominis, cui justa solvebantur cú che çi sú kiai jéu xi y chu xin.* Literæ Sinicæ sunt.....

Et quidem notandæ sunt tres illæ literæ *y chù xin*, id est, *ut esset loco illius*, litera namque *chu*. Ut idem Dictionarium ait, inter alias significationes, hanc etiam habet, ut significet *rem aliquam, loco alterius substitui*. Propterea Dictionarium dicit *chu che tam iè*, id est, litera hæc *chù* significat loco alterius esse. Liber verò officiorum *ly ki*. Ait *litera hæc* xi *significat repræsentare*, xi chè chin iè.

Commentator verò ait, *figura hæc* xi *hominis, cui justa solvuntur, repræsentatio est; quia substituitur loco illius, qui est Dominus*, id est, loco patris, cui justa filius solvit. Sinici textus verba legamus... Plurima etiam loca sunt in eodem libro *ly ki* quæ idem testantur, sed non est ne-

Digitized by Google

cessarium omnia hîc adnotare.

Prima igitur institutio ad repræsentandum defunctum patrem, tanquam si is vivus adesset, consistebat in hac vivâ figurâ pueri, sive juvenis, vestibus defuncti amicti, cui illum præstabant honorem veteres Sinæ, sicuti si defunctus vivus existeret. Qui mos etiam ex parte servatur inter Gallos, sicuti mihi à fide dignis relatum fuit, quando Christianissimi Galliæ Reges è vitâ decedunt. Dein quia processu temporis ritus ille figuræ *xi* obsolevit, ejus loco successit tabellula, quæ dicta est *mo chù* vel *xin chù*, ut repræsentaret hominum illum, cui justa solvuntur, sicuti loquitur Sinicum Dictionarium *çú guói*, dicens, *y chu xin, ut esset loco defuncti, ac si vivus existeret.* Propterea dicebat Cumfucius. *Olim in parentalibus usui erat figura* xi, *sed modo in* çum miáo (id est in aulâ antecessorum) *usui est tabella* chù. Sic enim habet liber *ly ki*, referens verba Cumfucii.....

Commentator verò sic ait. *Quia parens erat mortuus, propterea excitabatur figura* xi, *ad repræsentandum parentem, tanquam si is vivus esset, & quia homo amplius non aderat, vel non habebat spiritum, atque adeò non extabat, propterea excitabatur tabella* chu *dicta ad ostenden-*

dum hominem illum, qui per mortem evanuerat, nec videbatur, tanquam si præsens extaret. Scribebatur namque in illâ tabellâ nomen & dignitas defuncti hominis, & per illam conservabatur illius memoria. Verba Commentatoris sunt. Ex quibus Cumfucii verbis clarissimè patet in illâ tabellulâ non animam, non spiritum conservari, sed representationem hominis illius, cui justa solvuntur. Advertendum est etiam literam, *yû* (ne alicui dubium pariat) inter alias significationes habere etiam significationem ostendendi & demonstrandi, ut in libris *ly ki* multis in locis clarissimè patet. Unus locus est sequens, ubi liber sic ait. *Oblationum vasa usui sunt hospitibus ad ostendendam & demonstrandam reverentiam*, verba Sinica sunt..... In quo loco litera *yû ostendere & demonstrare* significat.

Eadem litera vim etiam habet significandi rem hanc pro alia, id est, uti re aliquâ loco alterius rei, sive rem hanc proponere, & alteram indicare. Unde ænigmata quæ aliud significant, quàm illud, quod verba proferunt dicuntur *yu jen.* Sic etiam quando quis per æquivocationem loquitur, volens ut ex unâ re, altera intelligatur dicitur *yu y*. Legite Dictionaria Sinica & Sinicolusitanica. Quoniam

Digitized by Google

autem ego in explicandâ sententiâ Commentatoris Cumfucii, explicavi literam hanc *yû* tribuens illi significationem demonstrandi & ostendendi, propterea digressus sum in hujus literæ explicationem, ad auferenda dubia quæ alicui possent occurrere. Sed ad quæstionem nostram redeamus de tabellula *Chu*. Dictionarium Sinicum *çu guoi* explicans hanc literam *chù* dicit *chú chè*, *chù iè*, id est, litera *chú* sine tribus punctis, idem significat ac litera *chù* cum tribus punctis; hæc autem litera *chú*: cum tribus punctis propriè significat cursum aquæ ex uno loco in alterum fluentis locum, per translationem verò significat reminiscentiam alicujus, quasi animus currat, & fluat ad rem aliquam, ad refricandam illius rei memoriam: unde nostra Dictionaria Sinicolusitana, litera *chù* sic aiunt, *chù y* significat *ter alghuna couſa no coraçan ſem ſe eſquezer*, id est, *in corde aliquid habere, nec illius obliviſci*. Item *chu çun* significat *ter lembranca*, id est, *recordari alicujus rei*. Item *chú nién* significat *ter ſaudades*, id est, *de aliquâ re cogitare cum deſiderio illam videndi, vel adipiſcendi*. Propterea Dictionarium Sinicum *çú guói* iterùm explicans hanc literam *chú*. Sine tribus punctis, dicit significare *intentionem*,

sive *desiderium hominis in aliquam rem currere, sive fluere*, id est, recordari & reminiſci, ſic enim habet *chú chè y chi ſo chú iè*. Atque adeò, quando in tabellulâ legitur *xin chú*, idem erit *ac reminiſcentia illius parentis*, cujus nomen in illâ tabellulâ ſcriptum eſt. Atque hanc explicationem Literati Sinenſes amplectuntur. Ex quibus patet tabellulam illam, memoriam & repræſentationem illius hominis continere, cujus nomen in eâ ſcriptum eſt, non autem animam illius.

His addendus eſt nobiliſſimus locus *ly ki*, qui ſic habet. *Quando moritur rex, dicitur Rex aſcendere remotiora loca, propterea conſtruitur* miáo (id eſt, aula in qua prædeceſſorum parentum memoria conſervatur) *in eaqua erigitur tabellula* chu. Commentator verò ſic ait. *Liber ly ki, in hoc loco dicit, animam Regis petiiſſe cælum, quod illud ipſum eſt, quod vulgus dicit, longè abire ; nam reverà longum eſt iter.* Deinde idem Commentator ſingula explicans verba ait, *duæ illæ literæ* tem hia *ſignificant illum aſcendiſſe altum, remotumque locum, quod idem eſt ac illud quod dicunt annales libri regnatûs* Han, *ſcilicet magnum iter confeciſſe, quia poſtquam abivit, nunquam revertitur, propterea dicitur magnum iter conficere.*

Digitized by Google

Litera hæc çû significat ponere, sive construere progenitorum aulam. Quatuor hæ literæ lie chi chû iè *significant, quod ubi primus quis mortuus est, levigatur tabula & illius partes committuntur sive aptantur ad representandum parentem* (quia jam remota loca petivit) *ubi verò ejus cadaver fuerit sepulturæ mandatum, tunc perficitur tabella chu.* (Id est ultimum accipit complementum per appositionem puncti) *atque adeo per illam repræsentatur parens* (cui justa solvuntur, & præstantur.) Propterea Commentator dicit *yy xin*, id est, *ad repræsentandum hominem illum, cujus spiritus remotiora loca petivit.*

Quod autem hæc litera *y* (ad tollenda alicujus dubia) significet repræsentare, & similitudinem referre, id Dictionario Sinico *çú guoi* clarissimè patet. Explicans enim hanc literam, *y*, sic habet, *y chè y hi*, id est, *sola hac litera y idem significat, ac hæ duæ literæ simul unitæ*, y hi; *quæ duæ literæ* y hi *significant repræsentare & similitudinem referre.* Propterea idem Dictionarium Sinicum magis explicans sententiam suam, sic addit, *hæ duæ literæ* y hi *eandem significationem habent ac istæ duæ literæ* sam se; *quæ duæ literæ significant repræsentare & similitudinem referre.* Nec

debet

debet aliquem tertere quod in eodem Dictionario literâ *hi* invenies *y hi fam fe iè*, quasi verò repræsentent idolum, quod vocant *fe*, nam hæ duæ literæ *fam fe* scribuntur etiam hoc modo..... Sic enim habet Dictionarium Sinicum prædictum, literâ *fe*; *fam fe vî fam fe tum*, id est, *hæ duæ literæ* fam fe, *scriptæ cum unâ lineâ tranſversa ad latus ſic..... eædem ſunt ac duæ illa literæ cum duabus lineis tranſverſis ad latus ſic....* quæ etiam eodem ſono *fam fe* pronunciantur, quæ etiam duæ literæ *fam fe* ſcribuntur etiam hoc alio modo.... itaque hæ duæ literæ *fam fe*, ſive ſcribantur ſic.. ſive ſcribantur ſic... ſive hoc tertio modo ſcribantur.... ſemper ſignificant repræſentare, & ſimilitudinem referre, quæ omnia inveniuntur in Dictionario Sinico ſæpiùs citato; & per hæc manifeſtatur cujuſdam error, qui haud ſatis perpendens harum literarum variam ſignificationem accepit pro Idolo *fe*, quod accipere debuiſſet pro *ſimilitudinem referre*. Sed textum Sinicum recitemus. Sic enim habet.....

Ad alia tranſeamus. Dixi ſuprà librum *ly ki* clarè explicare quod in parentalibus litera *xin* accipitur pro homine ipſo, non autem pro ſpiritu, nam id quod dicitur *xin guòi* ſignificat *gin guòi*, id eſt, locus

in quo conservatur memoria talis hominis. Ad cujus rei confirmationem hic etiam apponere licet id quod *Mem çù* ait. *Si sit aliquis præcellens vir qui ab hominibus non est cognitus, hic dicitur* xin. Commentator verò sic ait. *Sermo hic est de excellentiâ hujus viri, quæ non potest humanis rationibus metiri. Non autem est sermo, quod hic vir sit spiritus.* Atque adeò litera hæc *xin* juxtà *Mén çù* hoc loco significat virum aliquem excellentem, virtutibusque præditum. Verba *Mén çù* & Commentatoris sunt....

Item liber *xi fa*, id est, liber ille, è cujus regulis eligitur nomen quod veteres Sinæ consueverunt imponere hominibus vitâ functis, qui liber sic ait: *quando hominis plebeii gesta, vel virtutes non præbent materiam ut honorificum illi nomen tribuatur, sufficit illum appellare communi hoc nomine* xin, sic enim ait *Mim vû, nem mim iue xiû.* Ex quibus clarè patet, quod litera *xin* in illâ tabellulâ non significat spiritum mortui hominis, in illâ residere, sed in illâ conservari memoriam & repræsentationem hominis illius, cujus nomen tabella præfert.

Hoc ipsum etiam probatur aliis auctoritatibus libri *ly ki*, qui sic ait. *Erigitur proavorum aula in loco, ubi homines de-*

gunt in quâ aulâ asservatur tabellula *chu. Ne extinguatur apud illos suorum parentum memoria....*

Alter locus sic habet. *Construitur prædecessorum aulæ*, in quâ asservatur tabella, *ut habeatur differentia inter parentes & extraneos, inter propinquos & remotos, & per hoc doceantur populi, ut antiquorum recolant memoriam, & unde originem ducunt semper reminiscantur; atque adeò non obliviscantur, à quibus hominibus vitam acceperunt.....*

Alter locus sic habet. *Has aulas ingredientes, & ab illis egredientes obsequiosi filii, obsequium & reverentiam exhibent ac si audirent parentum mandata.* Commentator verò sic ait. *Reverentia & obsequium, quod in cordibus suis conservant, facit, ut ipsi ita se gerant, veluti si præsentes haberent parentes, & audirent patris ac matris mandata, ac veluti si illorum acciperent jussa.*

Deinde commune est illud dictum in libris dy ki, quando scilicet quis moritur *ho en xim pe Kiam*, id est, *anima ascendit, corpus verò descendit.* Commentator in hoc loco sic ait. *Anima petit cœlum, corpus verò revertitur in terram.* Et paulò infrà idem liber sic ait. *Omnes viventes moriuntur, & post mortem revertuntur in ter-*

ram, id est, ut idem liber ait, *caro & ossa conduntur infrà terram, anima verò elevatur usque ad cœlum.*

Si igitur anima cœlum petit, corpus verò terræ mandatur; ergo non manet anima in illâ tabellâ. Sed his omnibus omissis, etiam hoc argumento partium enumeratione producto, probo animam sive spiritum Sinensis hominis, nequaquam in illâ tabellâ credi residere, quod ut fundamentaliter procedat. Dico omnes sectas, quæ hodiè vigent inter Sinas reduci ad sequentes. 1°. Vel enim est antiquorum secta literatorum, qui cognoverunt unum principium, atque adeò Deum. Item cognoverunt animas hominum non interire, sed habere in cœlo præmia sicuti fuere *Ven vam* (Rex Sinarum hic probus & rectus, & multis excultus virtutibus) & alii. Item pœnas suarum iniquitatum luere sicuti mali illi Reges *Kie* & *Cheu* & alii: atque adeò, qui modò profitentur hanc sectam, minimè dicere possunt, animas defunctorum in illis tabellulis residere.

2°. Vel est secta illorum Literatorum, qui Atheïsmum docuerunt, & animas hominum post mortem putant evanescere, & in auras resolvi; & qui talem hodie sectam profitentur, nec dicere possunt

Digitized by Google

animas in illis tabellulis requiescere posse, posito quod in auras sint animæ resolutæ.

3°. Vel est secta idolorum *fe*, quæ dicit animas hominum fieri & evadere *fe*; id est idola, si quidem dum viverent idolorum cultores extiterint, vel in inferos detrudi, vel transmigrare de uno in aliud corpus, vel hominis, vel animalis, &c. Qui verò hanc sectam profitentur, nequaquam dicere possunt animas hominum post mortem in illis tabellis conservari, ut patet. Idem dicendum est de alia secta idolorum quæ dicitur *laò*, vel *tào Kiào*, quæ in hac materiâ animarum à corpore separatarum, parùm vel nihil differt à sectâ idolorum *fe*.

Tandem promulgata est sanctissima Christianorum Lex, quorum Professores, Deo sint laudes, benè noverunt post mortem animarum loca, beatorum quidem esse cœlum, damnatorum esse infernalia claustra, & hunc errorem claudendi animas in illis ligneis tabellulis damnant & irrident. Maneat igitur inter Sinas nullam sectam ex professo talem profiteri errorem. Qui verò tali adhærent errori, hi minimè dogmata harum sectarum profitentur, sed stultorum quorumdam deliramenta sequuntur. Nec difficile puto ab

hoc errore, quemvis averti posse, si rei veritas rationibus demonstretur.

Nihilominus tamen hic R. Pater contra tabellulam *chu* adducit auctoritatem Sinici Dictionarii *çú guói*, quâ bene intellectâ, non solum ex illâ non probatur error, quod scilicet animæ separatæ residèant in tabellulis; sed enervatur, & destruitur talis error. Et ut magis id elucescat, Sinici Dictionarii verba referamus, quæ sunt *xin chú çum miáo lie chi y çi lim che*. Id est, tábella *xin chú* erigitur in aulâ prædecessorum avorum *cum miáo lie chi*, ut in eâ ponatur *lim y çi lim*, quæ tres ultimæ literæ *y çi lim* magnum facessunt negotium aliquibus, qui interpretantur tres illas literas hoc modo. Ut in eâ scilicet tabulâ requiescat anima, vel sic ut in eâ sedem anima ponat, ex qua explicatione concludunt usum illius tabellulæ esse superstitiosum. Sed revera talis explicatio provenit à malâ intellectione Sinicarum literarum, quæ detorquentur in alienum sensum sententiæ Dictionarii, qui tamen verus & genuinus sensus ab explicatione singularum literarum clarissimè patebit; nec erit negotium admodùm difficile, cum tantummodò explicandæ sint duæ literæ *çi* & *lim*, quas antequam explicemus.

Digitized by Google

Oportet meminisse tabellulam hanc non erigi, * nisi postquam sarcophagus fuerit intra terram reconditus, quod contigit aliquando fieri post 20. vel 30. & ampliùs annos, quibus annis cum non fuerit adhuc erecta tabellula, dicant mihi, quæso, an spiritus illius defuncti, cum non haberet locum ad requiescendum, toto illo tempore vagus & inquietus fuerit, huc illucque discurrens; quod sanæ mentis homo nusquam dixerit, nisi fortasse aliqui idolorum ministelli, qui ad rudem plebem decipiendam, & ad nummulos corradendos, deliria & mendacia impudentissimè venditant. Igitur mos Sinarum est ut post tumulatum corpus defuncti parentis, erigatur tabellula ad conservandam parentis memoriam, quæ semper recens aderat, per præsentiam sarcophagi, qui intra domesticos parietes tanto tempore mansit, quo sublato, succedit tabellula parentis memoriam referens.

Dictionarium autem *çù guòi* quando tradit significationem hujus literæ *çi* sic ait. Litera hæc *çi*, cum conjungitur huic litetæ *chi*, significat immorari. Propter-

* In aulâ scilicet, nam alioqui in ipso funere erigitur, sed nondum completâ inscriptione; donec omnibus peractis littera *chù* completur illo puncto.

eà dicit *chi çi ſie iè*, quæ ſignificatio eſt intranſitiva, ſicut *moror, aris*, verbum eſt intranſitivum. In noſtris Dictionariis Sinicoluſitanicis ſignificat hæc eadem litera *çi*, aves ſupra arbores conſiſtere, quod etiam habet intranſitivam ſignificationem. Propterea in libro quem compoſuit inſignis ille vir *ſu vû* dictus, qui floruit his temporibus, quibus regnabat inter Sinas familia *Han*, qui regnatus dicebatur *hân chaô* habentur ſequentia verba, *xen Kin çe mo, lh çi*, id eſt, mites aves ſeligunt arbores ad conſiſtendum. Hæc eadem litera *çi* ſine alterius literæ adminiculo ſignificat *reſpicere, intueri*, ſic enim habet Dictionarium Sinicum *çú guôi. Ci çi kien yve mao*. Nam duæ literæ *kien iue*, ſignificant *reſpicere*, & *intueri*, idque etiam in Dictionario Sinicoluſitanico ſignificate: etiam apud *Mem çú* (cujus auctoritas poſt Cumfucium primas obſtinet) lectum, cubile, propterea in illo textu habentur hæc verba *lh ſaó sù chi chin çi*, id eſt, duæ fratriæ component ſive ſternent regium lectum.

Veniamus modò ad explicationem literæ *lim*. Hæc igitur litera *lim*, quamvis ſignificet ſpiritum & animam, tamen ſemper illi adjungitur alia litera, ut *hoen lim* vel *çim lim* vel *ſem lim*, &c. habet etiam

varias alias significationes, ut videre quis poterit in Sinico Dictionario, sed inter alias significationes hanc etiam præcipuam habet, ut omnia, quæ pertinent ad vitâ functos vocentur *lim*, sic vestes defunctorum vocantur *lim y*, sarcophagus vocatur *Lim kieu*, currus, quo asportatur corpus defuncti, ut sepulturæ mandetur, vocatur *lim lh*.

Supradictis licet etiam addere perantiquum Sinarum morem. Veteres namque Sinæ, quando mortuos sepeliebant, rudem quandam figuram ex paleis & straminibus componere consueverant, quæ hominis figuram repræsentabat; quam stramineam figuram supra currum imponebant, sequebaturque defuncti hominis feretrum talisque figura vocabatur *cû lim*, & tribuebatur huic palearum fasciculo nomen *lina* propterea quod aliqualem referebat hominis figuram. Sic enim habet liber *ly ki*. *Defunctorum currus ab antiquis temporibus habent ex paleis compactam figuram*. Commentator verò sic ait: *colligantur paleæ* (id est palearum fasciculus) *quæ sic aptantur, ut figuram hominis repræsentent & sequatur defuncti homini currum. Hæc autem figura dicitur* çû lim, *eo quod aliquatenùs hominis similitudinem refert, & non amplius*, id est, satis rudi-

ter hominem repræsentat, nec ad amussim membra hominis refert.

Quæ omnia etiam referuntur in libris *ſú xu* ſcilicet *mem çù hio kìven y*. Notanda ſunt verba illa, propterea dicitur *gù lim*, quia parumper figuram hominis repræſentant *lio ſú gin him lh y*. Ratio verò totius hujus rei eſt, quia cum Sinæ vocent hominum naturam *van ve chi lim*, omnia, quæ aliquam analogiam dicunt ad hominem, vocantur, *lim* *, & propter hanc etiam cauſam veſtes lugubres, quibus filii propter parentum mortem utuntur abſolutè vocantur *lim*. Unde quando quis veſtes lugubres induit, dicitur *tái lim*: quando verò exuit (abſoluto luctus tempore) eaſdem lugubres veſtes dicitur *kiu lim*; veluti ſi dicas omnia quæ ad hominem pertinent, humana vocantur.

Sciendum etiam eſt veteres Sinenſes hanc etiam conſuetudinem obſervaſſe. Poſtquam habita erat funebris oratio, imponebant homini jam vitâ functo honorificum nomen, & ordinarium nomen abolebant, dicebaturque hæc nominis

* Litera *lim* ſignificat intelligens, & quia hominis natura eſt intelligens ſuper omnes alias res ſublunares, propterea Sinæ vocant hominem intelligentem ſuper omnia. Hoc enim ſignificat illud *van ve chi lim*.

Digitized by Google

mutatio *hoëi*, qui ritus exordium sumpsit à Regulo *cheu cum* Regis patruo, qui propter Regis infantiam, regnum gubernabat. Sic enim habet Sinicum Dictionarium *çù guói*. *Post funebrem orationem constituere honorificum nomen, illud permutando cum communi nomine, (quo dum viveret appellabatur) consuetudo hæc ex regulo* cheu cum *ortum habuit*. Hoc autem nomen, quod defuncto imponitur dicitur *xi*. Propterea liber *ly ki* sic ait. *Mandarinus iste dictus cum xo ven çù mortuus est, ejus filius, nomine* xú *rogavit ut patri nomen imponeretur* (id est rogavit Professores illos, qui noverunt regulas imponendi hoc nomen *xi*) *dicebat enim, dies & menses prætereunt, jam tempus adest sepeliendi; propterea invitavit Professores illos, ut patris defuncti nomen permutarent*. Verba Sinica libri *ly ki* sunt sequentia....

Commentator verò explicans literam illam *kiun* dicit *kiun chè lim cum iè*, id est, *id quod hic vocatur kiun*. Scilicet pater, *est vitâ functus pater*. Ecce quomodo post mortem hic Mandarinus dictus *xom xo ven çú* pater istius hominis qui vocabatur *xu* dicitur *lim*, qui mos in hodiernum usque diem perseverat, nam Literati quando nominant parentes mor-

tuos, patrem nominant *sien ien lim*; matrem verò nominant *sien çù lim*. Deinde idem Commentator prosequitur. *Postquam quis fuerit vitâ functus, permutatur illi nomen, propterea nomen illud vocatur* xi, *quia imponitur in locum proprii nominis, quo vocari consueverat, quando vivebat.* Verba Sinica sunt sequentia....

Igitur nomen hoc *xi*, postquam fuerit determinatum, scribitur literis, certâ quadam bituminis specie exaratis, bitumen hoc Sinæ vocant *çie* in interiori parte tabellulæ. Sed sciendum etiam est in exteriori parte hujus tabellulæ, (compingitur enim ex duabus tabellulis) adesse duo foramina lateralia, ut pervius sit aër, ne lignum putrescat, quæ correspondent interiori parti tabellulæ in quâ interiori parte tabellulæ bituminatis literis, ut firmiores literæ sint, & diù durent scribitur hoc nomen *xi*, quo nomine quasi per ænigma, breviter & compendiosè explicantur virtutes, habilitates, strenua facta, & præclara facinora defuncti hominis, cui nomen imponitur. Propterea Dictionarium Sinicum *çù guôi* dicit ex illâ parte, quæ respicit foramina, quæ pervadunt usque ad interiorem tabellæ partem, quæ à Sinis dicitur *ea* vel *muên* bituminatis literis scriptum est defuncti nomen, quod

Digitized by Google

nomen dicitur *xi*; verba Sinica Dictionarii sunt . . . .

Item Sinicum hoc Dictionarium explicans literam hanc *xi*, dicit litera hæc *xi* significat ordinem & seriem alicujus rei; item vestigia, sive exempla rectè factorum alicujus præclari hominis.

His positis declaremus reliqua. Jam diximus & probavimus homines defunctos, quibus hoc nomen *xi* imponitur vocari apud veteres Sinas *lim*. Quod etiam sequentibus auctoritatibus possumus confirmare, excerptis ab eodem Dictionario *çú guoi* in explicatione hujus literæ *lim*. Et primum quidem ponit quod vocantur *lim*. Sic enim ait *in ki guoi lim*, id est, mortui vel quæ ad mortuos pertinent, *dicuntur & vocantur hoc nomine* lim, *propterea sepulchra vocantur* in çe, id est, mortuorum domus. *Vivorum autem domus vocatur* jam çe *hæc enim litera* jam *opponitur diametro huic literæ* in, *sicuti forma opponitur privationi*. Deinde idem Dictionarium Sinicum plurima adducit exempla ex libro *xi fa* desumpta, quæ exempla adducuntur ex regulis illius libri; quæ regulæ dirigunt, sive docent homines, ecquod nomen conveniat & sit imponendum defuncto. Illa autem relinquo lectori in Dictionario Sinico legen-

Digitized by Google

da, ne longior evadat noster discursus.

Ex his omnibus tandem concludo sic. Cum Dictionarium Sinicum *çú guoi* dicit erigi tabellulam *chù* in aulis defunctorum, illius veram significationem esse ut in illâ tabellulâ constituatur nomen supradictum *xi*, quod ipsum testantur verba Dictionarii quæ sic aiunt. ..... In illa parte interiori tabellulæ, quæ duobus foraminibus respondet externæ tabulæ, bitumine scribitur nomen illius hominis, cui tabellula excitatur, quod nomen dicitur *xi* & illud ipsum nomen. Quia defuncti nomen est, dicitur *lim*, ut ex suprà allatis auctoritatibus patet. Ecce quomodo Dictionarium Sinicum dicit non animam defuncti residere in tabellâ, sed in eâ describi nomen defuncti, quod nomen dicitur *lim*.

Totum hoc, quod huc usque retulimus veteres Sinenses faciebant ad recolendam memoriam defunctorum parentum. Dum enim filii virtutes parentum commemorant, & ab illis accepta beneficia recordantur, in illorum cordibus reverentiæ & gratitudinis excitatur affectus, & commiserationis sensus commovetur acrius. Propterea Dictionarium Sinicum *çû guói*, in explicatione literæ *lâi* sic ait. *Prisci, quando aliquis magnus vir ex eo ordine*

Digitized by Google

Mandarinorum, qui dicuntur kim *moriebatur, tunc Rex jubebat aliquem præfectum in unum colligere defuncti merita & virtutes, & ex illis funebrem texere orationem, ad commiserationem in animis audientium excitandam, ab tanti viri amissionem, quæ quidem oratio dicitur* lûi. Liber etiam *ly ki* narrans Regis *Ven vam* affectus & sensus in parentalibus agendis sic ait. *Rex* Ven vam *in annuis parentalibus agendis eâ afficiebatur commiseratione & affectu erga mortuum parentem, ut illum tæderet vivere, quando verò nominabat hoc patris nomen, adeò commovebatur, ac si parentem præsentem videret.*

His etiam addendum, quod si anima defuncti resideret in illâ tabellâ (ut dicunt adversarii Sinicam nationem sentire & autumaare) non deberet Sinicum Dictionarium (à quo isti argumentum contra nos sumunt) dicere *y çi lim chè*, id est, ad ponendam animam defuncti in illâ tabellâ, per transitivam locutionem, sed loqui deberet intransitivè sic *y lim chè chi çi*, ut anima in illâ tabellâ consisteret, sicuti de avibus supra dicebamus, *mites aves seligunt arbores & consistunt xen kin cemo lhci*, cujus literæ *ci* significatio est intransitiva. Cum igitur hæ duæ literæ *çi lim* transitivam habeant significationem,

id est, ut alter figat sive reponat in illâ tabellâ, illud quod dicitur *lim*, clarè constat non esse animam defuncti, quæ in illâ tabellâ figitur & reponitur; non enim faber lignarius, qui tabellam compegit defuncti hominis animam (quæ diù huc illuc vaga pervolavit juxta sententiam adversariorum) toto tempore quo sarcophagus domi permansit ut suprà dictum fuit, accipit & recludit in illâ tabellâ, tanquam passerculum in caveâ; sed neque filius defuncti qui jussit fabrum lignarium tabellam conficere, patris animam accipit, & in illâ tabellâ figit ac ligat. Neque anima ipsa eò advolat, tanquam in locum quietis & otii, à labore cessando, cum usque ad illud tempus, quo perficitur & absolvitur tabella, vaga & inquieta permanserit, ut supponitur ex hypothesi. Nullus enim homo Sinensis, qui compos est mentis, talia unquam imaginatus est. Restat igitur ut Dictionarii Sinici *çú guói* dicti sententia, quæ ait *xin chù çum miào, lie chi y çi lim chè*, id est, *tabella* xin chù *in aulis defunctorum erigitur ut in illâ reponatur illud quod dicitur* lim, intelligenda sit de appositione illius nominis quod imponitur defuncto & bituminatis literis scribitur in illâ tabulâ *xin chù*, diciturque *xi* quod ipsum est

lim, ſicuti ipſummet Sinicum Dictionarium teſtatur.

Præterea cum idem Sinicum Dictionarium *çú guói* aſſignet ſatis pulchram & moralem rationem, quare ex ligno conficiatur tabella *xin chù*, nec ullam faciat mentionem de animæ reſidentiâ in illâ tabellâ, bene colligere poſſumus ejus mentem non eſſe, quod anima defuncti in illâ tabellâ conſiſtat. : dicit enim ex ligno confici tabellam *xin chù*, quia cum lignum priùs ſit vivens, & in arborem creſcat, & deinde per ſucciſionem cadat & moriatur, in eo admonentur homines de vitæ principio & fine. Verba Sinica ſunt....

Sed finem huic quæſtioni imponamus, & Sinas in poſſeſſione recolendi parentum memoriam in ſuis tabellulis relinquamus, & ſi quid aſtu Dæmonis, & hominum malitiâ, vel ignorantiâ à verâ Religione alienum adhæſit, per commixtionem ſectarum idola colentium, doceamus ſectarios iſtos ad fidem converſos, quid retinendum, quid reſecandum atque adeò *demptis ſuperſtitionibus, reliqua permittamus*, ut ait ſacra Congregatio : & ita ſectarii, qui ad veram fidem convertuntur veram profitebuntur Religionem, nec deſerere videbuntur memorias ſuorum, *quod*

poteſt gignere non levem cordis dolorem, juxta doctrinam S. Auguſtini ſupra citati.

Finis hujus quæſtionis de tabella *xin chiù*.

ARTICULUS VIII.

De primæva inſtitutione cæremoniarum Cumfucianarum.

28. §. PRoſequamur iterùm reſponſiones ad reliqua quæſita hujus R. Patris, cujus octavum quæſitum eſt *ſi las ceremonias echas al Cumfucio, de ſu primera inſtitucion, ſon ſuperſtitioſas. Larazon de dudar es los que ſe traxe arriba deſto puncto. An cæremoniæ Cumfucianæ fuerint à primævâ inſtitutione ſuâ ſuperſtitioſæ? Ratio dubitandi petitur ab iis quæ hac de re ſuprà dicta ſunt.*

Reſpondeo hujus quæſiti ſolutionem jam ſuprà allatam fuiſſe. Interim ſufficiat nobis ſententia S. Auguſtini lib. 2. de doct. Chriſt. c. 20. quæ ſic ait. *Superſtitioſum eſt quidquid ab hominibus inſtitutum eſt, ad faciendum & colendum idolum, vel pertinens ad colendum tanquam Deum, creaturam, vel partem creatu-*

Digitized by Google

Cum igitur cæremoniæ Cumfucianæ non ſint inſtitutæ ad colendum Cumfucium tanquam Deum, vel aliquem participantem divinitatem, in quo conſiſtit formalis ratio Idoli, clarum remanet Cumfucianas cæremonias minimè ſuperſtitioſas eſſe, ſicuti ſuprà prolixè probatum fuit; ibique etiam dictum fuit, quod aliqua fortaſſe vana his ſunt cæremoniis immixta, ſed vanum à ſuperſtitioſo valdè differt. Fortaſſis etiam illud idem, quod à nobis vanum judicatur, eo quod illius ſignificationem ignoramus, apud illos, qui ſignificationem noverunt, non erit vanum, ſed morale.

Quoniam verò R. Pater validè inſtat contra Cumfucianas cæremonias, & illas à primævâ inſtitutione concutere poſtulat, affirmat à primævâ inſtitutione ſuperſtitioſas eſſe; atque hoc punctum primævæ inſtitutionis, vel per modum dubii, vel per modum quæſtionis ter proponit & exagitat in hac ſuâ declamatione contra Sinicos ritus & contra praxim Societatis Miſſionariorum, quâ praxi noſtri Miſſionarii utuntur ad dirigendos nuper converſos Sinas, quomodo in culturâ ſuorum rituum & cæremoniarum ſe gerere debeant ſine offenſa divinæ Majeſtatis. Ac 2°. initio ſuæ declamationis primam hanc

institutionem Cumfucianarum cæremoniarum convellere, conatur ut patet §. 2. & §. 3. 2°. Iterùm aggreditur hanc primam iustitutionem §. 16. ubi narrat mortem & sepulturam Cumfucii, eique delatos honores & obsequia. 3°. In hoc 28. §. iterùm eandem concutit. Ego verò quamvis trium horum locorum argumenta solverim, sive contra R. Patris assertiones rationes produxerim, nam ea quæ in his locis asserit, minimè probat; tamen quia liber quem ille citat (nomen hujus libri est *sù ki*) à quo sumpsit primævam institutionem cæremoniarum Cumfucii, nondum in manus meas pervenerat, non potui in responsione à me datâ ad §. 16. hujus R. Patris, primam hanc institutionem examinare, & juxtà textûs veritatem eam explanare. Nunc verò quoniam casu facta mihi illius libri copia fuit, illumque pluriesper volvi, sinceram illius explicationem hic apponere visum est, nam cum in octavo quæsito R. Patris quæratur, an cæremoniæ Cumfucianæ ex sua primævâ institutione sint superstitiosæ, ipsæmet cæremoniæ nullo perlitæ fuco, primævam suæ institutionis faciem palam facientes, sine sordidâ superstitionis notâ apparebunt, & ab injuriâ nostrorum Missiona-

Digitized by Google

riorum praxim vindicabunt, & ego huic 8°. R. Patris quæsito congruam & solidam responsionem dabo.

Primum igitur Sinicum hujus libri *sù ki* dicti, textum de verbo ad verbum transferam. Deinde conferam textum hunc cum explicatione ejusdem textus à R. Patre Dominico Navarrette allata in suæ declamationis §. 16. illaque adnotabo, quæ in explicatione R. Patris afferuntur, sed quæ minimè congruunt, Sinici hujus libri textus veritati, ut justum possit Lector ferre judicium inter impugnationem & defensionem Sinensium rituum, & definiat utram partem firmis, solidisque rationibus adhærere existimet.

DESCRIPTIO

Mortis & sepulchri Cumfucii ex antiquo libro Sù Ki.

CUmfucius anno ætatis suæ septuagesimo tertio; in regno *lú*, quod hodie est Provincia *xan tum*, regnante Rege nomine *Ngai cum*, anno illius regiminis decimo sexto, quartâ lunâ, die *y cheù* vitâ functus est. Discipuli illius omnes tribus annis in luctu fuerunt cannabinis induti vestibus (ut mos est fieri apud Sinas

in morte parentum) trium annorum luctu expleto mutuis commeatibus, tandem in domum quisque suam discedebat, lugentes tamen, & quilibet dum reverteretur tenero satis afficiebatur affectu. Aliqui ex illis iterùm redierunt & per aliquod tempus in eo sepulturæ loco manserunt; solus tamen fuit discipulus ille dictus *cu cum*, qui sibi in eo loco mapale confecit, & sex annos continuos ibi moratus est, tandem & ipse discessit. Posteà tum discipuli, tum etiam homines regni *lú* adierunt locum illum sepulturæ, & in eo fixerunt domicilia ad usque centum familias nomenque loco dederunt *Cumfucii vicus.* Igitur ex regno *lú* continuata serie singulis annis offerebantur munera ad sepulchrum Cumfucii, & quidem Literati sermones texebant de ritibus & officiis, ea agitabant convivia, quæ dicuntur *hiam in* (in his conviviis primas obtinebant & celebrabantur virtute inter cæteros eminentiores, qui mos ex Regio Edicto usque modo servatur in singulis civitatibus & oppidis) deinde ad emittendas sagittas se exercebant, quæ omnia in eo loco, quo sita Cumfucii sepultura perficiebantur (capax enim locus erat) nam hujus loci spatium complectebatur centum jugera terræ, (*i kim* centum jugera sunt) & ob

Digitized by Google

hanc causam discipuli in eodem loco construxerunt aulam. Sequentibus verò temporibus ex eâ conſtruxerunt aliam aulam, in quâ erecta erat Cumfucii imago, quæ aula dicitur *miào* & in ea posuerunt Cumfucii vestes, pileum, cymbalum, currum & libros, sicque continuatum fuit per 200. & amplius annos, usque ad regnatum familiæ *Han* sine ullâ interruptione. Primus igitur Imperator istius familiæ *Han* semel transiens per regnum *lù* (quod regnum tunc temporis in Provinciam redactum fuerat) bovem in munus obtulit ad sepulturam Cumfucii, & illius exemplo reguli & Mandarini, quando perveniebant in hunc locum ubi erat Cumfucii sepultura, sæpè reverentiam Cumfucio exhibebant, & deinde pergebant ad loca suæ gubernationis.

His ita expositis ab Historiographo dicit quidam graviſſimus Mandarinus *tái sù cum* in laudem Cumfucii. In mundo & regum & præclarorum virorum fuit utique magna multitudo, qui quidem, dum viverent, gloriam apud homines sunt consecuti, quæ tamen cum morte illorum extincta fuit; Cumfucius verò, quamvis fuerit homo ex plebe natus, tamen ejus fama & celebre nomen propagata est per 30. sæcula.

Digitized by Google

Huc usque liber *Sù ki* de morte & sepultura Cumfucii.

Et studiosi Literarum hominem hunc venerantur, vel etiam incipiendo ab ipsismet Imperatoribus, usque ad inferiores Regulos. Liberales namque artes & scientiæ Sinensium, quæ sex continentur libris, ab eo emendatæ & digestæ fuerunt in eam formam, quam modò retinent, propterea possumus illum dicere virum inter omnes præcellentem & eximium.

Atque hæc est de verbo ad verbum ex Sinico idiomate in nostrum translata historia de sepulturâ Cumfucii, quam citat R. P. Navarrette: in quâ ipse invenit superstitiones, & Cumfucianas cæremonias conatur vel à suâ institutione condemnare, sed minimè intentum consequitur; nam solummodò asserit esse superstitiosas, non tamen id probat, sicuti suprà dictum est, & infrà patebat ampliùs. Munera enim Cumfucio oblata nihil aliud redolent quàm politicum honorem & reverentiam propter doctrinam quam docuit, ut cuilibet consideranti patere potest: luctus, planctus, concursus ad ejus sepulchrum nihil aliud testantur quàm discipulorum amorem erga Magistrum. Quoniam verò R. Pater datâ operâ convellit hanc, quam ipse vocat, primævam

institutionem

inſtitutionem colendi Cumfucium, oportet ut poſt hiſtoriæ explicationem ejus verba expendamus, & videamus an illa quæ adnotat huic textui cohæreant, necne; & quamvis ſuprà aliqua adnotaverim, nunc iterùm repetere haud erit incongruum. Sic enim habet.

El origen de la veneraçion deſte ma cc
eſtro, que eſtá en la hiſtoria llamada cc
siu ki xu c. 47. fol. 28. es deſta mane- cc
ra (dicha hiſtoria hà 1800. años poco cc
mas ò menos, que ſalio a luz, y es de cc
gran autoridad entre los letrados) diçe cc
pues; muerto el Cumfucio ſus diſcipu- cc
los y los pueblos comarcanos, que cc
vivian cerca de ſu ſepulchro, que todos cc
eran çien familias, todos eſtos ſin inter- cc
miſſion alguna, antes el ſepulchro del cc
Cumfucio offreçian a ſus tiempos con cc
reverentia ſacrificios, y alli los letrados cc
diſputaban ſus doctrinas haçiendo com- cc
bites, y con arcos diſparavan flechas al cc
ſepulchro, (en China es ſeñal de reſpec- cc
to y veneraçion eſta ceremonia) todo cc
eſto ſe continuò por 200. años, haſta cc
la caſa *han*, entonces el Emperador *Caó* cc
paſſando por eſte ſepulchro le offreçio cc
toros y vacas en ſacrificio. Deſpues aſſi cc
Reyes como Regulos antes de tomar cc
la poſſeſſion de ſus goviernos iban a eſte cc

» ſepulchro, y honrando al Cumfucio,
» y certiori facto bolvian a ſus officios.
» Haſta aqui dicha hiſtoria, con que nò
» ſe puede tomar fuerte argumento de
» fuerça de la primera inſtitucion: antes
» della con grandiſſimo fundamento ſe
» duda ſi es illicita, o nò; y quando tu-
» biera alguno en ſu favor, con lo que ſe
» dixo al principio, ſe ſatisfaçia a ello.
» §. 16.*

Primum omnium non congruit veritati hiſtoriæ propoſitio illa, *muerto el Cumfucio ſus diſcipulos y los pueblos comarcanos, que vivian cerca de ſu ſepulchro, que todos eran çien familias.* Nam centum illæ familiæ non erant habitatores, qui circum circa prope Cumfucii ſepulchrum habitabant. Sed aliqui erant ex regno *Lù* qui paulatim unà cum diſcipulis aliquibus Cumfucii proprias relinquentes ſedes commigrarunt in eum locum, ubi erat Cumfucii ſepultura, totum enim ſpatium quod vocatur ſepultura Cumfucii, continet centum jugera terræ, atque adeò capax erat ut in eo loco centum familiæ poſſent figere ſedes, & propterea textus hujus antiqui libri ait. *Diſcipuli*, ſcilicet Cumfucii, *tum etiam homines regni* Lù *adierunt locum il-*

* Interpretatio hujus textus habetur ſuprà, pag.

lum ſepulturæ Cumfucii, & in eo fixerunt domicilia, uſque ad centum familias & nomen ei loco habitationis dederunt appellantes illum Cumfucii vicum. Verba Sinica ſunt....

2°. Non congruit veritati id quod ſequitur *todos eſtos ſin intermiſſion alguna ante el ſepulcro del Cumfucio offreçian a ſus tiempos ſacrificios*, verbum *ſacrificios* ſumendo pro vero ſacrificio, ſicuti R. Pater uſurpare videtur, ea enim quæ Cumfucio offeruntur, offeruntur tanquam magiſtro ac benefactori, non autem tanquam Deo, vel numini; idque propter illud Sinicum axioma, *quod eodem modo honorandi ſunt mortui, ſicuti quando viventes exiſtebant, ſú ſú giù ſu ſem* atque adeo quando in textu dicitur *Fum çù cum çù mai*, non vult dicere quod verum ſacrificium Cumfucio offerebant illi populi, ſed quod munera offerebant ad ſepulchrum Cumfucii, in ſignum grati animi & in memoriam benefici præceptoris; ſicuti ſuprà diximus in explicatione literæ *çi*. Præterquam quod litera hæc *çù* non adeò latè patet ſicuti litera *çi*, ſed eſt ſpecies, contenta ſub litera *çi* & peculiarem quandam habet ſignificationem, quæ ſolùm extenditur ad ſignificanda munera, quæ offeruntur defunctis parentibus vel

benefactoribus tempore Veris, ut ait Sinicum Dictionarium *çú guôi* litera *çû*.

3°. Non congruit veritati id quod sequitur *alli los letrados disputaban sus doctrinas haçiendo combites y con arcos disparavan flechas al sepuchro del Cumfucio (en China es señal de respecto y veneraçion esta ceremonia)* Falsum namque est signum reverentiæ & honoris esse apud Sinas sagittas emittere; quod quidem R. Pater nec Sinensium librorum auctoritate probare, nec experientiâ, quam ipse habeat de Sinensium moribus adstruere potest, cum ipse inter omnes Missionarios sit novissimus. Sed cum punctum hoc suprà jam discussum fuerit, ad alia transeamus

Falsum etiam est quod Literati sagittas emittentes pro scopo habebant Cumfucii sepulchrum, sicuti R. Pater dicit *y disparaban flechas al sepulcro del Cumfucio*, Nam cum Sinenses tam diligenter suorum sepulchra custodiant, ut nulli permittant enatas herbas à sepulchris vellere, quomodo permittent sagittis perfodi sepulchra? idque non semel, sed toties quoties parentalia peraguntur Equidem affirmare audeo, quod si hæc propositio perfodiendi sepulchra à Sinis audiatur, non solûm cum admiratione & risu, sed cum indignatione excipienda erit.

Digitized by Google

Genuinus igitur sensus est. Quod ubi Literati illi parata fercula ante sepulchrum Cumfucii super mensas composuerant, debitaque genuflexionum, & reverentiæ officia compleverant, de Literatorum institutis & disciplinis quæstiones tenebant, posteà convivia agitabant, non quælibet, sed illa convivia quæ vocantur *hiam in*, cujus convivii ritus consistit in hoc, ut inter contribules eligatur unus, vel alter, qui inter cæteros virtutibus polleat, isque eo convivio ab omnibus colitur, & in posterum eum omnes magno prosequuntur honore. Qui convivii ritus usque in hodierna tempora servatur, & qui electus est multis privilegiis & immunitatibus gaudet, idque ex Regiis legibus. Absoluto convivio Literati illi sagittarum palæstris corpora exercebant, quæ omnia præter illam primam munerum oblationem cum genuflexionibus conjunctam, nequaquam pertinent ad defuncti cultum & honorem, sed actiones sunt à vivis ad libitum exercitæ, postquam officium honorandi suos defunctos expleverunt. Literati verò quia ex instituto habent ut & literas colant, & arma etiam aliquando tractent, quod etiam nostris temporibus servant, propterà de officiorum disciplinis disputabant, & sagit-

Digitized by Google

tarum palestris se exercebant, ad scopum illas jaculantes.

4°. Non congruit veritati quod sequitur *todo esto se continuo por 200. años hasta la casa* Han *entonces el Emperador Cao passando por este sepulcro lo offrecio Toros y vacas en sacrificio.* Falsum enim est quod aliquis Sinarum Imperator exierit, cui nomen vel agnomen fuerit *Cao* sicuti R. Pater accipit, putans verba illa Sinica quæ in textu habentur *Cao hoam ti* significare Imperatoris nomen, vel agnomen aliquod, quod *Cao* dicebatur, quod falsum est. Nam quilibet Imperator, qui expulso priore Imperatore primum regnum obtinet vocatur *Cao hoam ti*, vel *Cao tai çù*, vel *Cao çù* præposito propriæ familiæ agnomine hoc pacto videlicet ut prius ille qui imperium obtinuit ex familia *Mim* dicatur *Mim cao çù* & primus familiæ *Cim* dicatur *Cim cao çù*. Quando verò in priori sermone facta fuit regnantis familiæ mentio, in sequenti sermone non oportet repetere nomen familiæ, si nominandus sit primus familiæ regnantis Imperator: sed sufficit dicere *cao hoam ti* vel *cao tai çù*, sicuti modò contigit in textu, nam cum paulò ante facta fuerit mentio regnantis familiæ *Han*, nominando posteà primum illius

familiæ Imperatorem, non oportuit repetere nomen familiæ, sed satis fuit dicere *Cao hoân ti*, atque adeò non est *el Emperador Cao, que passando por este sepulcro le offreçio*, sed primus Imperator familiæ *Han*.

Falsum deinde est *le offreçio toros y vacas en sacrificio*. Et quidem quantum pertinet ad verbum illud *sacrificium*, sicuti R. Pater interpretatur literam illam *çĥ*, quod scilicet significet verum sacrificium, jam ostendimus minimè veritati congruere, propter rationes ibi allatas, quæ hic etiam applicandæ sunt. Quantum verò attinet ad propositionem *le offreçio toros y vacas*. Si R. Pater non addidisset *en sacrificio* poterat quis suspicari Imperatorem hunc tauros & vaccas in sepulturâ Cumfucii reliquisse ad armenta boatia propaganda; sed cum addat *en sacrificio* non relinquit suspicioni locum. Falsum igitur est Imperatorem obtulisse tauros & vaccas. Nam textus hoc minimè dicit, sed contrarium asserit, nam dicit obtulisse vaccam, non autem tauros & vaccas. Sic enim textus ait *y tai lao çû ien*, id est, immunus obtulit vaccam. Quod etiam ex eo clarissimè patet, quia Imperatores quando munera offerunt, vel etiam quando supremo numini litant, non nisi ani-

mal unum offerunt, & propter hanc causam, quando Imperator personaliter Provincias lustrat, Reguli & Dinastæ, qui Imperatori obviam procedunt, non nisi unicum offeruht Imperatori vitulum; sic enim habet liber *ly ki. Rex non habet locum determinatum, quando cœlo* (id est, supremo omnium Domino) *litat, unam tantummodò vaccam offert.* Item *quando Rex transit per Regulorum terras, Reguli offerunt illi unum tantummodò vitulum ad parandos illi cibos.*

Commentator verò hujus rei rationem reddens sic ait, *Rex quando litat cœlo, tantummodo unam offert vaccam. Lustrans verò provincias, si contingat transire per Regulorum terras, tunc Reguli offerunt illi ad parandos cibos tantummodò vitulum unum, illum honorantes eo ritu, quo Rex cœlum veneratur.* Verba Sinica sunt....

Si igitur Rex quando litat cœlo tantummodò vaccam unam offert, quomodo potest fieri, ut quando Cumfucio tanquam magistro honorem defert, offerat illi tauros & vaccas, sicuti dicit hic R. Pater. Adde etiam quod hæc unitas priscis illis temporibus adeò servabatur à Regibus, ut non nisi ciborum refectionem unam sumerent. Sic enim habet liber *ly ki. Rex semel comedit: Reguli bis: magistratus te-*

Digitized by Google

liquiter : vulgus verò non habet determinatum comedendi numerum.

Commentator verò ait. *Quia Regis dignitas est eminens, virtus verò est eximia, ipse virtute satur efficitur, nec in ciborum saporibus consistit ejus saturitas, propterea unica tantùm comestione dicit se saturum fieri. Quod si opus est plura alimenta sumere, tunc necesse est Regem, hortatione adhibitâ, ad alimenta capienda inducere. Propterea dicitur Rex unicâ tantum comestione uti.* De duplici Regulorum, & de triplici Magistratuum comestione sicuti de vulgi plurimis comestionibus rationem reddit, quæ cumminimè ad nostram quæstionem pertineant, consultò prætermittimus. Verba Commentatoris sunt....

Ex quibus omnibus clarissimè constare potest Imperatorem illum primum ex familiâ *Han* non tauros & vaccas, sed unam tantùm vaccam in honorem Cumfucii, quem ut præceptorem venerabatur, obtulisse in munus.

5°. Demum non congruit veritati, id quod sequitur, nempe *despues assi Reyes como Regulos antes de tomar la possession de su govierno iban a este sepulcro, y honrando al Cumfucio y certiori facto bolvian a sus officios.* Falsum enim est quod dicitur

Digitized by Google

Reges & Regulos petiisse sepulchrum Cumsucii, nam textus solummodo mentionem facit Regulorum & Magistratuum. Sic enim habet *Chu heu Kimsiam chi*, Reguli namque vocantur *Chu heu*, & magni Magistratus vocantur *Kimsiam*, nec ulla habetur mentio Regum. Deinde litera illa *chi*, non significat propriè *ire*, *petere*; sed significat *pervenire*, scuti patere potest ex Dictionario *çú guói*, ita ut sensus sit, *Reguli, & Magistratus pervenientes ad sepulturam Cumsucii*, id est, transeuntes per sepulturam Cumsucii, sicuti supra dictum est de Imperatore familiæ *Han*, *reverentiam illi exhibebant, & postea pergebant ad ditiones suas.*

Neque verum est quod R. Pater affirmat quod Reges & Reguli, antequam sumerent possessionem gubernationis ad sepulturam Cumsucii iverint; quasi verò non auderent priùs gubernationem adire, quàm sepulturam Cumsucii salutarent. Non enim hoc in textu habetur. Solummodò textus ait: Reguli & Magistratus pervenientes ad sepulturam Cumsucii, semper reverentiam exhibebant, & postea ad gubernationes suas pergebant. Quod ipsum R. Pater insinuare videtur dum ait, *bolvian a sus officios*: si bolvian a sus officios: ergo non tum primùm guber-

Digitized by Google

nationem adibant. Deinde illud quod R. Pater dicit (*certiori facto*) nescio à quo libro illud sumpsit, nam in hoc libri textu nihil tale habetur, quod illi Reguli & Magistratus Cumfucium certiorem faciebant, sed solùm in textu habetur, quod illi reverentiam exhibebant. Reverentiam autem exhibere, non est certiorem aliquem facere; nam litera *ie* in hoc loco nihil aliud significat, quàm visere & reverentiam alteri exhibere, ut patere potest ex nostris vocabulariis Sinicolusitanicis in explicatione hujus literæ *ie*: significat *facere reverentia*. Deinde *ie kien* significat aliquem visere. Item *ie lim* significat Magistratus reverentiam exhibere sepulturæ Regis, & in hoc sensu accipienda hîc est litera *ie*, non autem in sensu *certiorem faciendi*; de quo etiam sensu *certiorem faciendi* supra locutus sum, quamvis non plenè, non enim in meas manus adhuc venerat liber, quem citat R. Pater Navarrette, cujus titulus est *Sú Ki*, à quo ego etiam sumpsi descriptionem mortis & sepulturæ Cumfucii sicut jam explicatum fuit.

His ita expositis Lectorem rogo, velit seriò considerare & expendere, quàm diversa sit versio Hispanica à R. Patre producta, ab ipsa simplici textus veritate, &

inde colligat aliorum textuum explicationes, sive versionis haud dissimiliter procedere, ac propterea considerandum quanta fides versionibus & explicationibus his Hispanicis adhibenda sit. Et tamen cum R. Pater tam asseveranter proponat, & explicet Sinensium librorum textus, pronum est ut nostri Doctores Europæi, qui in Sinicis consuetudinibus & doctrinis minimè sunt versati, fidem omnem illis adhibeant, & in varios incidant errorum scopulos contra simplicem veritatem consuetudinum Sinensium Literatorum. Quod si R. Pater assertiones suas probaret, & argumentis à Sinicis libris excerptis communiret, Sinenses Missionarii, qui Sinicis literis sunt imbuti, quamvis diversam à R. Patre sententiam sequantur, adhuc etiam aures illi præberent, nec ab illo adductas rationes improbarent; cum igitur Reverendi hujus Patris probatio *sola sit in asseveratione & perseverantia*, sicuti Quintilianus ait, non possunt Missionarii Sinenses Societatis non suscipere defensionem politicorum Sinensium rituum, quos R. Pater convellere conatur, quibus convulsis maximis difficultatibus Christianæ fidei promulgatio erit obnoxia. Propterea oportuit hac apologiâ ostendere Sinicos poli-

ticos ritus, dogmatibus Christianæ fidei nullatenùs repugnare, non solùm hos ritus, qui clarè sunt politici, sed etiam illos, quorum politia aliquo modo nutare videtur; cum sacra Congregatio dicat *ea verò quæ redolent cultum politicum, vel ad illum reduci possunt, permittantur.*

Ex supra dictis constare potest primam institutionem colendi Cumfucium nullo modo superstitionibus commixtam esse, sed sese continere intra seriem politici ritûs, contra id quod asserit R. Pater Navarrette, & per hæc patet responsio ad ad ejus octavum quæsitum, &c.

ARTICULUS IX.

An cæremoniæ Cumfucianæ sint eadem, ac cæremoniæ quas adhibere solent discipuli erga magistros suos vivos?

29. §. NOnum quæsitum est, si las dichas ceremonias echas al Cumfucio son las ceremonias y cortesías que los discipulos haçen a sus maestros vivos? La raçon de dudar tomase del uso comun de las cortesías que vemos se pratican, que son diferentissimas, sin concurrir lo que queda dicho, &c.

» An cæremoniæ illæ Cumfucianæ, » de quibus suprà, prorsus eædem sint » atque illæ cæremoniæ atque urbanitatis » officia, quæ discipuli solent erga ma» gistros suos vivos adhibere? Ratio du» bitandi sumitur ab usu communi earum » cæremoniarum, quas adhiberi videmus » & quæ sanè diversissimæ sunt, neque » habent ea, quæ jam retulimus.

Respondeo obsequia & officia, quæ alicui præstantur posse dupliciter considerari, vel secundùm substantiam, vel secundùm modum: veluti cum quis convivio excipitur, parantur & offeruntur fercula dupliciter, vel simplici cultu, vel cum apparatu, cum musicâ, cum scenicâ actione, cum explosione tormentorum, &c. substantiam ferculorum in utroque convivio supponimus eandem esse, sed modus convivandi, diversus est. Item eadem munera & officia possunt habere inter se distinctionem à fine, propter quem munera illa præstantur: sicuti, si Rex aliquis munera offerret vicino Regi tanquam amico, sed posteà ab hoc vicino Rege bello victus, illique subditus effectus, eadem munera offert tanquam cliens Domino suo; sicuti contigit Regi Tunetano, qui Caroli V. Imperatoris factus cliens, singulis annis in clientelæ signum

Digitized by Google

accipitrem offerebat. Dico igitur munera & obsequia Cumfucio oblata tam vivo quam mortuo eadem esse, quoad substantiam, & differre solùm circa modum & solemnitatem. Item eadem esse, quoad finem tam vivo, quàm mortuo oblata; nam illi offeruntur in signum grati animi propter doctrinæ beneficium ab eo receptum.

Ad rationem dubitandi quod est argumentum probans non esse eadem munera & obsequia.

Respondeo, munera & obsequia quæ Cumfucio præstantur, differre à muneribus quæ communiter in mutuis officiis præstantur, tantùm quoad modum & solemnitatem, non autem quoad substantiam & finem, propter quem offeruntur. Nam hodie quæ offeruntur munera mortuo, eadem sunt, quæ olim eidem vivo offerebantur, sed non cum solemnitate, quæ etiam similia munera magistratibus & benefactoribus vivis passim ab omnibus offeruntur.

Ad confirmationem quæ his comprehenditur verbis. Confirmase. Para impugnar los Ministros y Christianos la ceremonia supersticiosa de quemar papel los infieles a los defunctos usan desta razon: a vuestros padres vivos nò que

Digitized by Google

» mais papeles, que fuera darles humos
» de nariçes, que nò solo nò fuera hon-
» rarlos, sino que fuera affrentarlos, y
» haçer escarnios de ellos, luego tan poco
» lo haveis de haçer con los defunctos, a
» quienes honrais, como si estuvieren
» vivos. La misma raçon se puede for-
» mar de lo que queda escrito.

» Confirmatur. Missionarii & Chri-
» stiani ut impugnent eam cæremoniam
» superstitiosam, quâ infideles papyros
» cremant in honorem defunctorum hoc
» adhibere argumentum solent. Cum pa-
» rentes vestri viverent, papyros ante ip-
» sos non cremebatis, quod si feciss etis,
» ipsorum nares oppleviss etis fumo, ac
» proinde non tam ad honorem quam ad
» opprobrium ac derisum visa esset ista
» crematio pertinere. Itaque neque eam
» erga defunctos usurpare decet, quibus
» eumdem cultum adhibere vultis, ac si
» viverent. Quod idem dici potest de iis
» quæ suprà scripsiimus.

Respondeo hanc confirmationem nullam habere vim contra Cumfucianas cærimonias; nam argumentum quod potest confici ex hac confirmatione & paritate, hoc est. Vivo Cumfucio non offerebatis talia munera: ergo neque mortuo debetis offerre. Sicuti argumentantur Pa-

Digitized by Google

tres noſtri contra papyracea ſuffumigia, ad Sinenſes ſuperſtitioſos ſermonem dirigentes. Veſtris parentibus vivis non comburebatis papyracea folia; ergo neque illis mortuis debetis illa comburere. Verùm tamen paritas hæc nullo modo conſiſtit, aut cohæret, nam vivo Cumfucio eadem munera offerebantur, at mortuo modò offeruntur. Vivis verò parentibus non comburuntur papyracea folia; atque adeò argumentum noſtrum contra combuſtores papyraceorum foliorum optimè concludit. Nam illa ſi non comburitis vivis, neque mortuis debetis comburere, juxta Siniçum illud axioma *ſù ciù giù ſem*, id eſt, *ſerviendum eſt*, ſive *obſequium præſtandum eſt mortuis, ſicuti vivis præſtatur.*

Sed inſtabit aliquis, in cæremoniis Cumfucianis comburitur ſericum: ergo paritas deſumpta ex combuſtione papyraceorum foliorum, vim habet & conſiſtit.

Reſpondeo adhuc magnam intereſſe diſparitatem. Nam oblatio & combuſtio illa papyri ortum habet à ſectis idolorum, quæ ſuos docent ſectarios, quam formam, in hac vitâ papyri folia habent fictitiam & falſam, eandem veram & realem in alterâ vitâ ſervaturam in uſum.

Digitized by Google

mortuorum. v. g. si papyrus hæc habuit fictitiam nummorum formam, veros nummos habebunt mortuorum animæ in alterâ vitâ, ad voluntatem dæmonum sibi conciliandam, ex largitione fantasticâ nummorum; si habuit formam vestis, vel domus, ibi animæ & vestes & domos habebunt juxta Bonziorum deliramenta, quæ minimè aptari possunt holoserico Cumfuciano. Nam holosericum quod nunc mortuo Cumfucio offertur, illud ipsum in eâdem specie viventi Cumfucio offerebatur. Comburitur autem holosericum, non propter aliquam superstitionem supradictis similem, sed quia post absolutas cæremonias illas, cum nulli usui esse possit, comburitur, sicuti fusè suprà relatum fuit.

30. §. Decimum quæsitum est sequens: *Si dado caso que lo ya dicho sea supersticioso, haverá algun camino para permitir a los Christianos Letrados que assisten, ó ministren en tales ceremonias.*

30. §. *An ex hypothesi quod ea quæ retulimus superstitiosa sint, possit aliqua pacto Christianis Literatis permitti, ut ejusmodi cæremoniis intersint vel etiam ministrent?*

Respondeo jam suprà probatum fuisse in his cæremoniis omnia ad politicum cul-

Digitized by Google

tum pertinere, & consequenter nullam per se adesse superstitionem; atque adeò decimum hoc quæsitum nullam habere vim. Cæterùm quia in aliis mortuorum cæremoniis admixta sunt aliqua, quæ à sectis idolorum ortum ducunt, propterea sacra Congregatio illud tulit decretum: *posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas cæremonias erga suos defunctos, etiam cum Gentilibus, sublatis tamen superstitionibus. Posse etiam assistere tanium cum Gentilibus, quando agunt superstitiosa, præsertim facta fidei protestatione, & cessante periculo subversionis*, &c. sequamur igitur hoc decretum, & inoffenso pede curremus.

ARTICULUS X.

Afferuntur quædam exempla & solvuntur objectiones.

QUoniam verò R. P. jam supponit cæremonias Cumfucianas superstitionem involvere, putatque ad cooperiendas tales superstitiones à nostris adduci aliqua exempla, quæ superstitionem includunt, & tamen tolerantur, propterea exempla adducta impugnat: sed pace tua:

Digitized by Google

Reverende Pater, nunquam cuiquam ex nostris in mentem venit adductis exemplis, superstitiones cooperire vel defendere. Sumitur enim ab istis exemplis paritas quædam & conformitas, quæ cæremoniis Cumfucianis probè aptari potest. Nam sicuti adducta exempla primo intuitu præferunt nescio quid, quod superstitionem redoleat, & tamen omnibus ad amussim expensis, ritus, qui in illis continentur, politici cultus regulam servant; ita etiam cæremoniæ Cumfucianæ quamvis primo intuitu ab homine scrupuloso aliquo superstitionis vitio notari possunt; tamen si omnia diligenter expendantur, earumque causæ finales elucidentur, omnes ad politicum cultum reducuntur. Sed R. Patris verba afferamus in medium, sic enim prosequitur & instituit §. 31.

» 31. §. Contra esto se suole hacer un » argumento tomado del exemplo de Eli- » seo, que aprobò el entrar Naaman Syro » con su Rey en el templo de Remmon. » *Vade in pace*, le dixo 4. Reg. cap. 5. » vers. 19. Fue decir, con buena con- » scientia lo puedes hacer, si no tiene ani- » mo de adorar al Idolo. Confirmase con » lo de Jehu, el qual fingio querer of- » frecer sacrificio al Idolo Baal, para te- » ner occasion de matar sus Sacerdotes,

4. Reg. 10. v. 19. loqual aprobò Dios, « pues le dixo, *ſtudiosè egiſti, quod acceptum erat, & placebat in oculis meis*, v. « 29. A eſto argumento reſponde el P. « Becano lib. 5. Controv. cap. 5. Aſſi. « *Adoratio Naaman Syri, non fuit adoratio religioſa; ſed politica & licita: non* « *enim flectebat genua in templo Remmon* « *ut coleret Idolum, ſed ut Regi ſuo præſtaret ſervitium politicum, &c.* «

31. §. His omnibus opponi ſolet ar- « gumentum deſumptum ab exemplo Eli- « ſæi, qui Naaman Syro 4. Reg. c. 5. « v. 19. condonavit ut ingrederetur cum « ſuo Rege in templum Idoli Remmon. « *Vade in pace*, inquit Eliſæus, id eſt, « hoc tutâ conſcientiâ facere potes, modò « animum non habeas Idoli adorandi. « Confirmatur etiam exemplo Jehu, qui « finxit velle ſe ſacrificium offerre Idolo « Baal, ut nimirùm haberet occaſionem « ejus Sacerdotes omnes interficiendi, 4. « Reg. 10. v. 19. Quod factum etiam « probavit Deus, quandoquidem dixit « v. 29. *Studiosè egiſti, quod acceptum* « *erat & placebat in oculis meis.* Ad iſtud « argumentum ita reſpondet Becanus. « *Adoratio Naaman Syri*, &c. «

Reſpondeo hoc exemplum de Naaman Syro, non ideò adducitur, quaſi putent

nostri Elisæum Prophetam illi permisisse actum aliquem superstitiosum; atque adeò ad exemplum Elisæi posse Missionarios permittere Christianis Sinensibus nuper conversis actus aliquos superstitiosos: nam ut dixi, nunquam hoc in mentem alicui venit, cum bene noverint Patres nostri, Naaman nequaquam flexisse genua, ut coleret Idolum, sed ut Regi suo servitium præstaret politicum, sicuti noster P. Becanus optimè probat. Si enim Elisæus permisisset Naaman actum aliquem superstitiosum, jam non posset intercedere paritas & conformitas inter hanc permissionem superstitiosi actus, & Cumfucianas cæremonias, cum hæ nullam, ut pluribus probatum est rationibus, superstitionem includant, cum per illas non exhibeatur Cumfucio honor tanquam alicui Idolo, sed tanquam magistro. Verumtamen, quia poterat aliquis de his cæremoniis dubitare, an aliquid superstitiosum in illis involveretur, sicuti ipsemet Naaman dubitavit de suâ genuflexione ante Idolum Remmon, rogans Elisæum ut Dominum Deum deprecaretur pro hac re, sic dicens. *Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingreditur Dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente su-*

Digitized by Google

pra manum meam, si adoravero in templum Remmon adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.

Propterea adducitur exemplum Naaman Syri, ad hanc dubitationem à Cumfucianis cæremoniis auferendam & ad ritus politici veritatem patefaciendam.

Non opus est respondere ad simulationem Regis Jehu, quam R. P. adducit pro confirmatione antecedentium; nam nullus ex nostris usus est exemplo istius Regis Jehu, ad eximendas Sinicas cæremonias à notâ superstitionis, sed R. P. de suo illud apposuit. Valde enim differt factum Regis Jehu à cæremoniis Cumfucianis, nec ullam cum illis conformitatem habet. Propterea reliquæ auctoritates, quas R. P. citat, ad rem nostram non pertinent, *nò hacen al caso*, ideò responsione non indigent.

Impugnat deinde R. P. exemplum elicitum ex verbis S. Gregorii Papæ, quod reverâ magnam vim habet ad veritatem insinuandam politici ritus, qui in his cæremoniis invenitur, sic enim habet in sequenti §. 32.

32. §. Otro universal argumento se « hace para esto y otros pontos. Tomase « de lo que S. Gregorio Papa escrivio «

» a S. Agostino Obispo, embiado del san-
» to a Ingleterra. Traelo el P. Ribade-
» neira en su fiesta : de donde se sigue de-
» verse dissimular muchas cosas nò bue-
» nas en China, &c.

» 32. §. Aliud argumentum & ad hanc
» rem & ad alias generatim pertinens de-
» sumitur ab eo quod scripsit S. Grego-
» rius Papa ad S. Augustinum Episco-
» pum à se missum in Angliam. Refer-
» tur à Patre Ribadeneira in ipsius festo.
» Unde sequitur dissimulari in Chinâ de-
» bere multas res non bonas, &c.

Ultima hæc verba R. Patris per modum illationis descripta (*de donde se sigue deverse dissimular muchas cosas no buenas en China*) Ego quidem nescio à quo producantur, & à quo fiat talis illatio. Nam si R. P. putat à nostris fieri illationem illam, quasi verò nos ex verbis S. Gregorii deducamus posse res malas Christianis concedi, ipse quidem toto cœlo errat, & quàm maximè à veritate distat. Non enim talem illationem facimus, nec talia dicimus. Si verò R. P. judicat ex verbis S. Gregorii per se illationem illam consequi, vereor ne S. Pontificis verbis notam aliquam, haud satis tanto Pontifice dignam appingat. Si R. P. acumine ingenii sui illam deducit ex

verbis

verbis S. Pontificis oportebat illam argumentis probare, quod cum minimè faciat, restat ut illatio supradicta sit gratis, & sine fundamento à R. Patre apposita. Sed sancti Pontificis verba à P. Ribadeneira relata etiam nos in medium afferamus, ut magis illorum veritas eluceſcat & paritas noſtra, ad noſtram praxim defendendam, magis firma reddatur.

S. Pontifex ſcribens ad ſupradictum S. Auguſtinum Anglicum Epiſcopum ſic ſcribit, aut certè eum ſic ſcripſiſſe dicit P. Ribadeneira. Que no deſtruiſſe los templos de los Gentiles, ſino que los purificaſſe con agua benditta, y los conſegraſſe à Dios vivo y verdadero. Mandoſe aſſi miſmo que fueſſe introduciendo poco a poco la Religion Chriſtiana en aquella tierra, y no deſarraygaſſe de golpe algunas malas coſtumbres que ſe pudian tolerar, antes diſſimulaſſe y paſſaſſe por algunas, haſta que aquella nueva planta tuvieſſe mas fuerças, y nò corrieſſe peligro de arrancarſe con qualquiera vento de contradiçion ò novedad: y nò menos le encargò, que nò ſe ataſſe a los uſos que havia viſto en la yglesia Romana, ſino que tomaſſe de todas partes lo que conforme a la diſpoſicion y neceſſitad de

» Inglaterra juzgasse que le pudia apro-
» vechar, y añade la raçon, *non enim pro*
» *locis res, sed pro bonis rebus loca amanda*
» *sunt*, &c.

» Ne profana Gentilium templa dest-
» truerentur, sed ut eadem lustralibus
» undis expiata vivo veroque Deo conse-
» crarentur. Paulatim quoque Religionis
» Christianæ sementem fieri jussit idem
» S. Pontifex, vetuitque statim primo
» impetu radicitùs omnes omninò pravos
» mores extirpari, voluit cum aliquibus
» tantisper dissimulari, donec ea novalia
» ad falcem patiendam radices egissent;
» neque jam foret timendum ne penitùs
» evelleterentur, si forte quis contradi-
» ctionis aut novitatis ventus insurgeret.
» Prætereà suasit ne se totum unius Eccle-
» siæ Romanæ ritibus addiceret, sic ut
» religioni sibi duceret ab iis nonnihil
» discedere. Itaque undique quod ad il-
» lam Anglicam Ecclesiam excolendam
» facere putaret, seligeret, hominumque
» affectibus & necessitatibus aliquid da-
» ret, quo sic omnibus omnia factus om-
» nes lucraretur. Cujus rei causam his quo-
» que verbis expressit: *Non enim pro locis*
» *res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt.*
» Ita ex venerabili Beda R. Ribadeneira.

Si omnes Missionarii sequerentur hanc

praxim, quam S. Pontifex docet, quam ipsam modò sequitur in instruendis Sinensibus nostra Societas, quam praxim jubet etiam servari sacra Congregatio dicens, *posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas cæremonias erga suos defunctos, etiam cum Gentilibus, sublatis tamen superstitiosis. Posse etiam assistere tantum cum Gentilibus, quando agunt superstitiosa, præsertim facta fidei professione*, &c. Si hanc, inquam, S. Gregorii praxim & sacræ Congregationis decreta vellent sequi Missionarii omnes, diù jam debuissent quæstiones istæ cessare, quæ modò tantùm facessunt negotii. Igitur non dicimus ex his S. Gregorii instructionibus permitti debere superstitiosa; neque ex verbis S. Pontificis potest illatio illa deduci, quam deducit R. P. *de donde se sigue deverse dissimular muchas cosas halladas en China*; hoc enim S. Doctor non dicit, sed ait, *que no desarraygasse de golpe algunas malas costumbres que se pudian tolerar, antes dissimulasse y passasse por algunas, hasta que aquella nueva planta tuviesse mas fuerças*, hoc est, quod dicimus, & hæc praxis quam sequimur. Toleramus aliqua in istis cæremoniis, quæ possunt reduci ad cultum politicum, ne videantur Neophyti *deserere mimo-*

Digitized by Google

rias suorum, quod potest gignere non levem cordis dolorem, ut ait S. Augustinus.

Hoc ipsum quod S. Augustinus commendat, idem S. Pontifex Gregorius jubet. Nam cum Judæi qui Neapoli degebant ad fidem conversi, cogerentur ab Archiepiscopo Neapolitano Paschasio deserere Judaïcos aliquos ritus veteris legis, qui tamen tolerari poterant, ægrè ferentes consuetis illis ritibus privari, ad summum Pontificem S. Gregorium scripserunt de hac Archiepiscopi asperitate querentes. Igitur S. Pontifex ut illorum teneris conscientiis consuleret, Archiepiscopum reprehendit sic illi scribens *qui sincerâ intentione extraneos à Christianâ Religione ad fidem cupiunt recta perducere, blandimentis debent, non asperitatibus studere, ne quorum mentes reddita ratio, ad planum poterat revocare, pellat procul adversitas, quicumque aliter agunt, ut eos sub hoc velamine à consueta ritus sui culturâ voluerint removere, suas illi causas magis quàm Dei probantur attendere*, &c. Habetur cap. qui sincera dist. 45. Ecce quomodo S. Pontifex sibimet conformis, eandem doctrinam docet Archiepiscopum Neapolitanum ac Anglicum Archiepiscopum Augustinum suprà docuerat.

Atque adeò prima responsio R. Patris Navarrette, ad nostrum argumentum, sive paritatem desumptam ex verbis S. Gregorii nullam vim habet, *y no haçe al caso*, ita enim ait. *Respondeo alo primero, que lo que los sanctos dicen y enseñan, se ha de haçer en quanto se puede y hay raçon. Respondeo primò sanctorum dicta & documenta sequenda esse, quantum fieri potest, atque ipsa ratio patitur.*

Quin etiam dico non solùm non habere vim, sed supponere in dictis & doctrinis *sanctorum aliqua, quæ rationi non sunt consentanea.* Hoc namque indicant sive supponunt verba illa, (*se ha de haçer en quanto se puede y hay raçon.*) Quod nemo dixerit. Semper enim dicta sanctorum venerari debemus, præcipuè quæ ad moralem directionem pertinere videmus.

Igitur si S. Pontifex non vult Judæos, qui Neapoli degebant sub Principe Christiano removeri à consuetâ ritus sui culturâ, quomodo commoverentur illius charitatis viscera, si videret Neophytos Sinas à consuetâ politici ritus sui culturâ removeri? Prohibendo & interdicendo illis sub pœnâ æternæ damnationis exercitium cæremoniarum erga parentes suos, & erga amantissimum præceptorem. Certè di-

ceret; blandimentis, quæso, non asperitatibus studeamus, neque Neophytos gehennæ metu adeò terreamus in re, quâ bene expositâ, nullus est talis gehennæ metus. An fortè Missionarii Societatis non noverunt Sinicam linguam? Non agunt familiariter cum Sinis Christianis atque atque Gentilibus? Sinicis non studuerunt libris? An sunt ignari moralis & Scholasticæ Theologiæ? An tot Patrum consensus de his cæremoniis non potest efficere opinionem probabilem? Ut quid igitur metu gehennæ deterrendi sunt Neophyti ab exercitio harum cæremoniarum, cum omnes ad politicum reducantur cultum? Id verò, quod sequitur ab hac metus incussione, est, ipsos à suâ bonâ fide dejectos putare tales cæremonias esse mortaliter peccaminosas, & tamen nolentes ab illis abstinere, vitam ducant in continuo mortali peccato, sicuti contigit illi Baccalaureorum Præfecto, de quo suprà meminimus.

R. P. impugnat 2°. argumentum sive paritatem nostram deductam ex verbis S. Gregorii hoc modo dicens lo 2°. Bonifacio Legado en Germania entre las cosas que consultò al Papa Zacaria, lo uno es, si lo que dezian los Germanos, que se hazia en Roma en la fiesta de la

Digitized by Google

Catedra de S. Pedro a las calendas de Enero, se havia de permitir? Respondelo el Papa.

2°. Bonifacius Legatus in Germania multa concilii capiendi causâ retulit ad Zachariam Papam, atque illud inter cætera. *An permitti debeat quod Germani dicunt Romæ factitari ad Kalendas Januarias in festo Cathedræ sancti Petri.* Qui respondit Pontifex. *De Kalendis verò Januarii vel cæteris auguriis, vel aliis diversis observationibus, quæ Gentilis errore observari dixisti apud beatum Petrum, & in urbe Roma, hoc à nobis, & ab omnibus Christianis detestabile & pernitiosum esse judicamus, &c.*

Quæ in eandem sententiam referuntur à R. Patre, propterea addit nostram impugnandæ partitatem ex verbis S. Gregorii deductam. *Vase claro que lo que se refiere de S. Gregorio, no se ha de entender tan largamente, que se venga oponer, a los dos Pontifices. Habla pues S. Gregorio de malas costumbres que se pueden tolerar. Hinc patet illud quod ex S. Gregorio refertur, non intelligi tam late sensu debere: ut duorum Pontificum responsis contrarium esse videatur. Loquitur ergo S. Gregorius de iis pravis moribus, qui possunt tolerari.*

Respondeo quæsitum Bonifacii & responsionem summi Pontificis Zachariæ ad rem nostram minimè facere, nec similitudinem cum cæremoniis Cumfucianis habere. Nam ibi est sermo de Kalendis Januariis quarum cæremoniæ, ut pote Jano falso Deo dicatæ, sacrilegæ erant & superstitiosæ, & propterea à Zachariâ summo Pontifice prohibitæ fuerunt; cæremoniæ verò Cumfucianæ sunt politicæ formaliter, vel ad cultum reducuntur politicum. Deinde quis ille est, qui verba S. Pontificiis Gregorii, tam lato modo explicat & interpretatur, ut ex auctoritate dictorum hujus S. Pontificis sint permittenda & dissimulanda aliqua non bona. Certè inter nos nullus est qui sic explicet verba S. Pontificis solummodò hic R. P. ex suo ingenio illam deducit consequentiam (*de donde parece se sigue deverse dissimular muchas cosas no buenas en China*) nos verba S. Pontificis simpliciter, ut referuntur, accipimus, nec illa extendimus, vel illorum sensum dilatamus ad res non bonas; sed asserimus cæremonias Cumfucianas ad cultum politicum pertinere, sicut & parentalia; propterea tolerari posse, nec talium rituum culturam Sinis ad fidem conversis interdici debere. Quæ omnia ad amussim con-

Digitized by Google

gnuint doctrinæ S. Pontificis Gregorii. Atque ex his patet decreta sancti Gregorii & Zachariæ summi Pontificis nullam inter se habere contrarietatem & oppositionem.

Subdit deinde pro ultimâ impugnatione R. P. Y. confirmase con lo que el Concil. Basil. Sect. 19. dice. Et confirmatur additis quæ habentur in Concilio Basilienſi Sectione 19. *prohibeatur & iis Neophytis ſub gravioribus pœnis, ne mortuos more Judæorum ſepeliant, aut ſabbatha, aliaſque ſolemnitates & anticquæ ſectæ ritus quoquomodo obſervent, & in omnibus ſe Chriſtianorum ritibus conformes reddant.* Donde el Concilio ni aun lo dicho permitte ni tolera; como puede S. Gregorio queren ſe permitan coſas ſemejantes? Cum igitur prædicta Concilium neque permittat neque etiam toleret, quomodo potuit jubere S. Gregorius ut res ejuſmodi permitterentur?

Reſpondeo R. Patrem valdè in æquivoco laborare. Supponit namque cæremonias Cumſucianas & parentalia res eſſe ſuperſtitioſas, nec unquam de his probationem producit, ſed inſtar probationis eſt illi conſtanter aſſerere, quod ſemel concepit, ſicuti ſuprà ex Quintiliano dic-

Digitized by Google

tum fuit. Propterea exempla & auctoritates, quas adducit, de rebus superstitiosis loquuntur, ut patet ex responsione summi Pontificis Zachariæ ad Bonifacium, & modo ex Concilio Basilienſi, in quibus nonnisi de superstitiosis cæremoniis & ritibus sermo est. In casu verò nostro, cæremoniæ sunt politicæ, ut multis suprà probavimus; propterea dispar est ratio in omnibus his adductis auctoritatibus, & exemplis, quæ minimè conveniunt cum his, quæ S. Gregorius jubet in Angliâ à S. Augustino observari, dum illius regni primæ Ecclesiæ fundamina jacit. Unde non possum non mirari, quâ ratione R. P. sibi persuaserit aliquem esse, qui S. Pontificis verba in absurdum retorqueat sensum, velitque in illa instructione S. Augustino Anglicano Episcopo datâ, permitti posse superstitiones, & aliqua non bona, quæ nullus dixit. Et tamen R. P. iterum pergit in fine hujus paragraphi repetere, quæ superiùs jam bis dixerat. Sic dicens *como puede S. Gregorio querer se permitan cosas semejantes?* Attamen quia R. P. modis omnibus postulat superstitionis notam cæremoniis appingere cum non suppetant illi rationes ad id probandum, auctoritatibus & exemplis istis, quæ nullatenùs illi fa-

vent, suam opinionem adstruere conatur.

In 33. §. impugnat R. P. aliud argumentum ab uno ex nostris Patribus propositum; quod ipsiusmet R. Patris verbis proponere haud incongruum erit, sic enim ait, Mas a nuestro proposito hiço un argumento de una persona de casa el dia, que yo toque este punto: dixo, *pues que la imagen de Apollo estava en un templo de Italia, luego que este la imagen del Cumfucio en el lugar sobredicho, que importa, y que inconveniente tienne?* Confirmarò este argumento y añadierò. La Imagen del Demonio està en muchos templos y santuarios de la yglesia, que donde ay templo de sancto Miguel, hay tambien imagen del Demonio: tambien en muchas yglesias hay imagenes del infierno lleno de Diablos, y condenados; tambien hay figuras de animales y serpientes, y una serpiente grandissima esta colgada en el Convento celebre de S. Augustin de Burgos: luego que importa estè la del Cumfucio en el lugar sobredicho?

Magis ad rem præsentem facit argumentum ab uno ex iis, qui nobiscum erant eadem domo conclusi, propositum eo ipso die, quo de hac re dissere-

» re sum aggressus. Sic enim argumenta-
» batur. *Imago Apollinis habetur in uno*
» *Italiæ templo, quid igitur refert, aut*
» *quid est periculi, si imago Cumfucii in*
» *loco supradicto servetur?* Ego ad hujus
» argumenti confirmationem hæc addam.
» Imago Dæmonis habetur in multis Ec-
» clesiæ Catholicæ templis ac sanctuariis,
» quippe in templis sancto Michaëli di-
» catis habetur pariter imago Diaboli.
» Habetur etiam in multis Ecclesiis ima-
» go inferni Dæmonibus ac damnatis ple-
» ni; habentur & imagines animalium ac
» serpentium; habetur & suspensus qui-
» dam immanis serpens in celebri Conven-
» tu S. Augustini in Civitate Burgensi.
» Quid ergo vetat Cumfucii imaginem
» haberi in prædicto loco?

Huc usque argumentum quod R. P. dicit fuisse propositum ab uno ex nostris Patribus, quod falsum est, nullus enim ex nostris tale proposuit argumentum. Cui argumento tanquam verè & realiter ab uno ex nostris proposito, ut ipse supponit, sic ipsemet R. P. respondit. *Respondo que nò se hace fuerça en el estar absolutamente, como convençen los argumentos traidos, sino en el estar del modo, que queda dicho arriba. Respondeo non fieri præcisè & absolutè vim in eo quod habet-*

tur prædictæ imagines, sed in eo modo, quo eas haberi suprà diximus, quod patet ex argumentis allatis.

Respondeo modum hunc referendi exemplum à nostro religioso propositum, quo R. P. hoc loco utitur, excitare in mente legentis conceptum valdè ridiculum, additis præterea exemplis, quæ pro confirmatione R. P. adducit, quis enim Logicaster, ne dicam doctus vir tale produxerit argumentum ? *La estatua de Apollo esta en el templo, luego nò tiene inconveniente que la estatua del Cumfucio este en aquel lugar ?* Pace tua, Reverende Pater, & modus referendi, & substantia relatorum, valdè sunt à vero aliena. Nam quoad substantiam, nullus fuit sermo de statuâ Apollinis, sed de statuâ Plinii, nec dictum fuit illam esse in templo aliquo collocatam, sed supra januam majoris templi Civitatis Comensis in frontispicio erectam. Quoad modum argumentandi, proponendo paritatem nequaquam dictum fuit à nostro Religioso. *La estatua de Apollo esta en templo, luego nò tiene inconveniente que la del Cumfucio este en aquel lugar ?*

Neque etiam dictum fuit à nostro, neque ab ullo alio relatum, vel scriptum, quod S. Carolus voluit illam statuam au-

Digitized by Google

ferre, sed non potuit, sicuti R. P. in sequenti paragrapho 34. refert, sic dicens: *San Carlos Borromeo intento con grande esfuerço el quitar algunas imagenes y si no lo consiguio del todo, es argomento en mi favor, y nò contra mi. Sanctus Carolus Borromæus, quantum potuit, contendit ut auferrentur imagines aliquæ, quod si non plane est consecutus in omnibus, argumentum inde pro me potius quàm contra me potest desumi.* Reverende Pater, tantùm abest ut S. Carolus tentaverit Plinii statuam auferre à frontispicio majoris templi Comensis civitatis, ut ipse prohibuerit ne ab illo frontispicio auferretur. Cum enim aliqui Zelatores sancto Pontifici proposuissent inconveniens esse ut statua Plinii damnati hominis in sacro illo frontispicio consisteret, ac propterea ad terram omnino dejici oportere: istorum petitioni non solùm non annuit S. Pontifex Carolus, sed illorum compescens zelum dixit. *Comensem civitatem politicum honorem in eo loco Civi suo Plinio exhibere propter eximiam, quâ floruit, doctrinam*, & propterea statua illa in eodem constitit loco, usque in hodiernum diem.

Paritas verò, quam noster Religiosus ab hoc Plinii exemplo deduxit peroptima est, & efficax, nam sicuti zelatores illi

putabant superstitiosum esse Plinii statuam in frontispicio templi consistere; sed S. Pontifex illos docuit, ad politicum cultum id pertinere: Ita quamvis zelatores putent superstitiosas esse cæremonias Cumfucianas, nihilominus tamen cum honor qui Cumfucio exhibetur ad politicum pertineat cultum, parùm refert quod in illâ Cumfucii aulâ, vel simili alio loco illi talis exhibeatur honor. Atque hinc patet quam inefficaciter adducantur à R. Patre exempla illa de Dæmone in Ecclesiis S. Michaëlis, de inferno, &c. ad confirmandam, sive ut meliùs dicam, ad infirmandam efficaciam exempli Pliniani. Quoniam verò inefficacia exemplorum horum de Dæmone, inferno, &c. ortum habet ex eo, quia R. Pater non est assecutus mentem nostri Religiosi proponentis Plinianam paritatem, non opus est illam penitiùs explanare; neque oportet expendere responsionem R. Patris. Dicentis *respondo que nò se haçe fuerça en el estar absolutamente como convençen los argumento traidos, sino en estar el modo que queda dicho arriba.* Quia hæc eadem responsio, cum mentem nostri Religiosi argumentantis non assequatur, illum minimè ferit. Item cum exempla non fuerint à nostro propo-

sita, sed à R. Patre in confirmationem adducta, dum illa R. P. refutat partum rejicit non alienum, sed proprium.

In §. 34. Impugnat R. P. duo alia » exempla ab illo nostro Religioso propo» sita sic dicens *otro* argumento se hiço, » y es que en Tolosa de Francia una se» ñora llamada D. Constança dexò renta » para quien el tal dia hizielle mejores ver» sos, y que su imagen està en la casa de» la ciudad, y que en el dia señalado » van alli, y la coronan de flores: lo» qual todo es politico. Luego tambien » lo es aca.

» Allatum est & aliud argumentum de» sumptum ab iis, quæ fiunt Tolosæ in » Galliâ; Quippe fœmina quædam pri» maria Constantia nomine, pecuniæ sum» mam reliquit annuatim dandam illi qui » certo die versus optimos scripserit. » Quare illius fœminæ imago servatur in » publicâ civilis Concilii æde, & consti» tuto die ad eam imaginem confluunt » cives, eamque floribus coronant. Quod » totum certè politicum est: Ergo & po» liticum censeri debet, quod hîc solet » erga Cumfucium fieri. Quod argumen» tum R. P. impugnat & solvere conatur, sed frustrà ut infrà.

Respondeo & dico hoc argumentum &

Digitized by Google

exemplum à noſtro Religioſo propoſitum optimum eſſe, & rei noſtræ, de quâ agimus, valdè conſimile. Nam honor ille, quem exhibent Tholoſani Dominæ illæ Clementiæ dictæ, non Conſtantiæ, omninò convenit cum honore quem exhibent Literati Sinenſes ſuo Magiſtro Cumfucio. Nam cauſa efficiens honorem exhibendo, utrimque eſt Literatorum ſchola, finalis utrimque eadem eſt, nempe ingratiarum actionem propter acceptum beneficium. Formalis utrimque eſt benefactoris memoriam colere. Materialis utrimque eſt munera offerre, ſecundùm loci conſuetudinem, quæ quatuor cauſæ exhibiti honoris, cum claudantur intra terminos politici cultus, utrimque par militat ratio.

Secundum exemplum fuit à noſtro Religioſo propoſitum ſequens, quod R. P. ſic deſcribit confirmoſe eſto, id eſt, primum exemplum, porque en Monpeſſler, Univerſidad celebre en Medecina, « hay coſtumbre que todos los que gra- « duan en dicha facultad, ſe viſten y po- « nen un ropon muy viejo, que tienen « guatdado de un gran Medico que lla- « man Rabeles, el qual fue Atheo, y « todo eſto nò paſſa de politicia, luego « en nueſtro caſo ſaca lo miſmo. «

» Confirmatum istud est altero exemplo.
» Est Academia Montispessulani Medi-
» cinæ laude celeberrima. In eâ viget illa
» mos ut qui Medicinæ laureâ donandi
» sunt, induant togam seu vestem quan-
» dam villosam vetustate insignem, quæ
» ibi servatur & fuisse dicitur Medici cu-
» jusdam eximii Rabelæsii nomine,
» quem Atheum fuisse narrant. Atqui to-
» tum istud ad cultum politicum perti-
» net: ergo idem in nostro casu dici de-
» bet. Sic R. P. proponit secundum ar-
gumentum nostri Religiosi.

Dico igitur argumentum sive secundum hoc exemplum valdè congruere cæremoniis Cumfucianis, similesque esse exemplo de statuâ Plinii suprà allato. Paritas verò in eo consistit, quod sicuti togam induere Athei hominis, videtur quid superstitiosi cultûs olere, quasi verò istius Athei toga aliquos influat medicinalis doctrinæ spiritus in induentes illam. (Quod reverâ superstitiosum esset, si ita arbitrarentur hi, qui illam induunt) verumtamen cum cæremonia illa vestiendi togam, tantummodò fiat ad recolendam memoriam doctissimi Medici, quamvis atheïsmi labe infecti, & ad excitandos novos graduatos medicos ad medicinæ studium, ut & ipsi honorem similem & memoriam apud

posteros consequantur, optimè ad politicum reducitur cultum, ac propterea inter laudabiles ritus connumeranda est. Sic etiam quamvis Cumfucianæ cæremoniæ possint alicui malè feriatæ videri, propter differentiam, quam à communibus Europæorum ritibus præferunt, tamen quia adhibentur ad memoriam recolendam insignis benefactoris, totiusque regni magistri, & ad animos literatorum excitandos ut & ipsi animum studiis applicent suum, non solùm non debent malè feriatæ vocari, sed inter laudabiles ritus convenit connumerari.

His tamen sic explicatis non obstantibus, duo hæc exempla R. P. conatur infirmare sic dicens (postquam nostri hominis argumenta produxit) Respondo que muchas son licitas entre Christianos, donde nò hay peligro alguno de error, que entre los infieles, por serlo, nò lo son: no especifico porque lo tengo por llano, y nò necessito mucho dello: como muchas proposiciones en boca de los herejes son hereticas, y en boca de los santos se tienen por Catolicas y buenas. Però respondo, a lo 2°. que en todo quanto en el argomento se pone, nada hay sobre que se pueda fundar cosa ò resabio de superstición ò

» idolatria, como hay en nuestro caso y
» consta de lo propuesto, &c.
» Respondeo multa inter Christianos
» permitti, unde nullum sit errandi peri-
» culum quæ inter Infideles ob idem pe-
» riculum, non permittuntur. Non lubet
» ea hîc adducere, quia rem ipsam consta-
» re ac plenam esse arbitror, tum quia ni-
» hil necesse est; pariter multæ propositi-
» tiones sunt ejusmodi, ut si ab hæreticis
» proferantur, hæreticæ sint, cum tamen
» à sanctis prolatæ bonæ atque Catholicæ
» habeantur. Quare respondeo ad secun-
2 dum in iis omnibus quæ adducuntur ni-
» hil esse superstitiosum aut idololatri-
» cum, nihil quod superstitionem aut ido-
» lolatriam redoleat: secus in nostro casu,
» ut constat ex allatis.

Huic responsioni R. Patris, respondeo etiam ego, dicoque modum hunc impugnandi alterius propositionem omnia supponendo & nihil probando, sicuti R. P. hic facit dicens primò, *no especifico porque lo tengo por llano*, nullam habere vim, nam quod hic R. P. planum putat, & illud sine probatione asserit alteri aspe-rum videbitur, sicuti reverâ aspera vide-tur hæc propositio, nec sine examine il-lam præterire debemus, scilicet: *Muchas proposiciones en bosa de los herejes son here-*

ticas, y en boca de los sanctos se tienen por catolicas y buenas. Nam omne illud quod est per se intrinsecè malum, semper est malum, quocumque in loco ponatur, atque adeò hæretica propositio, tam hæretica erit in ore Calvini, quàm in ore cujusquam Catholici & sancti hominis, Augustini, Gregorii, &c. quod si dicas hæreticum illam proferre in sensu hæretico, Catholicum verò hominem illam pronunciare in sensu Catholico: jam illa propositio diversam habet significationem, & solùm secundum materialitatem verborum erit una propositio, secundum verò formalem significationem duæ erunt propositiones, sola enim verborum materialitas non potest facere identitatem in illâ propositione: Ergo nunquam inveniri potest ut eadem propositio secundum sensum formalem ejusdem significationis hæretica sit in ore hæretici, & Catholica in ore catholici, atque adeo, *el tenerlo por llano* sicuti R. P. dicit non sufficit, nisi probetur.

Deinde illa etiam propositio *muchas cosas son licitas entre Christianos, donde no hay peligro algun de error, que entre los infieles, por serlo, nò lo son.* Ultima hæc verba, ne in illis expendendis errem sic interpretor (*por serlo*) id est, *por hauer*

peligro de error, nò lo son, id est, *nò son licitas*. Illa inquam propositio difficultate non caret, quam cum R. P. non probet, oportet illam expendere. Nam vel est sermo de Gentilibus idololatris, vel de illis qui priùs erant Gentiles, & posteà ad fidem conversi sunt. De primis nullum est periculum errandi, cum ipsi actu sint erroribus immersi: nec ad nos pertinet illorum error, nisi velint Christianam Religionem profiteri. De secundis, vel est sermo de aliquo novo ritu introducendo, cujus ipsi minimè sunt capaces, & in illo possunt scandalum pati, vel quia novi in rebus fidei occasionem errandi in aliquo fidei articulo, vel aliâ re gravi possent accipere, cui periculo veteres Christiani minimè sunt obnoxii, & tunc haud proficuum erit talem illis ritum proponere; hujusce rei unum vel alterum proponam exemplum.

Celebris illa Mamertinorum Civitas Messana, cui Servatoris mundi sanctissima Mater, dum inter mortales degeret, epistolium scribere non est dedignata, cives alit, ut boni publici acerrimos propugnatores, ita veræ fidei, pietatisque cultores. Hi cujusque anni certâ die, maximam Cameli statuam efformant, quam aliquot homines in ejus ventre inclusi,

ita inovent & circum agunt, ut pollis vi-
vum dicere animal. Statuam hanc ipsi per
jocum vocant, sanctum Camelum, &
pro hoc Camelo aliqui eleemosynas pe-
tunt, si hæc negatur, fictus ille Came-
lus collo demisso, pilcum neganti denti-
bus aufert, nec prius restituit, quàm his
petitam eleemosynam largiatur.

Apud Lusitanos mos est prima die Maii
puellam floribus redimitam, in publicâ
plateâ comitantibus aliis puellis seden-
tem collocare. Majamque omnes vo-
cant, quam etiam salutationibus & num-
morum largitionibus prætereuntes hono-
rant.

In oppido Arcuzelo & in aliis locis
ejusdem regni Lusitaniæ, festo die sancti
Marci, solemnis est ea consuetudo; mul-
ti è populo montes adeunt, & è silvis in-
domitum evocant taurum genuflexi di-
centes, *Marte voni*, ad quorum voces in-
domitus taurus foras prosilit, & tanquam
mansuetum animal, injecto cornibus fu-
ne, capiunt; illius caput floribus ornant
cornuaque acuminibus accensas cande-
las præfigunt atque in Ecclesiam introdu-
cunt; ad ejus ingressum pulsantur orga-
na, omnibus tauro plaudentibus, sanc-
tumque Marcum invocantibus: celebra-
tur Missa solemnis, cui taurus interest

Digitized by Google

mansuetus ut agnus. Ast facto peracto, valenter à præcone clamatur ut in domum quisque se recipiat suam, claudunturq; officinæ & domorum januæ, solvitur taurus, qui ad pristinam ferocitatem reversus, obvium quemque, ni sibi caveat, ferit, nemora tandem petit, & in silvas revertitur.

Hæc & similia si velimus introducere inter novos ab infidelitate conversos Sinas, periculo res non vacabit; cui periculo non sunt obnoxii veteres Christiani, qui firmas egerunt in fide radices. Sed in casu nostro res diverso modo procedit. Nam R. P. vult ab Infidelibus, qui cupiunt sacra nostra profiteri, auferre patrios politicos ritus, & consuetas cæremonias, quæ si quid, per mixtionem tot sectarum Idola colentium, rubiginis contraxerunt, hoc per bonas exhortationes auferri potest, relictâ substantiâ cæremoniarum & rituum: eosque aufferre postulat sub eo prætextu, ne incidant conversi Infideles in errorem superstitionis. Bone Deus, si ipsimet Gentiles alieni sunt ab hac mente, ut Cumfucium tanquam Idolum aliquod venerentur, in quo cardo superstitionis vertitur; quomodo possunt hæ cæremoniæ Cumfucianæ Neophytos in errorem superstitionis inducere? Hæc sententia R.

Patris

Patris quæ cæremonias hasce eliminat, quomodo consona est cum sententiâ sanctissimi Pontificis Gregorii suprà citatâ? Scilicet, *qui sinceră intentione extraneos à nostra Religione ad fidem cupiunt rectà perducere, blandimentis debent, non asperitatibus studere, ne quorum mentem reddita ratio ad planum poterat revocare, pellat procul adversitas: quicumque aliter agunt, ut eos sub hoc velamine à consuetâ ritûs sui cultură voluerint removere, suas illi magis, quàm Dei causas probantur attendere. Agendum est potiùs, ut mansuetudine & ratione provocati sequi nos velint, non fugere:* ita S. Gregorius modo verò illos removendo à culturâ suorum rituum, fugiunt à nobis, non autem sequuntur nos, sacraque nostra aspernantes, cæli adyta sibi quisque perpetuò claudunt: & quidem non aliam ob causam, nisi quia removentur à culturâ suorum politicorum rituum, qui putantur idololatrici, & non sunt; sicuti putabat Archiepiscopus Neapolitanus fuisse ritus Judæorum Conversorum, quos tamen summus Pontifex permisit illis, quia ad cultum politicum reducebantur. Quare igitur nos non etiam relinquimus Sinas conversos in quietâ suorum rituum possessione, qui ad cultum pertinent politicum vel ad illum re-

duci possunt? Certè Cajetanus, Sanchez, Layman, Busembaus, aliique Doctores non ita faciendum docent. Cajetanus namque quæst. 96. art. 4. docet si homines rudes bonâ fide & ex devotione ritum aliquem ab Ecclesiâ non receptum observent, interdùm in sua simplicitate relinquendos esse, cum difficulter abducantur abeo, quod bonâ fide à suis majoribus acceperunt. Cajetanum sequuntur Layman l. 4. tri. 10. c. 4. Sanchez lib. 2. c. 40. n°. 31. qui ait, *si ejusmodi ritus speciales, qui superstitiones præ se ferunt populo dissuaderi non possint, saltem edocendum esse, ut in his certam spem non collocent.* Idem docet Busembaus lib. 3. trac. 1. c. 1. atque hæc sufficiant contra primam responsionem R. Patris. Veniamus modò ad secundam responsionem ejusdem.

Respondo a lo 2°. que en toda quanto en el argumento se pone, nada hay sobre de que se pueda fundar cosa ò resabio, de superstition ò idolatria como hay en nuestro caso, y consta de lo propuesto. Hæc secunda responsio in hoc consistit, quia intercedit disparitas inter allata exempla, & cæremonias Cumfucianas. Hæ namque continent superstitionem & idololarriam & superstitiones, certè nullo alio argumento

nisi hoc. (*Consta delo propuesto.*) Sed velim R. hunc Patrem mihi ostendere in quo loco, in quo paragrapho hujus suæ declamationis id probet, quod cum minimè ostendere possit, nescio quomodo tam asseveranter dicere possit, (*como consta delo propuesto.*) Debuerat R. P. idololatriæ & superstitionis definitionem ponere, atque ostendere in quo consistat ratio formalis idololatriæ & superstitionis, hanc deinde inquirere in cæremoniis, quâ tandem inventâ, concludere cæremonias superstitiosas & idololatricas esse : tum demùm audacter asserere posset (*como consta delo propuesto.*) Igitur cum suprà probatum fuerit cæremonias politicas esse, absolutè negandum est in illis idololatrica & superstitiosa contineri ; atque adeò paritatem exemplorum optimè quadrare cum cæremoniis, & cum exempla politica sint, ut ipsemet R. P. concedit, cæremoniæ etiam politicæ erunt, quibus Cumfucio honor exhibetur.

Confirmat hunc textum R. Pater auctoritate P. Suarii sic dicens *Que se pueda honrar politicè à los Christianos defunctos, pocos lo han dudado* (meliùs dixisset nemo de hoc dubitavit) *y aun hablando desta honra para los Infieles nò es cierto.*

Digitized by Google

Christianis defunctis quin honor exhiberi politicè possit, omninò pauci dubitavere, sed eundem honorem Infidelibus exhiberi posse non satis constat. Suarez lib. 2. contra Regem Angliæ c. 5. n. 4. possumus enim cultu civili benefactores defunctos, vel insignes homines colere; etiamsi de illorum felicitate certi non simus, saltem dum non constat illos esse damnatos (*doctrina que para los infieles, que acaban in infidelitate la tengo muy notada*) *pues si aun delo politico dice este tan grande Doctor, de lo que passa mas de este, que diria* (*quod certè constare credo de Infidelibus, quibus in ipsâ infidelitate mori contingit*) *verùm si ita loquitur tantus Doctor etiam de cultu politico, quid eum dicturum fuisse censebimus de eo cultu, qui sanè est plus quàm politicus?*

Fateor auctoritatem P. Suarii apud nostros habere semper vim, sicuti etiam habet citata sententia, sed cum ipsemet sese explicet, parùm favet sententiæ R. Patris. Nam R. P. videtur pro fundamento sumere ultima illa Patris Suarii verba, *saltem dum non constat illos esse damnatos*, quasi verò si constat illos esse damnatos, non possumus illos civili colere cultu. Cum igitur non solùm non constet de Cumfucii damnatione, sed habeantur ra-

tiones propter quas de illius salvatione sperare possimus, ut suprà dictum fuit; quia ille secundum naturæ leges vixit ante Christi Domini adventum, jam P. Suarii sententia nihil prorsùs Cumfucianis cæremoniis officit. Deinde constare hominem esse damnatum, non potest hoc determinari per scientiam particularem, sed per divinam revelationem, vel per Ecclesiæ definitionem; præcipuè cum dicat noster Becanus ex Infidelibus nonnullos salvari operâ & auxilio Angeli tutelaris, atque adeò non de omnibus, qui videntur in infidelitate decedere, potest nobis firmiter constare, quod sint æternæ damnationi mancipati; dixi (*firmiter constare*) probabiliter, namque possumus affirmare homines qui in infidelitate decedunt, ut plurimùm in inferos detrudi, unde quando P. Suarius dicit (*constare*) intelligi debet sine hæsitatione, & certò, non autem probabiliter, & per scientiam particularem; quam distinctionem R. P. debet etiam adnotare (*parà los infieles que acaban in infidelitate*) & per hæc etiam patet sententiam P. Suarii non officere reliquorum defunctorum officiosis parentalibus.

Respondet posteà R. P. ad confirmationem, ut ipse vocat, argumenti à no-

stro Religioso propositi, quod est exemplum de toga Medici atheismo infecti, quam induunt nuper Graduati Medici, » sic dicens: à la confirmaçion se responde » tan bien delo dicho, que aquella accion de ponerse el ropon del atheo, nò » tiene mas que una memoria antigua y » politica impertinente de los medicos. » Muchos hay en el mundo, que solo son » toleradas y no aprobadas, de los quales nò se dè haçer argumento.

» Ad confirmationem pariter respondetur, modum istum induendi togam Athei » hominis, nihil continere præter memoriam Antiquitatis, & politiam Medicorum prorsus absurdam atque ineptam. » Et verò multa sunt ejusmodi quæ tolerantur duntaxat, non approbantur, & » quibus argumentum deduci nullum potest.

In hac responsione R. P. dum argumentum & paritatem solvere conatur, ipsemet sibi contradicit, ait enim gestationem illam Togæ memoriam esse antiquam & politicam, & dicit esse *impertinente*; si est politica; ergo non est impertinens; item illam reponit inter illas consuetudines quæ tolerantur; quomodo igitur potest esse politica & civilis? Quæ enim tolerantur mala sunt, vel per se, vel quia

ad malum finem ordinantur, vel quia malum aliquod involvunt, tolerantur autem ad evitanda majora mala, de quorum genere non sunt politicæ consuetudines. Cum ergo R. P. dicat gestationem illius togæ memoriam esse antiquam & politicam, illud ipsum dicimus nos, Cumfucianas cæremonias antiquas & politicas esse memorias in honorem Cumfucii totius regni præceptoris institutas. Tolerantur etiam illa quæ non sunt mala per se, sed primo intuitu præferunt nescio quid, quod malum videri posset; & fortasse in hoc sensu loquitur R. P.

Ad exemplum S. Caroli, quod sic R. P. proponit. *S. Carlos Borromeo intentò con grande esfuerço el quitar algunas imagenes de los templos, y si nò lo consiguiò del todo, es argumento en mi fabor, y nò contra mi.* Ad hoc, inquam, exemplum, jam supra responsum fuit, ubi dictum fuit S. Carolum non abstuliſſe, sed conservasse statuam Plinii in frontispicio Ecclesiæ Comensis.

Prosequitur denique, & hunc 34. §. sic concludens, y si la santa yglesia anda tan recatada que aun prohibe que los santos beatificados se pinten con rayos y diademas, como trae el P. Escobar, que recato tendra, en que no haya imá-

» genes en que ſe pueda tropecar? Et
» certè ſi tam attenta eſt ſancta Eccleſia,
» tamque diligens ut ſanctos etiam Bea-
» tificatos vetet radiis & diademate orna-
» tos pingi, ut refert P. Eſcobar, quantò
» majori diligentiâ cavebit ne habeantur
» imagines in quibus poſſit errari?

Reſpondeo ſanctos Beatificatos, omnes radiis fulgentes & diademate coronatos pingi ornarique, ut quiſque obſervare poteſt, quod autem P. Eſcobar contrarium dicat, ego non poſſum aliud dare reſponſum quàm Eccleſiæ uſum in contrarium. Fortaſſe adeſt æquivocatio in hac re, nam memini ego anno 1625. ni fallor, ſummum Pontificem prohibuiſſe Martyres ab Eccleſiâ non declaratos, cum diademate & radiis pingi, ſicuti etiam ſanctitate fulgentes & miraculis conſpicuos ſanctos aliquos viros, quos nondum Eccleſia Sancti vel Beati titulo ornaverat, præterquam quod, quænam eſt iſta connexio inter Beatos cum radiis, vel ſine radiis, & imaginem Cumfucii in illâ ſtudiorum aulâ expoſitam? Si dicta Cumfucii imago exponeretur in aliquâ Eccleſiâ, fortaſſe aliqua intercederet paritas & connexio. Cum igitur imago Cumfucii ſolummodò exponatur in aulâ ſtudiorum & non in Eccleſiâ, quomodo poteſt eſſe

causa incidendi in errorem? Sicuti R. P. dicit *que nò hayu imagenes en que se pueda tropeçar.* Deinde rarissimæ sunt imagines Cumfucii in aulis studiorum expositæ, sed in omnibus visitur tabella, cui inscribitur nomen & dignitas Cumfucii, ut suprà pluribus dictum est.

Impugnat deinde R. P. aliud exemplum ab alio nostro Religioso propositum in illo conventu habito ut suprà. Sic enim ait §. 35. Declamationis hujus. Otro argumento se hiço, y fue el que se siegue, quando yo era maestro (*dixo el que hablava,*) de Grammatica en Europa los discipulos me offrecien gallinas y capones: Ergo, &c.

Fuit alius qui argumentaretur in hunc modum: Cum litteras humaniores docerem in Europâ, offerebant mihi discipuli Gallinas & Capones: Ergo, &c.

Respondeo modum hunc, quem R. P. servat in referendis aliorum argumentis, reddere apud Lectores argumentantem ridiculum. Quis enim hoc faceret argumentum discipuli offerebant mihi Gallinas & Capones: ergo, &c. non enim tam rudi pollent Minervâ Societatis nostræ Theologi, ut hoc velint proponere argumentum. Quin etiam si R. P. argumentum sive exemplum retulisset, quemad-

modum à nostro Religioso fuit propositum, multò magis R. Patris acumen in eo refellendo eluceret. Igitur argumentum à nostro propositum consistit in hac paritate dictum fuerat in eo conventu inter disputandum, Cumfucium honorari tanquam Magistrum à Sinis, eique mortuo offerri illa eadem munera, quæ viventi à discipulis offerebantur, qui mos offerendi magistris munuscula, non solùm inter Sinas viget, sed etiam apud nostros, invaluit, & mihi etiam (dixit pater ille) quando Grammaticam docebam, à meis discipulis & Gallinarum & Caponum munuscula offerebantur, propterea ejusdem generis munera quæ vivo Cumfucio offerebantur, mortuo etiam offeruntur. Ex hoc discursu quomodo elici potest hoc argumentum *los discipulos me offrecian Gallinas y Capones: ergo, &c.*

Proponit deinde R. P. immediatè post supra dictum exemplum, aliud argumentum & validissimum exemplum ab alio nostro Religioso propositum. Sic enim »» ait: Otro dixo, que el Rey de Francia y »» Principes de la sangre real difuntos, les »» sirven 9. dias los mismos platos, que »» quando vivian? pues porque aca nò ha»» ran lo mesmo?

»» Alter dixit hunc obtinere mortem in

Galliâ ut Regi & Principibus è Regiâ « stirpe defunctis eadem planè per novem « dies offerantur fercula, quæ offerren- « tur vivent ibus. Quare igitur hîc apud « Sinas illud idem fieri non liceret ? «

Hoc exemplum tam frigidè à R. Patre propositum videtur nullam habere vim & efficaciam ad intentum probandum ; sed cum maximam habeat vim, propter maximam similitudinem, quam habent Gallicæ cæremoniæ cum Cumfucianis cæremoniis, iisdem verbis illud hic apponam, ficuti scribitur à Bzovio Ordinis Prædicatorum Religioso tom. 14. Annal. sic enim ait.

Quoniam verò in hunc locum sepeliendorum regum Galliæ incidimus, placet ordinem hujus actionis non tantum curiositatis, verùm etiam pietatis causâ inserere. Postquam verò hic auctor declaravit quomodo vestibus Regiis ornata, supra lectum componatur in amplâ Regii Palatii aulâ imago mortui Regis, sic prosequitur, *Ea effigies, octo dies, vel novem in aula permanet, ex quo Rex obiit usque dum effigies à propinquo corpore auferatur, & deinceps eadem formæ officiorum exhibentur quæ vivo Regi solebant exhiberi, ordinariis horis prandii & cœnæ. Mensa ab administris sternitur, ministerium mensale à*

Nobilibus offertur, præeunte Ostiario, quem administri poculorum sequuntur, tegitur mensa cum salutationibus & prægustationibus solitis, panis scinditur paraturque cibus, & cætera ad cibum pertinentia, præeunte Ostiario & Præfecto Prætorio à panificò asseclâ Archimagistro, & mensalis ministerii custode, mallubrum & mantile abstergendis manibus, mensæ Antistes benedicit, aut eleemosynarius, mallubra cathedræ Regis apponuntur tanquam si viveret, triaque fercula mensalia, cum vini administratione, cujus poculum iisdem locis exhibetur, ubi Rex mortuus solitus erat bibere. Usque huc Bzovius in suis Gallicis Annalibus.

Ex hac tam accuratâ harum cæremoniarum descriptione bene intelligere possumus quanta sit similitudo, & quàm univocè conveniant inter se Cumsucianæ & hæ regales cæremoniæ. Et si Bzovius regales vocat pias, nos saltem non debemus illas impias vocare, sed moraliter bonas, cum pertineant & reducantur ad politicum cultum.

Subnectit adhuc R. P. aliud exemplum valdè simile Cumsucianis cæremoniis, ab alio nostro Religioso propositum sic » dicens, Confirmase lo 2°. de lo que en » otra occasion yo oy, conviene à saber

que en los Cruçios de Portugal, muer- «
to un Religioso, por espacio de un año «
le ponen la comida en la mesa con una «
servilleta, que tiene una cruz en çima: «
ergo &c. Confirmatur 2°. eo quod aliâ «
quâdam occasione dictum memini, sci- «
licet apud Canonicos Regulares, quos «
Lusitani *Crucios* vocant. Postquam in- «
ter Religiosos diem quispiam obiit, «
per anni spatium solita mensæ ferculâ «
imponi, appositio etiam mantili, cujus «
summa pars cruce notata est: ergo, «
&c. «

His addit etiam R. P. aliud exemplum «
de suo penu depromptum, sic dicens, «
pudia yo añadir a esto, que en toda «
Castilla y otras partes ponen pan y vino «
y carneros sobre las sepulturas, pa- «
raque son necessarios otros singulares? «
Luego aca se puede dezir lo mismo. «
Addam ego totâ Castellâ atque etiam «
alibi consuetudinem eam invaluisse, ut «
super defunctorum tumulos panis, vi- «
num & vervecinæ carnes apponantur. «
Sed quid necesse est ejusmodi singula «
commemorare? Ergo hîc illud idem di- «
ci potest. Quod exemplum ultro admit- «
timus, quia congruit ex parte cum paren-
talibus Sinensium.

His & similibus exemplis respondet

R. P. dicens in esse differentiam inter cæremonias quæ in prænarratis exemplis adhibentur, & inter Sinicas cæremonias, differentiam autem consistere in hoc, quia non sunt cætera paria, verumtamen nullam assignat disparitatem, solummodò dicit, *Respondeo lo primo si cætera sunt paria, concedo; si cætera non sint paria, nego: y que nò lo sean, pareçe se collige dèto escritto arriba.* Hæc est R. Patris absoluta responsio sine ulla probatione. Quis illi assensum præbeat?

Respondeo ego, dicoque si R. Patri videtur posse colligi, *non esse cætera paria*, ex his quæ ipse supra retulit de his cæremoniis mihi verò, & reliquis nullo pacto videtur posse colligi talis disparitas ex his quæ R. P. huc usque scripsit; cum enim ipse nunquam probet, sed omnia supponat, ut sæpè vidimus, nullam suæ sententiæ probabilitatem confert. Præcipuè cum prolixam harum cæremoniarum texens historiam, aliqua super addat ab illis valdè dissona & aliena, sicuti illud est 1°. quod sit missa in honorem Cumfucii, distinguens in illis cæremoniis tres missæ partes. 2°. Quod Literati in illis fælicitatem & ingenium à Cumfucio petant. Et ut loquitur R. P. F. Joannes Baptista Morales in suis quæsitis, à quo

Digitized by Google

R. P. auctor hujus declamationis omnia hæc sumpsit, ut ab eo impetrent ex ipsius meritis optimi ingenii fælicitatem, sapientiæ & intellectus. 3°. Quod Cumfucius sit Idolum, propterea R. P. Joannes Baptista Morales vocat ea quæ offeruntur Cumfucio idolothyta; addens insuper Sinenses putare, quod qui comederit ex talibus idolothytis, habebit progressum magnum in suis literis & gradibus; quæ omnia non solùm dissona sunt & aliena à Cumfucianis cæremoniis, sed illis falsò affinguntur: verùm cum ista nec probentur, sed nec probari possint, gratis verò asserantur, solummodò literarum & consuetudinum Sinensium ignaros movere possunt, & in illorum animis impressionem facere queunt, ut illas cæremonias repudient.

Assignat tamen R. P. unam disparitatem, quia illa quæ apponuntur ante figuram Galfici Regis, vel alios defunctos, postea pauperibus distribuuntur, quæ verò apponuntur Cumfucio vel aliis Sinensibus defunctis, nullum alium terminum habent, nisi Cumfucium & defunctos. Sic enim ait in sua tertia responsione al 3°. « Respondo que los que propusieron los « dos exemplos dichos, confiessan tàn- « bien, que se dà aquella comida a los «

» pobres, por las almas de aquellos di-
» functos, y en lo 3°. (id est, *de pane,*
» *vino, & vervecinis carnibus quæ suprà*
» *sepulturas, fideles reponunt, quod est*
» *exemplum à R. P. allatum*) se offreçe
» adios y a la yglesia, loqual saben, y en-
» tienden todos, y los mismos difunctos,
» quando en vida hacen sus testamientos
» (hablo de los que pueden testar) lo ex-
» pressan y declaran assi acà es muy diffe-
» rente, pues lo que se offreçe al mis-
» mo Cumfucio, y defunctos, estos son
» los objectos terminativos.

» 3°. Respondeo iis etiam qui ista duo
» attulerant exempla ultrò fatentibus, ip-
» sa fercula pauperibus deinde erogari ad
» sublevandas illo Christianæ largitionis
» munere animas defunctorum. In tertio
» verò exemplo Deo & Ecclesiæ offerri,
» prout norunt omnes, atque ii potissi-
» mùm qui testimonium conficere pos-
» sunt, idque ut fiat, solent expressè man-
» dare ac præcipere. Quod longissimè
» abest à consuetudine Sinarum, apud
» quos ea quæ Cumfucio & mortuis offe-
» runtur ad Cumfucium duntaxat & mor-
» tuos, tanquam ad objecta terminativa
» & fines ultimos referuntur.

Debueram apponere secundam R. Pa-
tris responsionem hoc loco, ut numeri

servaretur ordo, sed quia tertia hæc R. Patris responsio proximè connexa est cum primâ responsione, & assignat disparitatem inter cæremonias, quam prima responsio non assignat, propterea hic illam subnectimus.

Respondeo igitur huic R. Patris tertiæ responsioni, dicoque actiones hominum à fine specificari: atque adeò quando finis ad quem una actio refertur, univocationem habet cum fine, quem alia respicit actio, illæ duæ actiones etiam univocationem & similitudinem inter se habent. Cum igitur finis istarum cæremoniarum, utrimque sit idem, nempe honor & reverentia, quem quisque mortuis suis exhibet, sequitur utrasque actiones fines illos univocos respicientes, eandem etiam obtinere rationem formalem specificativam; distributio autem illa munerum pauperibus facta, cum sit actio subsequens, nec ingrediatur rationem formalem finis (qui est honor & reverentia erga illos homines, quibus munera illa sic parata exhibentur,) materialiter se habet. Patet hoc, quia etiamsi cibi illi non distribuerentur pauperibus, actio illa honorandi defunctos, jam perfecta remanet, nec ab istâ ciborum distributione dependet. Deinde munera illa non præparantur, ut

pauperibus distribuantur, nam si propter pauperes præparentur, jam finis istius actionis, tunc esset eleemosyna, non honor & reverentia erga defunctos Reges, vel parentes, vel benefactores, qui est proprius finis, propter quem munera illa præparantur, certis illis cæremoniis adhibitis. Cum igitur finis in utrisque actionibus sit honor & reverentia, utrobique eadem paritatis ratio militat. Atque adeò disparitas assignata à R. P. nullam habet vim; est enim materialis, non formalis disparitas, *nò haçe al caso*.

Eadem etiam est ratio de illâ consuetudine Religiosorum Canonicorum Regularium, quos in Lusitania vocant *Crucios*, ab Ecclesiæ titulo, qui est sanctæ Crucis, qui per annum integrum in eo loco, in quo mortuus Religiosus in refectorio sedere consueverat, eadem fercula apponunt, sicuti cum inter vivos existebat, ut patet consideranti.

De his verò quæ super sepulturas apponuntur, quod est exemplum R. Patris dispar est ratio, nam in illâ actione, tunc finis est eleemosyna propter animas defunctorum, sicuti supponitur ex dictis R. Patris, quod si illa apponerentur ad recolendam defuncti memoriam, & ad grati animi ostensionem propter beneficia ab

illo recepta, jam utrobique par esset ratio formalis; & illa distributio facta pauperibus, esset actio consequens & finem formalem non ingrediens; si autem eleemosyna etiam ingrederetur finem formalem, jam actio illa duos fines respiceret, & honorem erga defunctum, & eleemosynam pauperibus distribuendam, qui duo fines, cum nullam habeant inter se contrarietatem, bene possunt terminare unam, eandemque actionem.

Secundam R. Patris responsionem hic referam, propter rationem supradictam. In eâ nullam rationem reddit, nec aliud argumentum proponit; sed instantiam profert sic dicens: al 2º. respondo, si en esta materia nò subiesse mas dificultad en que la que se muestra en los argumentos: porque razòn, ò con que fundamento el Señor Obispo D. Diego Valente prohibiò que en los enterros de Macao, nò se pusiessen offrendas, como se usa en Portugal, y a los principios se usò en aquella Ciudad lo que yo en oy; y vezes he oydo, es porque los Chinos viendo aquellas offertas, nò pensassen que los Christianos sintian ò entendian lo que ellos; ò ya que las offertas se hazian a los mismos difunctos, como ellos las hazen, ò ya que las almas

» comen y beven, como otros creen; » &c.

» 2°. Respondeo, si nulla major fuis- » set in eo negotio difficultas, quam quæ » prædictis argumentis exhiberetur, nul- » lam satis firmam causam fuisse futuram » Illustrissimo Domino Didaco Valenti » Episcopo, vetandi ne in sepeliendis Ma- » caensibus Christianis apponerentur obla- » tiones, quemadmodum solet in Lusita- » niâ fieri, & Macai fieri cœptum erat. » Eum autem ut id vetaret eâ ratione po- » tissimùm adductum esse sæpiùs audi- » vi, ne Sinenses nimirùm, si illas obla- » tiones viderent, existimarent continuò » Christianos idem sentire quod ipsi sen- » tiant, vel ea munera defunctis ipsis of- » ferre, quo animo Sinæ offerunt, vel cre- » dere ipsas animas oblatis cibis vesci; » quod alii credunt, &c.

Probat deinde hunc gentium errorem putantium animas comedere & bibere, ex Commentariis nostri Patris Antonii de Govea modò hujus Sinensis Viceprovinciæ moderatoris. Item ex Concilio Eliberitano. Ex S. Augustino Serm. de sanctis, ut habetur in lectionibus in festo Cathedræ S. Petri, *miror quosdam infideles, &c.*

Huic tertiæ responsioni R. Patris ref-

Digitized by Google

pondeo R. Patrem petere à nobis rationem propter quam prohibitio illa manavit ab Episcopo D. Didaco Valente, & tamen ipsemet rationem assignat, ut patet. Sed in eâ ratione assignandâ, ostendit se nullam facere distinctionem inter sectas quæ apud Sinas hodiè vigent, sed Sinenses omnes promiscuè impugnare, quod non potest non confusionem parere, sicuti R. P. scribit dicens *ò ya que las offertas se haçian a los mismos difuntos como ellos las haçen, o ya que las almas comen y beven como otros crean.* Ex quibus verbis clarissimè patet R. P. impugnare Sinensium cæremonias, ea propter, quia Sinenses putant animas post separationem à corpore, & bibere & comedere, verùm R. P. debuisset advertere non omnes Sinenses hoc errore infectos esse, sed eo solùm illos laborare, qui idolorum sectas profitentur; qui verò literatorum Scholam sequuntur, munera ista suis progenitoribus mortuis offerunt, ad illorum recolendam memoriam, & ut grati animi officium ostendant erga illos, à quibus ipsi vitæ hujus exordium acceperunt. Propterea Christianus Licentiatus *Chù vi chim*, in aureo illo libello *chim min lio xuè*, sic ait:

Obedientia erga parentes in hoc con-

» sistit, viventibus illis defertur obse-
» quium, & ad vitam sustentandam præ-
» bentur necessaria, illis mortuis offerun-
» tur munera ad illorum recolendam me-
» moriam. Nam cibus & potus res sunt
» quæ ad vivos homines pertinent, & ad
» materialem corporis figuram. In morte
» verò corpus abjicitur, & solummodò
» remanet spiritus qui jam à fame & siti
» liber existit. Ut quid igitur necesse est,
» tam accuratè & diligenter munera illa
» pro mortuis præparare? Quæ postquam
» exposita fuerint tandem in viventium
» ora & ventres ingrediuntur? An for-
» tasse ex illis quidquam pervenit ad de-
» functos? Minimè quidem: & tamen
» munera ista datâ operâ præparantur, ut
» filii & nepotes progenitoribus mortuis
» obsequia præstent, ac si vivi existerent,
» iisque qui vitâ sunt functi, sic serviant,
» ac si præsentes adessent, &c. Verba
hæc sunt hominis Christiani, & inter Si-
nas doctissimi, qui librum illum compo-
suit propter concives & populares suos,
Sinensibus doctrinis excultos, atque adeò
secundum illorum mentem loquitur. Alio-
quin illorum risui sese exponeret, si alio
modo parentalium cæturam explicaret;
Sinica illius verba sic aiunt. . . .

Quæstio quam modò agitamus, est de

Cumfucianis cæremoniis, & de parentalibus ſecundùm Scholam literatorum; non autem de ſuperſtitionibus idololatrarum, qui ſuos ritus & cæremonias inficiunt, & conſpurcant deliriis Bonziorum. Et propter hæc D. Didacus Valens prohibuit Macaenſibus illas ſupra mortuorum ſepulturas fieri.

Reverende Pater, totum hoc Sinicum regnum ſuperſtitionibus plenum eſſe, quis dubitat, propter mixtionem ſectarum Idola colentium, & Atheïſmum, quia ex Literatis prodiit etiam ſecta Atheorum, quæ multos aſſeclas habet. Ex hac igitur mixtione factum eſt, ut multi omninò neſciant quid tenendum, quid ſequendum, & modò ad unam, modò ad aliam idolorum ſectam recurrentes, omnia ſuſque deque confundant. Sed non ſequitur propter hoc, quod Literatorum ſecta omninò ſit abolita, eum hodiè in multis familiis integra perſeveret, cujus rei teſtimonium illud ſit, quod aliquæ familiæ, quando parentalia agunt, januis domorum ſchedulas affigunt, in quibus ſcriptum eſt. *In hac domo non aguntur cæremoniæ idolorum, pú him fe ſu*, & hoc non ſolùm ad oſtendendum in eâ domo non exerceri cæremonias idolorum, ſed ne conſanguinei & familiares Idola colentes, ea ve-

lint offerre munera, quæ apud idololatras sunt in usu.

Neque hîc vim habet id quod R. P. in principio suæ declamationis dicit, *cæremonias istas esse vitiatas, atque adeo desciviſſe à suâ primævâ institutione.* Non enim ita contigit. Nam ut idem liber *Chim min lio xue* ait. *Literati omninò prohibent sectas idolorum, & præteritis annis in quatuor Provinciis regni Sinarum irridebant sectas hasce, & hodie multæ domus Mandarinorum nihil prorsùs credunt sectis illis, nec ritus & cæremonias idolorum observant.* Verba Sinica sunt. . . . paulò post sic ait. *Hoc autem quod plebs peragit ritus idolorum observando, nihil aliud est quam perversam sive hæreticam sequi doctrinam. Nec mirum admodùm videri debet. At eos, qui Literatorum pileos & togam gestant, eam sequi, & eorum societatibus adhærere* (hoc quidem mirum) *quomodo isti non offendunt præclaram doctrinam, quam deberent profiteri, &c.*

Præclaram doctrinam vocat Scholam Literatorum; sectam verò idolorum perversam & hæreticam vocat. Ex quibus benè intelligi potest quàm longè distent inter se hæ duæ sectæ. Qui igitur putant animas separatas à corpore, edere & bibere, huc illucque vagari, idolorum sectam

sectam sequuntur ; qui verò parentalia agunt, muneraque illa præparant & offerunt in signum grati animi, & ut mortuis progenitoribus obsequia præstent, illorum venerantes memoriam, eodem modo iisdemque muneribus, sicuti cum illi viverent venerabantur, hi quidem dogma Literatorum sequuntur.

Propterea R. P. quando dicit in illâ prohibitione D. Episcopi Macaensis de non apponendis muneribus super defunctorum sepulchra. *Porque los Chinos viendo aquellas offertas nò pensassen que los Christianos sentian ò entendean lo que ellos, &c.* Debuisset addere, ne Sinenses qui idolorum sectam profitentur ; non autem dicere de omnibus Sinensibus promiscuè & in communi. Cum duæ istæ sectæ Literatorum & idolorum, tam longè inter se distent, & ab invicem separentur, nec solùm inter se differentes existant, sed Literati adeò proscindant sectam idolorum, ut illam tanquam humano generi maleficam eliminent & ejiciant. Propterea Commentatores classici libri *śú xu* comparant sectam idolorum cum tribus aliis pessimis sectis, quæ aliquando inter Sinas viguerunt, dicuntque sectam idolorum esse omnium pessimam & hominibus noxiam. Sic enimait Commentator *Chim çú. Da-*

lint offerre munera, quæ apud idololatras sunt in usu.

Neque hîc vim habet id quod R. P. in principio suæ declamationis dicit, *cæremonias istas esse vitiatas, atque adeo desciviſſe à suâ primævâ institutione.* Non enim ita contigit. Nam ut idem liber *Chim min lio xue* ait. *Literati omninò prohibent sectas idolorum, & præteritis annis in quatuor Provinciis regni Sinarum irridebant sectas hasce, & hodie multæ domus Mandarinorum nihil prorsùs credunt sectis illis, nec ritus & cæremonias idolorum observant.* Verba Sinica sunt. . . . paulò post sic ait. *Hoc autem quod plebs peragit ritus idolorum observando, nihil aliud est quam perversam sive hæreticam sequi doctrinam. Nec mirum admodum videri debet. At eos, qui Literatorum pileos & togam gestant, eam sequi, & eorum societatibus adhærere* (hoc quidem mirum) *quomodo isti non offendunt præclaram doctrinam, quam deberent profiteri, &c.*

Præclaram doctrinam vocat Scholam Literatorum; sectam verò idolorum perversam & hæreticam vocat. Ex quibus benè intelligi potest quàm longè distent inter se hæ duæ sectæ. Qui igitur putant animas separatas à corpore, edere & bibere, huc illucque vagari, idolorum sectam

sectam sequuntur ; qui verò parentalia agunt, muneraque illa præparant & offerunt in signum grati animi, & ut mortuis progenitoribus obsequia præstent, illorum venerantes memoriam, eodem modo iisdemque muneribus, sicuti cum illi viverent venerabantur, hi quidem dogma Literatorum sequuntur.

Propterea R. P. quando dicit in illâ prohibitione D. Episcopi Macaensis de non apponendis muneribus super defunctorum sepulchra. *Porque los Chinos viendo aquellas offertas nò pensassen que los Christianos sentian ò entendean lo que ellos, &c.* Debuisset addere, ne Sinenses qui idolorum sectam profitentur ; non autem dicere de omnibus Sinensibus promiscuè & in communi. Cum duæ istæ sectæ Literatorum & idolorum, tam longè inter se distent, & ab invicem separentur, nec solùm inter se differentes existant, sed Literati adeò proscindant sectam idolorum, ut illam tanquam humano generi maleficam eliminent & ejiciant. Propterea Commentatores classici libri *ſú xu* comparant sectam idolorum cum tribus aliis pessimis sectis, quæ aliquando inter Sinas viguerunt, dicuntque sectam idolorum esse omnium pessimam & hominibus noxiam. Sic enimait Commentator *Chim çú. Da-*

Digitized by Google

mum & maleficentia yam & me, (*yam & me* duo fuerunt Sinenſes, qui duas malas ſectas invexerunt in regnum) *pejus fuit illo damno, quod atulit* xin han (auctor etiam multorum malorum fuit) *damnum verò quod infert ſecta idolorum* Fe *adhuc pejus eſt damno duorum illorum hominum* yam & me. Ita hic Commentator. Eadem refert alius Commentator *yam xi*; ex quibus patet, quàm differens ſit Secta Literatorum à Sectâ idolorum. Et ex his etiam ſumitur reſponſio ad auctoritates ſuprà à R. P. allegatas. In his enim ſermo eſt de his qui conveniunt cum ſectâ idolorum, qui omnes putant animas comedere, & bibere, vel quid ſimile, quod non profitetur Literatorum ſecta.

Quartam etiam reſponſionem ſuperad-
» dit R. P. ſic dicens, lo 4°. ſi eſte nego-
» cio no tuviera mayor difficuldad, que
» la que declara el argomento (que es
» ninguna) en la junta de kia tim (*par-*
» *va Civitas eſt in Provincia Nanchinenſi,*
» *in quâ Patres Miſſionis Conventum ege-*
» *runt ad aliqua dubia enodanda*) nò
» huviera diſconveniencia como hubo,
» ſegun referio el R. Padre Gabiani
» (imo nò era materia de junta) luego
» algo mas hay. 4°. Si nulla major fuiſ-
» ſet difficultas, quàm quæ in ipſo argu-

Digitized by Google

mento apparet, quæ sanè nulla est, de « illo congressu Kiatinensi, non fuisset « sententiarum ac judiciorum ea discre- « pantia, quam fuisse refert Pater Gabia- « ni: Imo non erat materia congressus. « Est igitur aliquid amplius, &c. «

Respondeo res illas quæ difficultatem non habent argumentis non indigere ad sui elucidationem, cum per se pateant, quando verò argumentis utimur, clarum est difficultatem aliquam interesse, quæ tandem argumentis agitata solvitur. Propterea non possum non mirari quomodo R. P. possit dicere *que la difficultad que declara el argumento es ninguna*. Si nullam præfert argumentum difficultatem, id est, nullam argumentum vim habet, contra id quod R. P. affirmat, atque adeò nullam præ se ferre difficultatem contra R. P. cur igitur quatuor adhibet responsiones ad illud solvendum, nec tamen solutionem attingit, ut patet ex supra dictis?

Quod verò R. P. refert de Conventu Kiatinensi à nostris habito (quamvis non ita sicuti refertur à R. P. contigerit discussio illa casuum & dubiorum à nostris habita; nec P. Dominicus Gabiani illam proposuit, sicuti R. P. proponit) dico tamen ex hoc ipso posse R. Patrem intel-

Digitized by Google

ligere materias istas controversas, vel antequam RR. PP. in hanc missionem pedem intulissent, fuisse agitatas, & discussas. Item à summis Romanæ Curiæ Theologis, & aliquibus Illustrissimis Episcopis examinatas & aliqua etiam coram summo Pontifice disputata fuisse; & his omnibus præmissis, tandem statutam praxim, quam nostri Missionarii sequuntur. Quando igitur difficultates in aliquâ sententiâ inveniuntur, si argumentorum & rationum vi dissolvantur, tunc sententiæ illius veritas magis elucescit. Non negamus difficultates in his controversiis inveniri, sed dicimus difficultates illas solubiles esse, hisque solutis sententiam inoffenso pede, sequi possumus, sicuti fecerunt Patres in Kiatinensi conventu, &c.

Ad illud autem quod R. P. subdit *(imò nò era materia dejunta.)*

Respondeo me nescire ad quod referatur illa propositio, *(no era materia dejunta,)* nam si res istæ non erant materia proportionata, quam Patres in illo conventu tractare debuissent: ergo Patres illi juxta sententiam R. P. malè convenerunt & malè egerunt de illis materiis tractando. Sed hoc mirum valdè est, cum R. P. in Conventu anno præterito in hac Can-

Digitized by Google

tonienſi Metropoli habito, iſta prolixè tractaverit, & de his ſatis amplam diſputationem contexuerit, quâ nos evocat ad reſpondendum & tractandum. Et tamen dicit (*no era materia de junta.*) Verùm poteſt etiam verbis alius ſubeſſe ſenſus (*no era materia de junta,*) id eſt, definitio illarum rerum, non erat materia definibilis per Conventum illum, ſed definitio illa ad majus Tribunal pertinebat. Totum hoc R. Patri concedere poſſum. Sed cum ita ſe res habeat, & ita R. P. ſentiat, quare modò ſuâ hac declamatione tam inſtanter poſtulat à nobis definitiones iſtarum controverſiarum, cum ſentiat iſtarum rerum reſolutionem & definitionem non poſſe à particularibus Doctoribus dari? Certè vult illas à nobis elicere, non ut ſequatur, ſed ut illas perſtringat. Verùm cum R. P. neque illas definiendi auctoritatem habeat ut potè particularis Doctor, utrimque juxta ſententiam R. P. tempus teretur ſine ullo profectu.

Articulus XI.

Afferuntur teſtimonia quædam.

IN §. 36. confirmat R. P. ſententiam quam tuetur neſcio quo ſcripto à P. Bartholomæo Roboredo firmato, ſic enim ait lo 5°. los R. P. Patres miniſtros antigos, muy coçidos y verſados en los libros Sinicos, y coſtumbres, por eſpaçio de 40. años, no permitieron a los Neophitos honrar a ſus difunctos y progenitores, como lo eſcrivio de ſu letra y firmò de ſu nombre el P. Roboredo del coll. Macao, en Manila el año de 1637. en un papel que entregò a Dom Lorenço Laço Maeſtro de Campo del Terço de aquellas Iſlas: luego Señal clara eſt, que en eſto ſe enſierra mucho mas grave difficultad, que lo que conclue el argumento pueſto, con ſus confirmaçiones. Deſta manera diriamos, que en todos aquellos años havian çerrado la puerta a muchas almas lo qual ni preſumire levemente de ſantos, y tales Varones es licito, ni tan poco lo es de ſoſpechar, havian de reparar, ni poner la proa en coſa que no importaſſe mucho.

Digitized by Google

Reverendi Patres antiqui hujus Miſ- «
ſionis operarii in libris Sinicis evolven- «
dis dignoſcendiſque moribus diu mul- «
tumque verſati per annos 40. & am- «
plius, non permiſere Neophytis ſuis ut «
defunctos progenitores colerent. Atque «
hujus rei teſtimonium propriâ manu «
ſcriptum & appoſito nomine confirma- «
tum anno 1637. P. Roboredus Macaen- «
ſis Collegii Manilæ tradidit clariſſimo «
viro Laurentio Laço Hiſpanorum mili- «
tum in Philippinis Inſulis Tribuno. «
Quod ſanè indicium eſt non leve longè «
plus in eâ re difficultatis eſſe quam ex «
allato argumento atque ejus confirma- «
tionibus intelligitur. Secus enim dice- «
remus per hoc totum temporis ſpatium «
eos æternæ ſalutis aditum innumeris «
hominibus occluſiſſe; quod profectò «
non licet de tot ac tantis viris levi de «
cauſa præſumere. Sed neque ſuſpicari «
quis poteſt eos tantoperè laboraſſe & «
tantam animi contentionem adhibuiſſe «
in eâ re, quæ nullius eſt momenti. Huc «
uſque paragraphus 36. «

Reſpondeo in hoc 36. §. adhuc 5°. im-
pugnari argumentum illud, quod R. P.
dicit nullam continere difficultatem, ſic
dicens, (*que la difficultad que declara el*
argumento es ninguna;) & tamen quin-

quies ab illo impugnatur, invalidè tamen. Dico igitur, si auctoritates, quibus R. P. sententia nititur, huic citatæ auctoritati sunt similes, sententiæ probabilitatem valdè nutare. Nam auctor quem citat, mecum unà ex India discessit, Macaumque appulimus quarto nonas Augusti anni 1636. vix mense exacto, Macao discessit; ad redimendum P. Albertum Mitiski, ab Hollandis captum; posteà à Japonensibus propter fidem interfectum. Macaum verò rediit, circa finem ejusdem anni, & paulò post in Philippinas discessit. Ex quâ R. P. Roboredi peregrinatione, benè quisque intelligere potest, quàm brevis fuerit mora istius Patris Roboredo in Civitate Macaensi. Quomodo is potuit dare talem notionem de antiquioribus Patribus dicens per 40. omnes antiquiores Patres haud permisisse à Neophytis Sinis fieri politicas istas cæremonias erga defunctos, nisi R. P. Roboredus ex suo cerebro talem euderit? Sicuti etiam absona alia multa cudit. Deinde eo ipso tempore, quo ille moram fecit in Civitate Macaensi, nullus in Collegio aderat ex Patribus Missionariis Sinensibus, qui talem informationem illi dare potuisset. 3°. Schedula illa quam iste P. Roboredus tradidit D. Laurentio Laço Militum Tri-

Digitized by Google

buno, ob quem finem ei Domino tradita fuit? An ut Judici istarum controversiarum? Minimè quidem: ergo probabiliter illi tradita fuit, ut per illius manus in alteras perveniret. Sed non opus est tem hanc hîc discutere; solummodò scire oportet P. hunc Roboredum, cum is inventus fuerit minùs habens, à nostrâ societate dimissum fuisse, ex quo etiam patet quàm infirmum sit testimonium ab homine expulso datum, & omni carens probabilitatis fundamento.

A simili etiam homine, expulso à nostrâ societate Ignatio Lobo, R. P. F. Joannes Baptista de Morales propter sincerum Religiosi animi candorem, deceptus fuit; nam Macai percontatus à R. P. quam ob causam à Societate fuisset ejectus, respondit non ob aliam causam, nisi quia opinionem sequeretur RR. Patrum circa cæremonias defunctorum; ab hoc etiam expulso scriptam accepit R. P. Joannes Baptista benè longam notitiam, in quâ testabatur expulsus se non ob aliam causam fuisse ejectum, nisi quia cæremonias istas exosus erat; & hoc testimonio, tanquam veritati consono, R. P. Joannes Baptista utebatur, cum perstringeret coram aliis, Societatis Missionariorum praxim.

Verùm ne sistamus tantummodò in tes-

timonii invaliditate duorum expulsorum, dico Patres nostros Missionarios nunquam interdixisse usum politicum exequiarum Sinensibus ad fidem conversis, & hoc ab initio prædicationis Evangelii in hoc regno: interdixisse tamen superstitiosum exequiarum usum, qui ab Idolorum sectis ortum ducit, neque antiquiores Missionarii, & recentiores inter se unquam discrepatunt, in hac politicâ exequiarum cæremoniâ, adeò ut schedula illa, sive syngraphum P. Bartolomæi Roboredi non possit non mirum videri, ut potè tam crasso mendacio fundatum. Si autem ille dixisset antiquiores Patres interdixisse Christianis superstitiosas exequias, quas sectarii Idolæ colentes peragunt, verum quidem dixisset; sed has etiam, eodem modo prohibent recentiores Patres, neque in hac re inter utrosque adest discrepantia ulla. Igitur politicos Sinensium ritus admittimus, sicuti & qui politicum redolent cultum, vel ad illum reduci possunt; superstitiosos verò rejicimus & eliminamus.

In §. 37. ex testimonio supra allato P. Roboredi, confirmat & approbat praxim quâ Reverendi Patres utuntur, sic dicens, *y en este hecho, y con esta pratica honesto yo lo que los nuestros praticaron, pues si-*

guieron tan grandes exemplares, aun antes de tener noticia los ubieſſe, &c. Atque ex eo facto facile eſt noſtrorum hominum praxim defendere, cum tantorum virorum exempla ſecuti ſunt, etiam antequam ea cognoviſſent, &c.

Reſpondeo inter homines neminem eſſe, qui poſſit non cognita exemplaria ſequi & imitari, quomodo igitur *ſiguieron tan grandes exemplares, antes de tener noticia los ubieſſe.* Deinde ſi talia exemplaria nunquam extiterunt, ut probatum eſt, quomodo quis illa poterat imitari? Deinde R. P. verbis illis *aun antes de tener notitia los ubieſſe* inſinuat RR. Patres Ordinis Prædicatorum neſciſſe Patres Societatis inter Sinas verſari, quando ipſi in hoc regnum primò pedem intulerunt; ſed contrarium conſtat ex hiſtoriâ Provinciæ Roſarii Manilanâ. Primus namque ex Religioſis Ordinis Prædicatorum, qui in Provinciâ *Fo Kien* ſacrum cæpit Evangelium prædicare anno 1632. fuit R. P. Fr. Angelus Coqui Florentinus, qui in oppido *Fongan* ejuſdem Provinciæ invenit decem Chriſtianos à P. Julio Aleni noſtræ ſocietatis baptizatos, ex quibus duos elegit, qui Cathechiſtarum officio fungerentur, eo ipſo tempore cùm P. Aleni, & coram, & li-

teris familiariter egit. Ex quibus patet Religiosos Ordinis Prædicatorum, numquam Patrum societatis notitiâ carere potuisse lib. 2. hist. Provinciæ Rosarii cap. 40. & 41. Neque ad hunc locum pertinet ingressus in Sinarum regnum RR. Patrum Joannis de Castro Provincialis, & Michaëlis de Benavidés posteà illustrissimi Episcopi, nam hi postquam multos sunt perpessi labores, paulò post re infectâ à Sinis in Manilam dimissi sunt lib. 1. c. 29. ejusdem historiæ.

Confirmat deinde R. P. testimonium P. Roboredi (quod à veritate alienum esse probavi) auctoritate P. Joannis » Adam Schall, sic dicens, loqual confir- » mo con una carta que el M. R. P. Juan » Adamo escrivio al P. F. Timotheo de » S. Antonino Vicario de *Lan Ki* por los » años de 59. donde dice. *Aunque lo que* » *VV. PP. han siguido es lo mas probable* » *y seguro; pero otro tambien es probable,* » *y conviene seguirse a hora.* Quien puede » pues condenar nuestra pratica opinion, » &c. Quod & confirmatur auctoritate » Patris Joannis Adami qui scribens ad » P. Fr. Timotheum à sancto Antonino » Vicarium Lankiensem circa annum » 1659. planè sic habet. *Quanquam illud* « *quod hactenus Paternitates vestræ secutæ*

Digitized by Google

ſunt, & magis probabile eſt & tutum, «
noſtrum tamen probabilitate non caret, «
atque omninò illud ſequi convenit. Quis «
poteſt praxim noſtram ac ſententiam «
deinceps damnare? «

Reſpondeo, quoniam R. P. tetigit «
auctoritatem R. P. Fr. Timothei de «
S. Antonino, antequam directè reſpon- «
deam huic confirmationi: Ego quoque «
non poſſum non afferre teſtimonium ejuſ- «
dem R. Patris Timothei, ſic enim ad me «
ſcripſit circa annum 1660. Todos nue- «
ſtros Patres entienden que el modo de «
convertir los Chinos a nueſtra ſanta «
Religion, es la praxi, que ha tenido, «
y haſta a hora tiene la Compania, y ſi «
al principio huvo diferente pareçer en- «
tre los nueſtros primeros Padres, eſto «
no fue por mala intençion, ſino por «
mala informaçion que algunos dieron a «
los Nueſtros, mas a hora con la eſpe- «
rienciá tenemos alcançado, y quaſi tóc- «
cado con manos la verdad de eſtas con- «
troverſias, y aſſy juzgamos que no hay «
otro modo para la converſion de los «
Chinos, ſino loque uſan VV. PP. y la «
raçon miſma pide, que nos ſiguamos «
las piſadas de nueſtros Anteſignanos «
(aunque dos Padres de los antigos que- «
dan dudoſos) y aſſi de aqui por ade- «
lante yo no ſolo tengo de ſiguir las «

» opiniones y praxi de la Compagnia,
» sino que pido à V. P. con mucho enca-
» reçimiento me embie su modo y praxi
» para tratar con los Christianos y con-
» vertir los Gentiles Chinos, y a un el
» Calendario de las fiestas, para ser con-
» forme en todo con lo que hace V. P.
» Nostri Patres omnes jam intelligunt
» rationem optimam adducendi Sinas ad
» sanctam nostram fidem, positam esse
» in eâ praxi quam secuti sunt atque etiam-
» num sequuntur Patres Societatis. Quod
» verò aliud senserint qui primi ex No-
» stris hanc Domini vineam excoluere,
» istud profectò tribui animo malo non
» debet, sed falsæ ac malæ informationi
» ab aliquibus datæ. Sed nunc quidem
» experientia nos docuit & quasi mani-
» bus contrectandum præbuit quid esset
» de his controversiis sentiendum. Quare
» jam nobis videtur aliam prorsus non
» esse viam ad Sinarum conversionem,
» præter eam quam nobis Paternitates
» vestræ præmonstrarunt. Et verò ipsa
» ratio postulat ut nostrorum Antesigna-
» norum sequamur vestigia, quanquam
» duo sint ex antiquis Patribus qui du-
» bii etiamnùm & perplexi hæreant.
» Atque ego quidem non solùm senten-
» tiam Societatis ac praxim sequendam mi-
» hi proposui, sed etiam à V. P. enixè peto

ac postulo, suam ut praxim me do- ce
ceat & rationem sive cum Christianis ce
agendi, sive Gentiles Sinas ad fidem ce
adducendi descriptam ad me mittat, ce
cum Calendario festorum, ut in omni- ce
bus illud sequar quod à Vestrâ Pater- ce
nitate fieri intelligam. ce

Huc usque R. P. F. Timotheus, qui similem etiam epistolam misit ad P. Antonium de Govea, tùm Focheanæ, modo Cantonensis Ecclesiæ Superiorem. Ad me datam epistolam Romam misi ad N. R. P. Generalem Societatis, in signum lætitiæ, quia jam cessantibus disputationibus, rem Christianam in dies majus augmentum capturam esse sperabamus. Noster verò Pater Antonius de Govea ad se missam epistolam diligenter servavit. Has Epistolas R. P. Timotheus uni vel alteri ex suo Ordine Religioso ostendit, ut ipsemet Religiosus R. P. F. Dominicus à S. Petro testatus est.

Huic R. P. F. Timothei testimonio, alterum R. P. Fr. Dominici Coronato addere maximè consentaneum existimo. Igitur R. P. Coronatus dum *Xantſim* Provinciam peteret, transiit per Civitatem *Sũ cheũ* Provinciæ *Nam Kinenſis*, sive ut Tartari modò volunt, Provinciæ *Kiãm nãm*, ex quâ epistolam ad

me misit, charitate suâ non minùs, quàm humilitate memoriâ dignam. Nam inter cætera, sic habet. *Holgarao de verme con V. P. para conferir algunas cosas controversas, porque pare mi, mas vale el parecer de V. P. que todas las raçones que se allegan en contrario. Nihil mihi potest gratius accidere quàm si Paternitatem Vestram videro, atque egero cum eâ de rebus aliquot controversis. Nam mihi quidem videtur anteponendam esse vestram sententiam iis omnibus quæ in contrarium afferuntur.*

Huc usque P. Coronatus. Qui R. P. ex illâ eâdem Civitate similem misit epistolam Patri Francisco Rougemont nostræ Societatis, quæ ipsa usque in hodiernum diem conservatur.

Duobus his sacrorum hominum testimoniis, tertium boni Christiani *chõ* Lini, de quo suprà memoriam fecimus, addere quoque licet. Hic anno 1661. mense Julio in Metropolim Civitatem Provinciæ *Chè Kiãm*, *Hâm cheũ f'u* dictam venit; in quam etiam Civitatem per id tempus ad aliqua peragenda negotia me contuleram: hic, inquam, Linus coram multis inter quos aderant etiam aliqui Gentiles, mihi gratulatus est unionem RR. Patrum cum nostrâ Societa-

te, & quia sæpiùs eadem repetebat coram omnibus, nullo habito Christianorum vel Gentilium discrimine, rogavi illum ut ab his sermonibus abstineret, sed mihi respondit; *Sinat V. R. ut unio hæc omnibus innotescat, ut intelligant omnes professionem Christianæ Religionis non impedire politicos defunctorum ritus, quâ causâ, homines ab eâ profitendâ absterreri usque modò experti sumus*, quæ testimonia, si modò velimus conferre cum his quæ R. P. scribit, vel alii sentiunt, maximam inter se difformitatem habere videntur, nec supradictis conveniunt testimoniis, sed non debet hoc mirum esse, cum hominum opiniones & temporum varietate, & intercurrentibus occasionibus sæpè mutentur; sed tamen in omnibus animarum lucra & majorem Dei gloriam semper quærere debemus.

Respondeo igitur directè ad Confirmationem R. Patres concedendo totum, quod P. Joannes Adamus scripsit R. Patri Timotheo. Non possum tamen non expendere verba, quæ R. P. subtexit, sic dicens, *quién podrà pues condenar nuestra pratica opinion?* Dico igitur neminem è nostra Societate unquam condemnasse practicam opinionem VV. PP. nam bene novimus nostram opinio-

nem non esse demonstrationem, sed se se continere intra limites opinionis probabilis. Opinio verò sicuti suprà diximus, cum sit ex Aristotele assensus alicui propositioni cum formidine partis oppositæ, qui opinionem sustinet, semper debet relinquere oppositam opinionem in suæ probabilitatis statu, propterea dixi neminem è Societate condemnasse opinionem VV. PP. cum igitur sententia & opinio RR. Patrum non sit demonstratio, certè sperandum erat ut RR. Patres par pari referrent, & non adeò insurgerent contra Societatis praxim, tanquam eam, quæ permittat & doceat superstitiones, & quod Christum Crucifixum non prædicamus. Saltem in historiâ Manilanâ Provinciæ Rosarii ista leguntur. El P. F. Angel de » S. Antonino hallò muy poca noticia, » entre los pocos fieles que hallò en el » Reyno, porque los Ministros del Evan» gelio (que eran los Padres de la Com» pagnia) esperavan para darsela mayor, » à que fuessen mas adultos en la fe, por » pareçerles Dios crucificado; y muerto » (Nocado duro para principiantes) nò » porque non le don noticia del, quando » los catechizan; sino porque despues nò » les tratan mas deste misterio, ni les

muestran el señor crucificado, &c. lib. « 2. cap. 41. fol. un. «

Pater Angelus de S. Antonino pau- « cos omninò Christianos invenit in Si- « nensi regno, eosque valdè rudes. Nam « Evangelii Ministri, Patres nimirùm « Societatis, pleniorem mysteriorum legis « Christianæ notitiam differebant in illud « tempus, quo Sinæ magis adulti forent « in fide. Durum quippe videbatur Deum « crucifixum & mortuum incipientibus « proponere non quod illius aliquam no- « titiam non darent, cum eos erudirent; « sed quod posteà de eo mysterio sile- « rent prorsus, neque Dominum cruci- « fixum iis ostenderent, &c. lib. 2. cap. « 41. fol. 271. «

Quæ verba si vellemus expendere, multa essent dicenda, sed Deus, illi parcat, qui talia scripsit, sine profectu, sine ædificatione, ne dicam sine charitate, cum mendacium habeant pro fundamento. Dicit in regno Sinarum paucos esse Christianos, cum ipse tantum tunc temporis 1634. Oppidum *Fongũm* viderit, & tunc in Regno Sinarum in Provinciis, scilicet in quibus Societatis Patres degebant, numerabantur quadraginta & amplius Christianorum millia; quorum numerum P. Franciscus Hurtadus Vicepro-

vincialis anno 1635. misit ad P. Emanuelem Diaz Visitatorem Japoniæ & Sinensis Provinciæ Macai commorantem, additis gradibus Baccalaureorum, Licentiatorum, & Doctorum, quibus Christiani aliquot fulgebant. Et eo ipso anno 1636. dum Macai degerem perlegi Supradictum Christianorum catalogum. Dicit R. P. nostros Missionarios post peractum Catechismum, numquam Christianis verba facere de Passione Domini, nec illis ostendere imaginem Crucifixi. Bone Deus! unde R. P. Historicus ista corrasit tam à vero aliena, carpens interim suorum commilitonum famam, & bonum nomen illorum corrumpens? Sed non est hîc locus talia disputandi, solummodò dico, inter Mysteria Christianæ Fidei, fortasse nullum esse magis notum, quàm Mysterium Sacratissimæ Passionis, paucosque inveniri ex fervent ibus Christianis, qui sacram Christi crucifixi imaginem intra domesticos parietes non colant. Tot Congregationes sub titulo Dominicæ Passionis erectæ, quarum sodales singulis sextis feriis ante sacram Christi è cruce pendentis imaginem, sacrum & concionem audiunt, deinde benè longam & acerbam sumunt flagellationem, sunt ne ista hominum,

qui paruam vel nullam notitiam habeant de Passione Domini ? Omitto reliquas mortificationes catenularum, ciliciorum, jejuniorum, in honorem Dominicæ Passionis, susceptas, adeò ut in aliquibus locis aliqui vitam alant pœnalia ista instrumenta vendendo. Et tamen commilitones habemus, qui dicunt, *pues acabado el catechismo, nose le trata mas desta materia.* Sed tamen hoc Deus permittit, ut veritas magis eluceſcat, & Missionarii in re Christianâ promovendâ solertiores existant: sed ad alia transeamus.

Este punto trata con la elegançia « que los demas el P. Becano lib. 1. de « sus contr. c. 5. cuyo titulo es, *de Ju-* « *dice controversiarum.* De donde solo « me aprovecho al presente del primero « caso que trae en el 5. argumento. *Al* « *principio de la Yglesia huvo eontrover-* « *sia sobre si los que se bautizavan se-* « *pudian saluar sin la Circoncision, ò nò,* « *unos dezian que nò, S. Pablo, y S.* « *Barnabe que si. Act.* 15. 1. *Esta duda* « *muy bien la pudiam resoluer los dos* « *Santos que eran Apostoli & Prophetæ* « *& Doctores Act.* 13. 1. *Ambo à Spi-* « *ritu sancto specialiter delecti, ut Evan-* « *gelium Gentibus prædicarent Act.* 13. «

» 2. *Neuter voluit hoc officium usurpa-*
» *re : ut sua exemplo docerent, hujus-*
» *modi Controversias quæ fidem & reli-*
» *gionem concernunt ad ordinarios Eccleſiæ*
» *Prælatos, vel ad Concilia Prælatorum*
» *deferri oportere. Y aſſi acudieron de una*
» *y otra opinion à Jeruſalem.* Loqual con-
» firma con otros 12. exemplares. Y Ur-
» bano VIII. le manda aſſi expreſſamente
» en ſu Bullâ. Y es lo miſmo que eſta
» decretado, y mandado por otros mu-
» chos Pontifices, como lo vera el que
» guſtarè en la ſumma Conciliorum,
» y los doctos lo tiendran viſto tiem-
» po ha.

» Iſtud argumentum eleganter ut cæte-
» ra atque eruditè pertractat. P. Becanus
» l. 1. Controverſ. c. 5. Cujus titulus
» eſt *de Judice Controverſiarium.* Unde
» illud tantùm nunc deſumo, quod ha-
» bet in quinto argumento. *In Eccleſia*
» *primordiis quæſitum eſt, utrum qui bap-*
» *tizabantur, ſalutem æternam conſequi*
» *poſſent abſque Circumciſione. Poſſe aje-*
» *bant S. Paulus & S. Barnabas, ne-*
» *gabant alii Act.* 15. 1. *Et quanquam*
» *dubitationem iſtam ſolvere hi duo ſancti*
» *poſſent, quippe qui erant Apoſtoli &*
» *Doctores, &c. . . . . Quare aſcenderunt*
» *Paulus & Barnabas & quidam alterius*

Digitized by Google

opinionis ad Apostolos & Presbyteros in Je- «
rusalem super hac quæstione. Act. 15. 2. «
Quod Becanus confirmat exemplis aliis «
duodecim. Hoc ipsum expressè jubet «
Urbanus VIII. in Bullâ, atque idem «
à multis aliis summis Pontificibus sta- «
tutum ac decretum est, ut videri po- «
test in summa Conciliorum & jamdu- «
dum à viris doctis est annotatum. «
Huc usque R. Pater. «

Respondeo me suprà dixisse in dis-putationibus & argumentis requiri cohæ-rentiam dictorum, alioquin discursus multis erunt difficultatibus obnoxii, si-cuti modò accidit in citatis auctoritati-bus: Cum enim auctoritates adducantur ad confirmandas assertiones quæ propo-nuntur, oportet ut auctoritates assertio-tionibus congruant. Quæ congruentia & cohærentia in hujus R. P. discursu, maximè desideratur. Nam ex his auctori-tatibus solùm probatur, quod contro-versiæ quæ fidem & religionem concer-nunt debent ab Ecclesiâ definiri, atque hoc Catholicus quisque concedit. Asser-tio verò R. Patris est, velle scire ratio-nes probabilitatis ejus sententiæ quam tuemur, quæ duo inter se connexionem non habent.

Quod si dicas auctoritates adductas

probare recursum à RR. Patribus factum ad Romanam Curiam convenientem & congruum fuisse, atque ad[illas] auctoritates prædictas referri, & congruentiam habere cum recursu ad Romanam Curiam, non autem cum illa inquisitione cognoscendi rationes nostræ probabilitatis. Respondendum est debuisse tunc à RR. Patribus proponi utramque sententiam, & suam & quam tuebatur Societas, & tunc auctoritates supradictæ cùm recursu ad Romanam Curiam cohærentiam haberent. Illi verò proposuerunt tantummodò ea quæ sibi visa sunt, in quibus multa sunt à vero aliena, sicuti suprà dictum fuit; nec relata aut audita fuit opinio, quam tuetur Societas, sicuti facer Purpuratorum Cætus dixit. *Sed quia Patres Societatis non fuerunt auditi.* Propterea nullam habent congruentiam dictæ auctoritates cum re quam disputamus, quod ipse R. P. bene intelligere potest ex ipsiusmet verbis ubi dicit. *Y assi acudieron de una y otra opinion à Jerusalem.* Sed Romæ audita fuit tantùm una pars, & propterea aliud decretum latum fuit à sacrâ Congregatione quando P. Martinus Martinius, nostram exposuit sententiam coram supremis illis sacræ Congregationis Theologis. Tunc enim potuit

tuit verificari, *y assi acudieron de una y otra opinion à Roma*, & non ante. Cum scilicet solus R. P. F. Joannes Baptista de Morales Sacræ Congregationi suæ quæsita proposuit. Atque ex his auctoritatibus & Bullâ summi Pontificis (R. P. non citat quo tempore & quâ occasione talis Bulla prodierit) Urbani VIII. & Conciliorum decretis benè potest intelligi, Missionarios Sinenses nostræ Societatis injuriam & calumniam passos fuisse, quia antequam hi fuerint auditi, & illorum causâ nondum expositâ, spargsum in vulgus fuerit Missionarios hosce permittere & docere superstitiones, nec prædicare Christum crucifixum: sed propter amorem ejusdem crucifixi libenter ista patitur Societas nostra.

ARTICULUS XI.

Solvuntur aliæ quædam objectiones.

38. §. PRosequitur R. P. impugnationem responsionum quæ à nostris datæ fuerunt in eo cœtu præteriti anni, sic ait. Tanbien se dixo que todas estas « cosas ya estavan miradas en Roma, « y las havia propuesto el P. Martino, «

» y nò obstante determinon la Congre-
» gacion lo y à arriba tratado : ergo &c.
» Respondo que delo trattado en el n.
» 30. consta lo que se propusò en Roma,
» y à lo que la Sacra Congregaçion res-
» pondio, haviendose puesto al princi-
» pio estas palabras. *Cum ex diversitate*
» *facti, &c.*

» Dictum etiam est ea omnia jamdiu
» Romæ discussa esse, atque à Patre Mar-
» tinio proposita, & nihilominus decre-
» tum à Sacrâ Congregatione illud quod
» suprà diximus : ergo, &c. Respondeo
» ex his quæ numero 30. retulimus,
» satis apparere quid sit illud quod Ro-
» mæ propositum est & ad quod Sacra
» Congregatio respondit, cum ea verba
» præfixerit. *Cum ex diversitate, &c.*

Respondeo argumentum supradictum maximam habere vim, nec in eo vim consistere, quod P. Martinius omnia proposuerit Sacræ Congregationi ; vim autem argumenti consistere in hoc, quod Sacram Congregationem nihil latuit de omnibus, quæ in his cæremoniis interveniunt, cùm ex informatione R. Patris Joannis Baptistæ de Morales, tum ex informatione P. Martinii, & post plenam & integram hanc informationem tulisse decretum illud, quod nobis attulit

P. Martinius. Atque adeò inconveniens esse novas alias dubitationes commovere contra latum Decretum.

Dices etiam: contra Decretum allatum à R. P. Joanne Baptistâ de Morales motæ fuerunt dubitationes; ergo par erit ratio si moveantur contra decretum à P. Martinio allatum.

Respondeo disparem esse rationem, nam Decretum à R. P. Joanne Baptista inaudita parte fuit latum, sicuti ipsamet Sacra Congregatio testatur, sed à P. Martinio allatum, id quidem latum fuit post auditas utrasque partes.

Putat deinde R. P. clausulam illam à Sacra Congregatione appositam, *cum ex diversitate facti*, contra nos militare, sed tantùm abest, ut contra nos militet, ut veritatem, quam defendimus confirmet, nam ea proposuit P. Martinius Sacræ Congregationi, quæ permittimus à Christianis fieri; quæ verò non permittimus Christianos operari, non proposuit, sed nec proponere debuit, & propter hanc causam omisit binas in anno cæremonias Cumfucianas, non quia superstitiosæ illæ sint, sed quia cum possint non solùm Christiani Baccalaurei, sed etiam Gentiles illis non interesse, suaserunt nostri antecessores PP.

Baccalaureis Christianis, ne illis interessent, ad evitandas erroneas conscientias. Cum enim illæ cæremoniæ primâ facie præferant nescio quid, quod superstitiosum censeri possit, à non intelligentibus illarum cæremoniarum substantiam, meliùs judicarunt suadere Christianis ne illis interessent, quàm eos incidere in ambages & anfractus dubiæ conscientiæ, à quibus difficulter sese extricare potuissent. Unde quod modò Christiani faciunt, & peragunt in suis cæremoniis, id ipsum est, quod proposuit P. Martinius. Quod factum diversum est ab eo facto, quod proposuit R. P. Joannes Baptista de Morales, in quo posuit multa valdè aliena à veritate cæremoniarum: ut illa sunt, *Cumfucium esse idolum*, *Literatos eum rogare ut ex ipsius meritis impetrent optimi ingenii felicitatem, sapientiæ & intellectûs.* Item *quod quicumque comederit ex Idolo hytis Cumfucii habebit progressum magnum in suis literis & gradibus*, & similia, quæ omnia non solùm gratis asseruntur, sed ut dixi, à vero sunt aliena, cum nec ex libris Sinensium probari possint, nec ex testimonio literatorum hominum. Et propterea factum Christianorum nostrorum à P. Martinio propositum, sacra

Digitized by Google

Congregatio permittit. Factum verò à R. P. Joanne Baptistâ propositum, negat fieri posse à Christianis; unde clausula illa (*cum ex diversitate facti*) confirmat nostrorum Christianorum factum, non autem illi contraria existit.

Prosequitur R. P. impugnationem testimonio P. Ignatii d'Acosta nostræ Societatis sic dicens, demas que el P. Ignacio d'Acosta que esta en gloria, Ministro antigo, y Prelado que fue desta Mission, dixo yendo à la Corte el anno de 65. que nò le pareçia bien lo que el P. Martinio havia propuesto à Roma: despues de algunas meses me dixò lo mismo orra persona grave. Luego puedo yo con fundamento dudar si por descuido, inadvertençia ò cosa semejante omitiò algunas cosas; o pudò engañarse en algo, ò con buena fè creer en algo à quien le ocultò la verdad.

Præterea P. Ignatius d'Acosta, qui jam cælesti gloriâ fruitur, antiquus hujus Missionis operarius atque etiam Præpositus, cum iret ad Curiam Sinensem anno 1665. dixit sibi non probari id quod P. Martinius Romæ proposuisset. Illud idem mihi ante aliquot menses à viro gravi dictum est. Pos-

» sum igitur ego jure dubitare num forte » P. Martinius vel per incuriam atque » inadvertentiam vel per aliquod ejus- » modi vitium res aliquas omiserit, aut » ipse erraverit in aliquâre, aut bonâ fide » crediderit aliquid illi, qui veritatem ip- » sum celaverit.

Respondeo huic instantiæ suprà jam satis plenè à folio 24. usque ad 27. responsum fuisse, sicuti & de veritate informationis P. Martinii etiam egimus, atque adeò non opus esse eadem illa hîc de novo repetere.

Finem imponit R. P. huic 38. paragrapho his verbis: y quando nada » desto haya, oy pregunto, si aviendo » loque queda referido en el n. 8. y » siguientes, ay algo de malo en ellos, » por lo qual no se pueda passar? Atque » his omissis jam rogo num iis, quæ nu- » mero 8. &c sequentibus relata sunt, » insit aliquid mali, propter quod tole- » rari non possint?

Respondeo in responsione §. 8. sequentium, omnia hæc explicata fuisse, nec opus est illa hîc ampliùs discutere.

39. §. Procedit deinde R. P. in hoc paragrapho ad convellendum argumentum ab alio à Nostris expositum. Sic enim » ait. *Otro dixo que para ser Idolo es ne-*

ceſſario ſe reconoſca en el dominium vitæ & necis, eſto no reconocen letrados Chinos en el Confucio, ni los Chinos en los defuntos: ergo &c. de donde infiriò, tambien, nò ſer ſacrificio loque à eſte, y aquellos ſe haçe en China.

Quia R. P. ſatis languidè hoc argumentum proponit, antequam referam illius ad argumentum reſponſionem, oportet primùm expendere vim & efficaciam hujus argumenti. Oportet igitur ſcire à R. hoc Patre dictum fuiſſe Sinas ſacrificium offerre Cumfucio, quod Noſter negans probabat non eſſe verum ſacrificium munera illa quæ Cumfucio offeruntur à Literatis. Sic enim argumentabatur. Sacrificium eſt oblatio Deo facta in ſignum ſupremi dominii vitæ & necis, ſed Sinenſes Literati iniſtis oblationibus munerum, quæ Cumfucio offerunt, non id faciunt in ſignum ſupremi dominii vitæ & necis: ergo oblationes iſtorum munerum non ſunt verum ſacrificium. Major argumenti eſt communis omnium Doctorum: Minor patet ex confeſſione omnium Literatorum, nec poteſt aliunde contrarium probari. Unde ſyllogiſtica hujus argumenti forma non poteſt non maximam vim habere, atque ex hoc argumento ſequi-

tur Cumfucium non esse Idolum, nam Idolum est falsi Dei simulachrum. Cum igitur neque totalem divinitatem, neque partialem Cumfucio tribuant Literati Sinenses, sequitur Cumfucium non esse Idolum, neque ullam rationem Idoli participare, sicuti suprà pluribus diximus; quæ igitur Literari de Cumfucio fatentur, quod scilicet non sit Idolum, &c. multo magis reliquis defunctis applicari possunt.

Et per hæc patet responsio ad impugnationem supradicti argumenti. Dicit R. P. *Respondo al argumento, que nò solo es Idolo aquel, à quien se attribue* numen, *sino tambien à quien se attribuye* aliquid numinis, &c. *Respondeo ad argumentum, Idolum esse non tantum illud, cui tribuitur numen, sed etiam illud cui tribuitur aliquid numinis, &c.* Cum igitur neque numen absolutè, neque aliquid numinis recognoscant Literati in Cumfucio, vel defunctis proavis, incumbit R. P. probare, Literatos Sinenses aliquid numinis in illis recognoscere. Verùm cum ipsimet fateantur se nullam in illis recognoscere numinis potestatem, neque R. P. inveniat rationem, vel auctoritatem ad id probandum, saltem quia in totâ suâ declamatione nullam pro-

Digitized by Google

duxit, possumus sine notâ arguere eum nullam usque modò inveniſſe.

Prosequitur impugnationem R. P. sic dicens. *Y no solo lo es (idolo) aquel à quién se adora* adoratione latriæ, *sino tambien aquel, à qui en se dè adoracion de* dulia *y* hyperdulia. *dado que uno sea con mayor rigor que otro, &c. Neque tantum Idolum est id* quod adoratur adoratione latriæ, *verùm etiam id cui defertur adoratio duliæ & hyperduliæ, quamquam alterum sit magis propriè & magis strictè Idolum, &c.*

Respondeo, calami errata, quamvis scriptorem non maculent, tamen non sunt sine animadversione transigenda, sicuti modò accidit in suprà allegatis verbis R. Patris, qui innocenter ea verba protulit, quæ tamen novatores nostri temporis avidè arriperent, & suis dogmatum libris insererent, non enim favent solùm illorum dogmatibus; sed illa disertè asserunt, aiunt enim R. Patris verba, idolum esse aliud cui tribuitur adoratio duliæ & hyperduliæ; atque adeò (inferent Novatores) Sancti & B. Virgo idola sunt, quia à Catholicis adoratione hyperduliæ & duliæ hi coluntur, *y nò solo es idolo aquel, à quien se adora* adoratione latriæ, *sino tambien à quien se adora*, adoratione duliæ ò hyper-

Digitized by Google

duliæ, sensus tamen & mens R. Patris mihi satis perspecta est, quæ additione duorum verborum integra & sincera se se patefacit sic. *Y no solo es idòlo aquel que* (*nò siendo Dios*) *se adora* adoratione latriæ; *sino tambien à quien que* (*nò siendo la B. Virgen, ò Santos de la yglesia*) *se adora* adoratione duliæ, *ò* hyperduliæ. Ad argumentum sive instantiam R. Patris, dico Cumfucium non adorari à Sinis neque duliæ, neque hyperduliæ adoratione, sed coli tanquam optimum & beneficum præceptorem. Unde instantia hæc de duliâ & hyperduliâ nullam habet connexionem cum honore & reverentia, quo Sinæ Cumfucium venerantur.

Prosequitur eandem materiam R. P. sic dicens. (*A idolatriâ perteneçe deçir que Luthero, Calvino, Mahoma, y otros fueron Santos, y creer que pueden ayudar los hombres con sus interceſſiones, nò obſtante que los herejes no tienen à los dos por Dioſes, ni los Moros à Mahoma por Dios. Ad Idololatriam pertinet dicere Lutherum, Calvinum, Mahometem eſſe ſanctos, aut credere ipſos poſſe hominibus ſuâ intercessione opitulari, quamquam neque Lutherum neque Calvinum Hæretici pro Diis habeant, neque Mauri Mahometum Deum eſſe exiſtiment.*

An hæretici dicant Lutherum & Calvinum esse Sanctos, nihil ad nostram pertinet quæstionem, sicuti Mauri suum falsum Prophetam etiam dicant esse Sanctum; similiter quod Hæretici & Mauri putent ex illorum intercessionibus juvari homines, nec ad nostram quæstionem pertinet. Sinenses namque non vocant Cumfucium *Ximgin* eò quod putent illum sanctitate supernaturali præditum fuisse, nam talis sanctitatis nullam habuerunt notitiam; sed quia vir fuit virtutibus excultus & moralibus probè instructus disciplinis. Nihil propter illius intercessionem sperant, nihil ab illo petunt, sicuti pluries dictum & probatum fuit; atque adeò supradictæ comparationes de Luthero, Calvino, Mahumete, ad rem nostram minimè pertinent.

Prosequitur adhuc impugnationem argumenti R. P. sic dicens. (Lo 2°. los » Idolatras antiquos Europeos no davan » igual poder à Sus Idioses. A la Idiosa » Minerva se le davan sobre las scien- » cias, à otro sobre el mar: à Marte en » la guerra, como los soldados de China » al *Tai so*: à otro sobre el infierno, » &c. Y todos eran dioses: no pues se » requiere, que se de à uno el total po- » der: y quando la razon dicha prueve

» en algo, que el Cumfucio nò ſea Ido-
» lo en todo rigor, nò prueva que nò
» ſe attribuya *aliquid numinis*, y que no
» haya ſuperſtiçion en lo que à el ſe
» haçe.

» 2°. Idololatræ Europæi non parem
» olim ſuis Diis poteſtatem tribuebant.
» Deam Minervam præficiebant ſcientiis,
» alium mari; Martem bello, ut Sinenſes
» milites ſuum Tî-tõ; alium inferis, &c.
» Atque omnes tamen Deos putabant eſſe.
» Non igitur neceſſe eſt ut ſumma po-
» teſtas uni tantùm detur, & quamvis
» allata ratio aliquantum probet Cum-
» fucium ſtrictè ac propriè loquendo Ido-
» lum non eſſe, non probat tamen ip-
» ſi non attribui aliquid numinis, neque
» eſſe ſuperſtitionem ullam in eo quod
« erga ipſum adhibetur.

Reſpondeo primò fundamentum alicujus propoſitionis, quo nititur robur & vis propoſitionis debere firmum & ſolidum eſſe, alioquin omnia nutare & cadere. Hic R. P. ſumit modò pro fundamento abſurdas Europæorum Idolatrantium opiniones, & quia ex uno abſurdo aliud ſequitur abſurdum, ut in ſcholis docti fuimus, quod concludit, oportet etiam abſurdum eſſe. Impii illi Idololatræ Europæi ſi ratione, quâ præditi

erant, uti voluissent, benè potuissent cognoscere potentiam divinitatis esse indivisibilem; propterea contradictionem implicare plures constituere Deos. Constituerunt tamen plures, sed absurdè & impiè. Ex hoc igitur absurdo inferre (*no pues se requiere, que se da à uno el total poder*) absurdum est etiam hoc, quod infertur, argumentum autem à nostro P. propositum procedit secundùm rectam Doctorum opinionem, unum solummodò Deum adstruentium, cui uni sacrificium offerri debet tanquam auctori necis & vitæ, & ut S. Doctor loquitur, *in signum supremi dominii*, quæ cum non intendant Literati Sinenses in oblationibus Cumfucianis, sequitur Cumfucium, neque ut supremum numen coli, neque ut numinis participantem. Ad R. igitur Patrem pertinet probare Cumfucium à Sinis coli, tanquam aliquid numinis habentem, & tunc illi assentiemur, si constanter & solidè id probare poterit. Si autem solummodò propriâ opinione nisus id velit asserere, quia gratis asserit, pronum est assertionem negari. Ego quidem vellem ab hoc R. Patre unum vel alterum argumentum produci, servatâ tamen formâ Syllogisticâ, cujus conclusio esset: *ergo Cumfucius est idolum.*

Digitized by Google

Tunc enim ex forma ſyllogiſticâ negando unum, vel concedendo alterum, veritas dictorum appareret; & R. P. quieſceret ab iſtis impugnationibus, quæ & ſcriptorem & lectorem fatigant.

Reſpondeo 2°. modum illum argumentandi non procedere. Europæi pluribus tribuerunt divinitatem non totalem, ſed partialem: ergo ſimili modo contigit inter Sinas, quamvis non tribuant totalem divinitatem Cumfucio, partialem utique tribuunt. Quæ enim eſt iſta connexio inter Europæos & Sinas, ut ex illis poſſit deduci conſequentia, quæ iſtis congruat? Præterquam quod, Europæi quidem poſuerunt plura numina; Sinenſes verò, niſi tantùm unum ſupremum numen cognoverunt, cui etiam tribuerunt divinitatis apicem, & quamvis cognoſcant etiam plures tutelares intelligentias, nequaquam illas ſupremo numini æquant; ſed nec partialem aliquam illis tribuunt divinitatem, ut infrà latiùs patebit, cum agendum erit de ſpiritibus.

R. P. dicit *y quando la raçon dicha prueve en algo, que el Cumfucio nò ſea Idolo en todo rigor, nò prueva que nò ſe le attribuya* aliquid numinis, *y que nò haya ſuperſticion en lo que a el ſe haçe.*

Reſpondeo argumento unam probari?

propositionem, nec est necesse ut uno argumento plures probentur propositiones, quamvis possit id contingere propter propositionum analogiam, ut contigit in hoc casu, nam aliquid dicere esse Idolum, vel illi tribuere aliquid numinis, & superstitiones agere in eo colendo, tria ista analogiam dicunt inter se, unde illo argumento uno probante Cumfucium non esse Idolum, probatur etiam nec numinis aliquid participare, qui enim divinitatis numen participat, numen est; indivisibilis namque est divinitas. Propterea quæ in illius honorem offeruntur munera, ad cultum politicum spectant, non autem ad religiosum, atque adeò nullam includunt superstitionem. Includerent autem, si esset religiosus cultus, qui tunc intercederet, si ille tanquam aliquod numen, vel numen participans coleretur. Superstitio enim falsa & vana religio est. Deinde omnia ista suis locis suprà sunt abundè probata, propterea non opus illa de novo repetere.

4°. §. Continuat in hoc paragrapho impugnationem R. P. sic dicens, y para « que raya esto con toda fidelidad, advier- « to, que tanbien se dixo en la junta de « aqui, *que se lo que yo dixe se hacia a este* « *Maestro, nò pudian los Christianos acudir* «

Digitized by Google

» *a ello ; ſe pero havia duda en ſer, ò nò ſer*
» *ſuperſtiçion, ſe quitava eſta duda con ha-*
» *çer la proteſtaçion de la fe.* Si es ſolo du-
» da de ſuperſtiçion, ò lo es clara, eſto
» es que yo pregunto.

» Atque ut hîc fideliter exponam om-
» nia, adverto fuiſſe in noſtro congreſſu,
» qui diceret. *Si ea peragerentur in cultu*
» *Cumfucii quæ ego dixeram, tunc fore ut*
» *Chriſtianis ad eas cæremonias convenire*
» *non liceret, verùm ſi eſſet dubium an ſu-*
» *perſtitio iis ineſſe & necne, tum ſanè tolli*
» *dubitationem factâ proteſtatione fidei.*
» Aſt ego illud quæro, num hæc, de quâ
» dixi, ſuperſtitio dubia ſit, an potiùs cla-
» ra & manifeſta ?

Reſpondeo quoniam in cœtu cæremo-nias illas R. P. propoſuit affectas ſuper-ſtitionibus, ſicuti in hac ſuâ declamatione proponit, quod ſcilicet, ſit Miſſâ Cum-fucio oblata, in quâ diſtinguit tres Miſſæ partes : item quod à Cumfucio petatur fæ-licitas, ingenium : item quod Cumfucius ſit Idolum, &c, clarum eſſe ab omnibus debere ſuperſtitioſas haſce cæremonias eliminari. Verùm quia ſacræ Inquiſitio-nis Congregatio dicit *poſſe Chriſtianos aſſiſtere his cæremoniis cum Gentilibus, quando agunt ſuperſtitioſa præſertim factâ fidei proteſtatione, & ceſſante periculo ſub-*

versionis. Optimè respondit noster socius, quod si urgeret occasio assistendi illis cæremoniis, etiam posito secundum narrationem R. Patris, quòd essent superstitiosæ, posse Christianos illis assistere, præsertim factâ fidei professione. Quæ responsio neque affirmat, neque negat cæremonias illas esse superstitiosas, sed loquitur ex suppositione quod essent superstitiosæ, sicuti vult R. P. illas esse.

Id verò quod R. P. in fine hujus addit, *si es solo duda de superstición, ò lo es clara, esto, es que yo pregunto*, scilicet si tantùm dubitatur superstitiones illis cæremoniis inesse, vel clarè constat illas cæremonias esse superstitiosas, hoc ipse percontatur. Ego certè non video quam connexionem habeat hæc percontatio cum supradictis argumentis & responsionibus. Quoniam verò R. P. hic illam apponere voluit.

Respondeo jam supra dixisse Patres nostros interdixisse, Christianis ne Cumfucianis annuis cæremoniis interessent, quia ex aliquibus circumstantiis quæ illis superadditæ fuerunt, videbantur aliquid superstitionis olere, & cum nulla esset obligatio assistendi in aulâ Cumfucii interea dum istæ cæremoniæ perficerentur, sat fuit Christianos admonere; ne illis

Digitized by Google

interessent, ut vel ab umbrâ superstitionis longè abessent. Sed quia RR. Patres ulteriùs processerunt, sic ut velint omninò statuere Cumfucium esse idolum (idque sine ullâ authenticâ probatione) & hoc statuto conantur omnem honorem, qui Cumfucio à Literatis confertur, convellere, & eradicare à Sinarum animis totalem Cumfucii memoriam, non minùs quàm nos eradicamus ab animis Christianam fidem profiteri cupientium omnium idolorum memoriam; societatis igitur Missionarii nixi decreto sacræ Congregationis, quæ dicit: *ea vero quæ redolent cultum politicum, vel ad illum reduci possunt, permittantur.* Non potuerunt non penitiùs examinare Cumfucianas hasce cæremonias, & in eo loco eas collocare, quem illis concedit sacra Congregatio, nempè intra terminos politici ritûs illas statuere, sicuti usque huc probatum fuit, ne procul à nobis pellamus Sinenses homines sacra nostra profiteri cupientes, juxta summi Pontificis Gregorii sententiam, quæ dicit *ne quorum mentes redditæ ratio ad planum poterat revocare, pellat procul adversitas, dum eos sub hoc velamine à consuetâ ritûs sui culturâ voluerint removere.* Et sicut dicit S. Augustinus, *nec deserere videbuntur memorias suo-*

Digitized by Google

rum, quod poteſt gignere non levem cordis dolorem, & id celebrabitur in Eccleſia, quod piè & honeſtè celebratur. Non auferamus ergò à Sinarum animis culturam ſuorum politicorum rituum, ſed ſi in illis exercendis aliquid à recto devium fuerint proſequuti, doceamus illos quid ſequendum, quid abjiciendum ſit. Sicuti exempli gratia, ſi quis Catholicus, vel etiam multi Catholici errando putarent de ſacris imaginibus, quod ſanctus intra ſtatuam, vel figuram illam quæ ſanctum repræſentat, contineatur; non debemus illicò interdicere illis adorationem ſacræ Imaginis, ſed illos docere, quâ intentione ſacra illa imago ſit colenda.

Huc uſque, ut potuimus, ſatisfacere conati ſumus impugnationibus à RR. PP. inſtitutis contra noſtram Miſſionariorum praxim, & contra politicas Sinarum cæremonias in honorem & memoriam totius regni Sinenſium Magiſtri, parentumque jam vitâ functorum. Quoniam verò majus opus movet contra ſpiritus, novam oportet quæſtionem texere.

ARTICULUS XII.

Quæſtio de ſpiritibus.

Utrum Sinæ cognoverint ſubſtantias ſpirituales, hominum animas, &c. Et quomodo ſpiritus cognitos coluerint.

41. §. REverendus Pater poſtquam finem impugnationibus poſuit, novam inſtaurat quæſtionem de ſpiritibus, quos dum conatur in aërem diſſolvere, probare etiam nititur inter Sinenſes Atheïſmum vivere; atque adeò difficultates ab illo propoſitas majorem habere vim & efficaciam. Quoniam verò aſſuevit noſtra impugnare, ex ipſâmet impugnatione occaſionem ſumit ſuam de ſpiritibus mentem explicandi ſic dicens in hoc 41. §. Tambien ſe dixo que de lo que yo propuſe, y queda eſcrito ſe haçe fuerte argumento para provar que los Letrados no ſon Atheos, ſicuti R. P. affirmabat, ſupoſto que ſacrifican y piden a ſus defunctos. De que eſto ſe ſiguiera, y fuera eſto aſſi, me holgara yo mucho, porque tendriamos vencida una grand difficuldad, y andado mu-

Digitized by Google

chos escalones, para que estos señores « Letrados entraren en la ley de Dios, por « remediar las almas, a quienes nò pue- « den dexar de querer, si las conocen mas « que a sus cuerpos, &c. «

Dictum etiam est ex iis quæ proposui « & quæ suprà exscripta sunt, colligi va- « lidissimum argumentum quo probetur « Literatos non esse Atheos: ex hypothe- « si scilicet quod sacrificent progenitori- « bus defunctis, atque ab iis aliquid pe- « tant. Quod si ita est, si illud ex iis quæ « dixi, sequitur, lætabor ego plurimùm, « quippè superato ingenti obice & magno « veluti progressu facto nobilibus nostris « Literatis ad divinam legem adducendis, « ipsorumque animis juvandis, quos ani- « mos profectò si cognoscunt, non pos- « sunt non amare magis etiam quam cor- « pora. «

Antequam directè respondeam, non possum non obsequi huic desiderio R. Patris, qui ut infirmet nostri Patris instantiam, ultrò desiderat ex his quæ ipsemet dixit & proposuit, posse illationem deduci quod Sinæ non sint Athei: quasi dicat, ego censeo Sinas esse Atheos, nec ex his quæ proposui potest deduci Sinas non esse tales, propterea cum sint tales, Athei scilicet, vellem illos non esse tales.

Digitized by Google

Propterea R. P. putat malè inferre nostrum Patrem, quod ex dictis R. Patris sequatur Sinas non esse Atheos. Ego verò dico non solùm posse inferri ex dictis R. Patris, quod Sinæ non sunt Athei, sed id necessariò inferri ex ejus dictis, quod sic probo.

R. P. dixit in hac declamatione n. 26, quæsito 6. *la sexta pregunta es, si el Cumfucio es Idolo ò nò, y dezir sacrificio lo que se haçe, se infiere infalliblemente, sextum quæsitum est, utrum Cumfucius sit Idolum nec ne? dicere autem sacrificium id, quod ergà illum agitur, infallibiliter infertur quod sit Idolum.* Atque adeò ex his R. Patris verbis, non quomodò cumque infertur, sed infallibiliter infertur Cumfucium esse Idolum; quod etiam auctoritate S. Augustini confirmatur, dicit namque sanctus, *quis enim sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut scivit, aut putavit, aut finxit.* His R. P. addit & ut sit sacrificium id quod agitur erga Cumfucium, nulla deest ex his conditionibus, quas Theologi adnotant *y para que sea sacrificio lo que se haçe, al Cumfucio, no falta ninguna delas condiciones que señalan los Theologos.* Ergo infallibiliter sequitur Confucium esse Idolum ex sententiâ R. Patris, Sinas esse idololatras, non Atheos, quod erat probandum.

Digitized by Google

Proſequitur R. P. probationem ſuæ theſis, quod Literati Sinenſes ſint Athei, ſumitque pro fundamento ad id probandum, quod Literati duas profiteantur ſectas, interiorem unam, exteriorem alteram, per illam ſtatuant Atheïſmum, per hanc terreant plebem (quod falſiſſimum eſt ut infrà) quas duas ſectas dicit doceri quoque à lege idolorum *Fe* & *Laò* eáſque eſſe illas ipſas quas docuerunt Europæi Atheïſtæ. Sic enim ait.

Però porque eſte es puncto grave, « aunque comun con Seneca y otros A- « theos que trattaron religion *(qui ad* « *quæſtionem hanc refert Senecam alioſque* « *fuiſſe Atheos, certè nihil, ut infrà*) es « neceſſario reſponder. Bien ſe ſabe que « la ſecta del *Fe* ò idolo, que eſta en Chi- « na, tiene dos doctrinas, una interior « a quien tienen por verdadera, y otra « exterior que juzgan por falſa. A eſta « pertenece gloria, infierno, y otras co- « ſas que enſeña, como elegantemente lo « trace el M. R. P. ſuperior deſta caſa » enſu hiſtoria, y lo diçe un P. antigo que « imprimiò los a noviſſimos, y lo diçe « nueſtro enemigo en uno de los libros « que imprimio contra nueſtra ſancta ley « llamado *Ru-te-y*. Y eſto afin de tener » el pueblo arraya, y que no ſe deſman- «

Digitized by Google

» de, que es el fin que tuvieron otras Na-
» ciones. *Eurip. apud Plut. de placitis lib.*
» *c.* 7. Dize *divinitatem aliquam orbi ter-*
» *ræ præsidere, legislatorum commentum*
» *est, hac persuasione populos satagentium*
» *coërcere. Seneca 2. nat. quæst. lib.* 42. lo
» dixo tambien muy claro. *Quid tam in-*
» *peritum, quàm credere fulmina è nubi-*
» *bus Jovem mittere? Si quæris à me quid*
» *sentiam, non existimo tam hebetes fuisse*
» *Antiquos ut crederent. Quid ergo sequuti*
» *sunt ut hoc dicerent? ad coërcendos ani-*
» *mos imperitorum sapientissimi viri indica-*
» *verunt inevitabilem metum, ut supra*
» *nos aliquid timeremus. Utile erat in tan-*
» *tâ audaciâ scelerum aliquid esse, adver-*
» *sum quod nemo potens satis videretur.*
» *Ad coërcendos itaque eos*, &c. Resta a
» provar si es assi la secta delos letrados,
» aunque a conjetturar lo bastava lo di-
» cho.

» Tamen quia res est momenti non le-
» vis, quamquam istud est commune cum
» Senecâ aliisque Atheis, qui de Reli-
» gione egerunt, necesse est respondere.
» Scitum est Sectam Idoli *Fe*, quod apud
» Sinas colitur, duplici doctrinâ conti-
» neri, aliâ interiori quæ vera à Sectariis
» habetur, alterâ exteriori, quam falsam
» existimant. Ad hanc scilicet refertur

quidquid

quidquid docent de gloriâ, de inferno « aliisque ejusmodi ut eleganter domus « hujus superior annotavit in suâ historiâ. « Quod idem dixit unus ex antiquis Patri- « bus, qui librum edidit de quatuor no- « vissimis. Idem refert adversarius noster « in uno ex iis libris quos adversùs sanc- « tam nostram legem promulgavit, cui « libro titulum fecit *Pu-te-y*. Atque hæc « eò pertinent ut populus coërceatur se- « que intra certos limites contineat. Quod « scilicet fuit quoque aliis gentibus pro- « positum. Euripides certè ait apud Plu- « tarchum, &c. hæc & expresè habet « Seneca, &c. Restat inquirendum num « idem sit apud Sinas Literariæ Sectæ sen- « sus, quod quidem satis ex ante dictis « conjicere & suspicari licet. «

Reverâ omnia supradicta per pleonas- mon relata sunt. Non enim ex his infer- tur, neque per conjecturam, Sinenses Li- teratos Atheos esse; oportet igitur illud probare, sicuti R. P. fatetur. Propterea sequentes probationes instituit, ex qui- bus, neque, ut putat, intentum consequi- tur. Sic enim ait.

Primeramente un letrado de la Ciu- « dad de *Sao cheu*, de la provincia de « *Kiam si*, por nombre *Cheu yam tien*, el « qual estava muy visto en las 3. Sectas, «

„ y assi professava officio de *Kiam hio*,
„ de maestro ajuntando mucho en to-
„ das partes discipulos (palabras del
„ R. P. Longobardo en el preludio 17.
„ §. 9.) Y dixe: viendo pues tan erudito
„ hombre, le preguntò, &c. la primera
„ pregunta es, si los sabios Letrados de
„ China nò creen que haya verdaderos
„ Espiritus, porque causa los introdu-
„ ceron en la Republica? Respondio,
„ por entender que con esta imagen de Re-
„ ligion, se pudia tener mano al pueblo,
„ para que no se desmande. Esto es lo
„ mismo que dicen los de la Secta del *Fe*,
„ y queda referido de Euripides y Seneca.
„ Primùm Literatus quidam nomine
„ *Cheu yam tien*, ex Civitate *Sao-cheu*
„ Provinciæ *Kiamsi*, qui tres Sectas ap-
„ primè cognoverat, & magistri seu
„ *Kiam-hio* munere fungebatur, multos-
„ que variis in partibus discipulos habue-
„ rat, (Verba sunt R. Patris Longobar-
„ di præludio 17. §. 9. qui addit) hunc
„ ego cum tam eruditum viderem, rogavi
„ &c. Primùm Literati Sinenses si veros
„ spiritus esse nullos credunt, quare eos
„ adhibuerint in regendâ Republicâ?
„ Respondit id eos idcircò fecisse, quod
„ intelligerent eâ ratione atque Religionis
„ specie posse contineri plebem atque coër-

ceri. Hoc ipsum dicunt Sectarii Idoli *Fe*, quod & suprà de Euripide & Senecâ retulimus.

Lo 1°. el dicho Padre en el preludio 11. n. 20. dice en suma es necessario estar todos los nuestros en lo essential de estas controversias: que assi en la Secta de los Letrados, como en la de los Bonços y *Tao-su*, hay doctrina secreta para los sabios, y doctrina aparente para los rudes, laqual tienen por falsa, lo qual tiene provado en el antecedente.

Deinde prædictus Pater præludio 11. numero 20. sic ait. Denique operæ pretium est nostris omnibus perspectum esse id, quod in his controversiis rei caput est, scilicet tam in Literatorum Sectâ quàm in Bonziorum & *Tao-su*, doctrinam esse aliam quidem arcanam, quæ sit propria doctiorum, aliam verò externam & apparentem, quæ sit rudium, quam doctiores falsam existiment. Quod ex antedictis probatum est.

Respondeo 1°. auctoritatem hanc nostri P. Nicolai Longobardi totam fundari in dictis illius hominis *Cheu yam tien*, cujus assertionem absurdam & falsam esse probabo, propterea auctoritas illa nullam

vim habet, fundatur enim in absurdâ opinione.

Respondeo 2°. quamvis R. P. hic multa congerat ex Europæis Philosophis, & ex testimonio hujus hominis *Cheu yam tien*, quem citat P. Longobardus, nihilominus tamen nunquam probat in scholâ Literatorum inveniri illas duas doctrinas, sive meliùs dicas, duo dogmata, secretam & apparentem; nam ex placitis Philosophorum solùm probat Philosophos illos duo illa dogmata tenuisse, sed non potest fieri hæc illatio veteres Philosophi adstruxerunt duo illa dogmata secretum & apparens: ergo Sinenses Literati etiam profitentur eadem. Sic etiam non sequitur. Sciolus ille *Cheu yam tien* dixit Literatos Sinenses duo hæc dogmata profiteri: ergo reverâ Literatorum Sinensium schola illa etiam profitetur. Nullam enim talis homo auctoritatem fecit, præcipuè cum isti *Kiam hio* alio nomine *xe xu*, id est, collocutores, verbosi sint homines, qui ad nummulos corradendos, fabulas & historias è librorum ruderibus erutas promiscuæ plebi in triviis promant. Cum igitur auctoritas scioli istius *Cheu yam tien* sit fundamentum R. Patris ad adstruendum inter Sinas Atheïsmum, benè quisque intelligere potest quàm flac-

tido nitatur fulcro, talis assertio.

Hoc etiam magis patere poterit ex probatione contrariæ assertionis, quam sic instituo. Secreta illa doctrina quam profitentur Literati Sinenses, sicuti R. P. dicit, vel continetur in libris, vel per traditionem propagatur: si in libris continetur, cum libri omnibus pateant, jam non potest secreta dici, potest enim quisque illam legere & apprehendere. Si per traditionem propagatur, fiet hoc vel à Patribus ad filios, vel à preceptoribus ad discipulos: cum igitur multoties contingat doctos Patres procreare indoctos & illiterat os filios, discipulos verò propter ingenii hebetudinem non semper consequi Literatorum lauream: hinc sequitur doctrinam illam secretam jam non consistere solùm inter Literatos, sed etiam illius notitiam excurrisse ad plebeios homines: ergo non potest secreta dici, cum indocti etiam illam noverint.

Præterea cum distinctivum scholæ Literatorum sit soliditas enunciatorum & axiomatum; sicuti in libro *sim ly piao ti* habetur. Dicit enim auctor. *In nostrâ Literatorum, solida omnes assertiones sunt solidæ & fundatæ; in Secta verò Fe, id est, idolatrum omnes assertiones sunt futiles & vanæ. Quomodo igitur solida dici possunt*

dogmata eorum, qui aliud populis docent, & aliud ipsi autument & sequantur?

Item si in rectificandâ intentione, Literatorum Schola exigit ne seipsum quis decipiat, id est, aliud retineat in corde, & aliud in externum proferat & hominibus ostentet, quanto magis prohibebit alios decipere tam crasso mendacio. Sic enim classicus liber *sin xé*, ait. *Qui solidè & finceriter vult suam perficere intentionem, caveat ne seipsum decipiat*, verba Sinica sunt sequentia.

Commentator verò sic ait. *Eadem si quis velit exteriora sequi propter homines* (id est, ut unum in corde servet, aliud verò hominibus ostentet) *ejus veritas sive soliditas itidem erit, ita non veritas, sive falsitas.*

Multa alia loca possem adducere, ad probandum nullam talem esse secretam doctrinam in Schola Literatorum, & Literatos omnes quatenus Literatos naturæ ductum sequi, & pro fundamento dogmatum suorum habere summum illud naturale principium, *quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*, & *quod tibi vis fieri, alteri facias.*

Prosequitur R. P. probationem Atheismi auctoritate cujusdam magni Literati

nomine *Chù çù*, sic dicens, lo 3ª. el
Chù çù, lib. 23. *de la Philosophia Sinica*
llamada *sin ly ta civen* fol. 39. haçe esta
pregunta; los hijos, quando sacrifican
a sus padres y abuelos, es vero que los
buscan por el aire de si mismos (esto es
los consideran como una misma cosa en
el aire que tienen en si) quando sacrifi-
can a los Espiritus de otras personas, ò
cosas, entonçes como se haçe esto? es
por ventura, que vengan a reçibir los
sacrificios, ò nò? Respondo que los hi-
jos tienen sin duda alguna misma sostan-
ça immutable con sus padres y abuelos:
quando sacrifican a otras personas, ò
cosas, estas tambien son, a quienes de-
ven por algun titulo sacrificar. Por
donde diçe el Cumfucio, *sacrificad à*
vuestros padres, como si estuvieran
presentes. Quando el Emperador sacri-
fica al cielo, el cielo es cosa a quien deve
sacrificar y tiene semejança del mismo
aire con el Emperador, pues puede de-
xar de venir a acceptar el sacrificio,
&c. a hora tambien se sacrifica al Cum-
fucio; pero esto nò se haçe, sino en la
escuela y universidad, paraque se pueda
imaginar la semejança de su aire. Si al-
guno dixere, que el cielo, tierra, mon-
tes, y aguas son cosas permanentes y

Digitized by Google

» consistentes, y assi sacrificandoles puede
» haçerse que vengan sus Espiritus al sa-
» crificio. Quanto tocca a los hombres di-
» funtos, su aire : ya esta esplayado pues
» puedese hazer que vengan a recibir el
» sacrificio ? Respondo, que no hay mas,
» que un mismo aire, el qual des de el
» primer principio se comunicò a los
» abuelos y a los padres, y por esto alos
» hijos y dietros. Hasta aqui el dicho au-
» tor, y lo mismo se dice e repite muchas
» vezes en aquel y otros libros.

» Tertiò, *Chu çù* lib. 23. Philosophiæ
» Sinicæ, quæ dicitur *sim-ly ta civen* fol.
» 39. sic ait. Filii quando sacrificant pa-
» tribus aut progenitoribus suis, certè in
» iis aërem suum exquirunt, id est, eos
» spectant ut rem prorsus eamdem cum
» aëre quem ipsi habent. Cum verò sa-
» crificant spiritibus aliarum personarum
» vel rerum, quæritur quomodo id fiat ?
» sperantne an non, eos spiritus iis sacri-
» ficiis adfuturos atque ea admissuros ?
» Respondeo filios certè substantiam ali-
» quam eamque planè immutabilem cum
» suis parentibus atque avis communem
» habere : cùm aliis verò personis rebus-
» que sacrificant, esse etiam alios titulos,
» quibus ipsis debeant sacrificare. Unde
» ait Cumfucius. *Sacrificate vestris pro-*

genitoribus defunctis eo planè modo ac si vivirent atque adessent præsentes. Cum Imperator cœlo sacrificat, cœlum est res ejusmodi, cui debeat sacrificare, quæque aërem habeat cum Imperatore communem, sitque ei hac parte similis, potestne igitur sacrificium istud non admittere &c. Pariter nunc quidem sacrificatur Cumfucio: non fit tamen illud sacrificium nisi in scholâ seu Academiâ, ut possit nimirùm fingi atque efformari mente similitudo aëris, *seu spiritus* Cumfuciani. Et quidem quod spectat cœlum, terram, montes, & aquas, dicet fortasse quispiam res eas permanentes esse & consistentes, ac proinde posse earum spiritus adesse sacrificiis; sed quod attinet ad homines defunctos, ipsorum aër *seu spiritus* jam dissipatus est ac dispersus. Quomodo igitur fieri potest ut veniat ad admittenda sacrificia? Respondeo non esse nisi unum eumdemque aërem, qui primum avis ac parentibus communicatus, per eos deinde ad filios ac nepotes transfusus est. Hactenus citatus autor, atque illud idem dicitur & tam in illo quàm in aliis libris sæpè repetitur.

Respondeo inter sectas, quæ hodie vigent inter Sinas, etiam vigere Atheïs-

mum, neminem esse, qui de hoc dubitet; atque adeò, qui negat rerum omnium principium, negat etiam animæ immortalitatem, negat angelos, dæmones, omniaque alia entia, quæ nomè materiâ educuntur; quæ quidem sunt Atheïstarum dogmata. Hic autem *Chù çú*, quem R. P. citat, primum inter Sinenses Atheïstas locum obtinet, unde cùm sit Atheïstarum princeps, quid mirum si ipse omnia in aërem resolvit? Cupiebam ego à R. P. citatum hujus auctoris locum legere, ut illius singula expenderem verba Sinicis scripta caracteribus; sed nunquam locum invenire potui, quamvis duo evolvissem volumina diversimodè impressa citati libri *Sinà ly tà çiven*. Commendavi etiam laborem hunc nostro ab epistolis Literato Sinensi (epistolæ enim ad Mandarinos per aliquem doctum hominem componuntur) sed neque quem cupiebam locum invenit: nam in loco à R. P. citato, solummodò sermo habetur de musicis instrumentis. Evolvi etiam unà simul cum dicto Literato totum librum de oblationibus, (qui habetur in eodem volumine *sim ly tá civen*) quas consueverunt Sinenses mortuis offerre parentibus, sed nec invenire potui; sed parùm hoc refert, si excipias temporis jacturam.

Interim ad quæstionem elucidandam oportet etiam statuere Sinicas literas sub unius literæ figurâ plures & diversas continere significationes, nam si velimus unam tantùm cuique literæ significationem tribuere sicuti in aliquibus nostris vocabulariis tribuitur; nulli dubium erit nos in varios impacturos errores, & ne discedamus à subjectâ materiâ aëris, Sinicè *ki*; si quoties in libris Sinicis invenimus literam *ki*, eam interpretari pro aëre velimus, in maximos oportet incidere errores, ut in subjectis exemplis patere potest.

Mem çú post Cumfucium primus inter classicos auctores Sinicos, appellat partem sive portionem inferiorem hominis hoc nomine *ki*: portionem verò superiorem vocat *chi*. Sic enim ait. *Chi, chi, ien, ki çú ien.* Commentator verò explicans sententiam *Mem çú* sic ait. *Constans voluntas, quâ cor hominis in finem tendit, est portionis inferioris dux; portio verò inferior, quæ per hominis corpus undique vagatur, est portionis superioris pedissequa. Propterea constans voluntas, sive portio superior in homine est quid summum; portio verò inferior est quid posterius.* Omitto alia quæ in hoc capite tractantur, solumque hoc referam, quod

quando voluntas sive portio superior determinata est ad unum, inferiorem partem movet ut se sequatur; quando verò portio inferior rebellis est, & ad unum determinatur, voluntatem sive portionem superiorem movet & ad se trahit; dicitque hic Commentator, quod ex decem voluntatum motionibus, novem sortiuntur effectum, & movent inferiorem partem, ex decem verò motionibus portionis inferioris, novem sunt inefficaces, & una tantum aliquando voluntatem movet, & ad se trahit (utinam ita esset) verba Sinica sunt....

Similis etiam sententia invenitur in principio *Ta-hio*, qui primus est inter classicos Sinensium libros, in quo loco dicit Commentator sic. *Lumen naturale vis est à cœlo indita, cujus pura intelligentia, si non inficiatur, apta est ad omnia intelligenda, perficiendaque: sed quia afficitur, & veluti ligatur à portione inferiori & passionibus, aliquando obscuratur ejus claritas substantialis.* Commentatoris verba sunt....

Ex quibus locis benè conjici potest literam *ki* minimè his locis aërem significare; atque adeò, quando in libris invenimus hanc literam *ki* (& eadem est ratio de aliis literis) illas debemus secundum

ſubjectam materiam explicare.

Id ipſum etiam contigit in noſtris ſcientiis, nam ſi velimus tantummodò ſententiam aliquam explicare ſecundum materialitatem verborum & apparentem ſignificationem, in multos incidemus errores, & ne diſcedamus ab hac aëris materiâ; *anima* enim ventum & aërem ſignificat. Propterea Cicero de univerſo ait, *inter ignem & terram, aquam Deus, animamque poſuit*: aërem vocat animam; ſic etiam nomen hoc *ſpiritus* idem eſt ac *halitus, ventus*, & tamen ſpiritum animam hominis etiam ſignificare nemo eſt qui neſciat. Si autem velimus ſpiritum interpretari ſecundum illam ſignificationem quaſi ſit ventus vel halitus, in craſſos erroris ſcopulos incidemus. Sed ad noſtrum Sinicum revertamur aërem.

Memini me in libris *ly ki* legiſſe veteres Sinenſes non per aërem parentum animas quærtitare. Sed cum afficerentur magno dolore propter parentum abſentiam ad eum dolorem aliquatenùs levandum, ſemetipſos decipientes (ſciebant enim animam mortui numquam redituram) ſupra domorum tecta aſcendentes, animam mortui vocabant, ut ad priſtinam corporis ſtationem rediret, hominis indumenta manibus præferentes, quibus

corpus dum viveret, indui consueverat; sic enim textus Sinicus habet. *Homine jam mortuo, tunc corpus, & anima ab invicem separantur. Veteres verò accipiebant mortui hominis vestes, & ascendentes supra tecta domorum, vocabant mortui hominis animam ut rediret ad corpus, desiderium in hoc ostendentes, quo tenebantur, ut ille iterùm viveret.* Verba Sinica sunt.....

Ex quibus verbis benè possumus conjicere animam non in aërem resolvi, sed ut suprà dictum fuit *alta loca petiisse & ascendisse*, sicuti textus suprà citatus ait, *sò xim caò jüen.* Item dicit *tà hem*, id est, *magnum iter confecisse.* Dicit etiam *xim chi in tien*, id est, *animam perveniisse usque ad cœlum.* Quæ omnia, cum tam clarè & explicitè in classicis Sinensium libris habeantur, quare sententiæ Atheistarum adhærere debemus, qui omnia in aërem resolvi autumant? nos qui Christianam fidem prædicamus, haud difficulter docere possumus ex his locis, animas esse immortales, eas verò quæ sine crimine sunt, in cœlum ascendere; quæ verò sunt peccatis obnoxiæ ad inferos descendere. Si verò dicamus Sinensium Literatorum scholam sentire animas in aërem resolvi, atque adeò interire & mortales esse, valdè

difficile redderet nobis persuadere illis veritatem Christianam de immortalitate animarum. Unde in favorem fidei, juxta Sinensium Veterum Literatorum doctrinam, & classicorum librorum auctoritatem, debemus dicere scholam Literatorum Sinensium sentire animas hominum esse immortales, & non in auras resolvi, ut citati textus afferunt; & quamvis scientia hæc animastica valdè sit perplexa & confusa inter Philosophos Sinenses, si aliquando inter offusas tenebras, radius alicujus veritatis affulget, non illum extinguere, sed fovere debemus, ad facilius insinuandas reliquas Catholicas veritates.

Corollaria verò, quæ R. P. ex Atheïstis deduxit, cum fundamento careant, & ipsa quoque necesse est ut corruant. Primum igitur corollarium sic ait *de donde collijo lo primo. Que todos los espiritus desta Secta son chimericos, y no passan de un poco de ayre imaginado. Unde colligo primùm omnes istius Secta spiritus esse chimericos neque aliud esse quam parum imaginati aëris.*

Huic corollario respondendum est, quod malè deducitur universalis propositio à propositione particulari & individuâ, hincque ortum habuit illud Philo-

sophorum axioma. *De particularibus non datur scientia*; unde falsa est hæc illatio. *Chù çú* particularis Literatus dicit animas hominum post mortem in aërem resolvi? ergo omnes Literati, sive Literatorum Secta, quod in idem recidit, sentiunt post mortem animas hominum in aërem resolvi, sicuti primum hoc R. P. corollarium asserit. Sic etiam malè quis inferret. Cajetanus dicit formationem Evæ ex costâ Adami intelligendam esse in sensu spirituali, non autem in sensu reali: Ergo omnes Catholici Doctores ita etiam sentiunt; & sic de similibus.

Prætereà neque bona est illatio, quæ deducitur à specie ad genus, vel ab unâ specie ad aliam diversam speciem sicuti, si dicas: homines sunt intellectuales: ergo animalia sunt intellectualia, malè colligitur, sic etiam, equi sunt hinnibiles: ergo leones etiam sunt hinnibiles, non sequitur illatio: nam est illatio ab unâ specie ad aliam diversam speciem. Cum igitur spiritus sit genus, anima verò species sit sub hoc genere contenta, non licet argumentari ab anima ad spiritum sic dicendo: anima resolvitur in aërem: ergo omnes spiritus sunt aër. Neque valet hæc alia illatio, anima est aër: ergo talis & talis spiritus est etiam aër, quia est illatio ab

una ſpecie ad aliam diverſam ſpeciem.

Sed præſcindamus ab iſtis illationum formalitatibus: dico propoſitionem illam R. Patris quæ dicit, *omnes ſpiritus, quos aſſerit, & veneratur Literatorum Sinenſium ſchola ſunt chimærici*, item aliam hanc, quæ dicit. *Omnes ſpiritus, quos Sinenſes colunt, nihil aliud ſunt, quàm parùm imaginati aëris*, falſiſſimas eſſe juxta placita Philoſophorum Sinenſium Atheiſmum non profitentium. Quod antequam probem, juvabit expendere nomen illud, *Chimæra*. Erat igitur Chimæra, quemadmodum Poëtæ fabulantur, monſtrum quod caput leonis, ventrem capræ, caudam draconis habebat; propterea Philoſophi uſi ſunt nomine Chimæræ, quando aliquod ens naturæ repugnans ſignificare volebant, ſive quod haberet prædicata eſſentialia inter ſe incompoſſibila, quod etiam vocatur ens rationis impoſſibile, ad differentiam illius alterius entis rationis, quod quamquam non exiſtat, non tamen dicit repugnantiam ad exiſtendum, unde chimæricum ens, non ens eſt, & impoſſibile eſt. Atque adeò quando corollarium dicit, omnes ſpiritus eſſe chimæricos, affirmat omnes ſpiritus, quos colunt Sinenſes, eſſe non entia & impoſſibilia non entia. Sed idem corollarium etiam dicit

omnes hosce spiritus esse parùm aëris, & per consequens esse positiva entia: Ergo corollarium ipsum Chimæram facit, quia duo prædicata contradictoria & incompossibilia in eodem sujecto conjungit. Sed transeamus ad probationem propositam.

Veritas, ut suprà etiam dictum fuit, est conformitas dictorum cum suo objecto; ergo omnis propositio, quæ habet conformitatem cum suo objecto, vera est, sed propositio Sinensium Philosophorum affirmans spiritus esse & realiter existere, est vera propositio: Ergo contraria & opposita propositio, quæ dicit spiritus esse chimæricos & esse non entia, falsa est. Minor probatur, substantiæ spirituales verâ sunt extra causas à parte rei existentes, sicuti fides & experientia docet: Ergo propositio affirmans spiritus esse, & realiter existere est propositio habens conformitatem cum objecto, atque adeò vera est, & ejus contraria falsa erit. Sic etiam probo propositionem illam quæ dicit omnes spiritus parùm esse aëris, falsam etiam esse: nam Sinenses Philosophi dicunt spiritus scientiam habere, cognitionem habere, imò suâ intelligentiâ homines superare, ut suprà vidimus; sed hæc assertio habet conformitatem cum objecto, id est,

cum reali essentiâ spirituum: ergo assertio vera est: ergo contraria & opposita assertio, quæ dicit spiritus parùm quid aëris esse, atque adeò neque intelligentiam, neque cognitionem habere, falsa est, quod erat probandum.

Secundum corollarium, ut potè falso nixum fundamento, valdè à veritate alienum est, sic enim ait, *lo 2°. collijo que a este aire se endereçan sus sacrificios, y por estos dos caminos se aumentan los dificultades propuestas ariba. 2°. Colligo ad istum aerem dirigi Sinensium sacrificia, quo utroque modo valde augentur difficultates superius propositæ.*

Et primùm dico, si difficultates augentur, & crescunt id quidem non ex naturâ rei ortum habet, cum omnes difficultates in hac materiâ, quam tractamus, solutionis & interpretationis sint capaces, & ad bonum sensum reduci possint; sed quia in barathrum Atheismi per supradicta corollaria projectæ sunt, propterea difficilè ab illo extrahi possunt: sed tamen Deo favente nos illis manum porrigemus.

Igitur dico 2°. corollarium hoc secundum, eodem vitio claudicare ac primum corollarium. Nam illationem deducit ab uno particulari Doctore ad omnes Doctores sic: *Chù çù* dicit sacrificia Sinensium

dirigi ad hunc aërem externum: ergo omnes dicunt sacrificia Sinensium dirigi ad aërem istum, quod non potuit inferri. Item deducit illationem ab unâ specie ad aliam diversam speciem: Atheistarum Secta docet spiritus esse aërem, & ad aërem Sinensia sacrificia dirigi: ergo Secta Literatorum ad aërem dirigit sua sacrificia, quod etiam non sequitur. Item deducit illationem à specie ad genus generalissimum sic, oblationes quæ à filiis offeruntur, parentibus defunctis diriguntur ad hunc aërem: ergo omnes oblationes, quæ cunctis spiritibus offeruntur, etiam diriguntur ad hunc aërem, falsò colligitur. Nam anima, quamvis sit species aliqua spiritus, non omnia, quæ accidunt animæ vel sunt propria animæ, accidunt etiam, vel sunt propria omni spiritui in genere.

Probo etiam oblationes istas filiorum ad parentes defunctos nequaquam ad aërem dirigi. Et primò quidem ratione; nam ad id humanæ actiones diriguntur, quod respiciunt tanquam finem & objectum, sed oblationes filiorum tanquam finem & objectum habent proprios parentes, ergo ad parentes diriguntur oblationes illæ, non autem ad aërem. Quod argumentum etiam vim habet, dato & non

concesso, quod anima in aërem sit resoluta; nam intentio offerentis fertur in parentes, non autem in aërem, in quem anima est resoluta, sicuti incensatio facta à Religiosis Ordinis Prædicatorum sellæ R. P. Generalis ejusdem Ordinis. Thuris honor, quia dirigitur ad R. P. Generalem dicitur exhibitus R. P. non autem ligneæ materiaque sellæ.

Probo 2°. auctoritate classicorum librorum; oblationes istas nequaquam ad aërem dirigi, & quidem multas possem auctoritates adducere; sufficit tamen unam vel alteram producere ex libris Siki. Sic enim aiunt. *Prudentum oblationes in eo consistunt, ut perfectio, fidelitas, sinceritas, reverentia ad apicem pertingant, obsequium parentibus præstent, illis munera offerendo, musicis instrumentis illos laudando, determinatis temporibus illorum memoriam recolendo, & nihil amplius faciunt: non enim ab illis quidquam pro se petunt, atque hæc est intentio obedientis filii in parentum oblationibus.* Quæ ultima libri verba Commentator sic explicat, *non solum nihil omnino ab illis petunt, sed nec ullam habent voluntatem & desiderium petendi ab illis fœlicitatem aliquam, quia actio illa munera offerendi, nullas admittit precatio-*

nes. Sinica verba sunt; . . . Commentatoris verò sunt . . .

Quibus positis, nec ab hoc, vel isto auctore collectis, sed à Sinensium classicis libris traductis; quomodo possumus dicere oblationes, quas filii defunctis parentibus offerunt, ad aërem dirigi? Quis unquam Doctor Sinensis, vel præceptor, nisi fuerint è schola Atheistarum, talem explicationem suis tradidit discipulis? Quare relictâ classicorum librorum auctoritate, unum vel alterum sequemur Atheismi professorem? Quare ad memoriam non revocamus Christi Domini verba: *pro nobis est, qui non est contra nos?* cum igitur auctoritas hujus classici libri non sit contra fidei dogmata, pro nobis utique erit, atque adeò illam nequaquam respuere debemus. Sed aliam & similem proferamus.

Idem liber *Ly ki*, alio loco sic ait. *Obedientes filii dum proximè jam facturi sunt oblationes, prima illorum cordis intentio versatur in rebus præparandis & componendis, actiones disponendo* (quomodo scilicet sint cæremoniæ perficiendæ) *nitet parando oblationes offerendas, parentum aulas componendo, omniaque rectè apponendo constituendo. Ubi autem dies obla-*

tionibus dicatus illuxerit, illorum faciei color comitatem præfert, incessus videtur hominis qui timet, ne amor quem parentibus debet, metam non attingat: postquam verò oblationibus fuerit finis impositus, adhuc reverenter se gerant, cogitantes parentes veluti intra domesticos parietes commorantes, vel tanquam à foro domum revertentes. Verba Sinica sunt sequentia....

Quis igitur per simulationem ad alios decipiendos, immò seipsum decipiendo, tales oblationes perficiet, rituſque servabit? quomodo possunt ista per quatuor ferè annorum millia tam constanter peragi, si fictè & simulatè perficiuntur? quomodo ad aërem ista dirigi possunt? cum non solùm externus adhibeatur cultus, sed internæ explicentur animæ affectiones? liber *Tà hio*, qui est primùm fundamentum scholæ Literatorum ait. *Proprium est hominis nequam, malum occultare, foris verò bonum simulare, sed hæc simulatio diù consistere non potest; nam homines probi illum considerantes, internam illius malitiam penetrant, veluti si illius jecoris & pulmonis interiora prospicerent.* Verba Sinica sunt....

Quomodo igitur poterit consistere, ut perennis hæc consuetudo simulatè &

ſictè perficiatur? & per hæc patet etiam reſponſio ad tertium corollarium, ſic enim ait, *lo 3°. collijo que los demas que hazen con todos eſtos ſacrificios y ceremonias, nò es mas que ſimular Religion para el govierno politico.*

Huic etiam corollario ſupradictæ reſponſiones aptari poſſunt, ſed ut ſingillatim omnia expendamus, dico tertium corollarium claudicare non minùs quàm duo priora, tam in formalitate illationis quàm in ſubſtantia propoſitionis, quæ aſſeritur à R. P. Non enim valet hæc illatio; ſciolus ille *Cheũ yâm ſiẽn* dicit Sinenſes religionem cæremoniis iſtis ſimulare; Ergo reverâ Sinenſium ſchola Religionem ſimulat & populos decipit, unum intus ſentit, aliud foris docet & exercet. Sic etiam neque ſequitur hæc illatio, Veteres Philoſophi Europæi ſimularunt Religionem: ergo antiqui Sinenſes ſicut & recentiores Literati, Religionem ſimulant. Quod autem ipſamet propoſitionis ſubſtantia ſit falſa, probatur; nam nullâ auctoritate claſſicorum librorum probari poteſt, ſed neque auctoritate cujuſcumque Sinici libri qui Atheiſmum non profiteatur: item contraria & oppoſita eſt dogmatibus ſcholæ Sinenſium, ergo falſa eſt, quia tribuit huic

ſcholæ

ſcholæ illud quod numquam docuit, ut intrà patebit.

Prætereà, ideò dici poteſt veteres Europæos ſimulatam habuiſſe religionem, quia Philoſophi aliquot id affirmarunt, ſicuti Euripides, Seneca, &c. Sed hîc inter Sinas nullus eſt, qui tale commentum adſtruat, non claſſicus liber, non doctor, vel ſcriptor Sinenſis qui aliqua polleat doctrinæ auctoritate; ſolus ille perfidus *yam quàm ſien*, & aliquis illi ſimilis, ut *Cheu yam ſien*, cui quam fides ſit adhibenda quiſque novit; præterquam quod blaſphemus ille loquitur juxta dogmata Sectæ idolorum.

Adde quod quamvis Europæi aliqui veteres Philoſophi dixerunt, Divinitatem orbi præſidere Legiſlatorum commentum eſſe ad coërcendos animos imperitorum, &c. non propterea ex placitis horum Philoſophorum ſequitur hæc illatio: Ergo aliqua Reſpublica, vel aliquod Regnum falſum hoc dogma ſimulandi religionem profeſſa ſunt. Sed ſolummodò ſequitur, Atheos illos Philoſophos ita cenſuiſſe, & omnium Atheïſtarum ſcholam cum ipſis, quod nos etiam non negamus.

Deinde inventum hoc, & falſum dogma inventum fuit ad coërcendos animos imperitorum hominum, ad incutiendum

plebi terrorem, cum ipsi deceptores & mendaces Philosophi securi & sine ullo timore viverent. Hîc verò inter Sinenses ipsimet Philosophi, & magistri primi sunt, qui timore corripiuntur, ipsimet sublimes & regia dignitate fulgentes sunt, qui reverenter se gerunt erga spirituales intelligentias, qui colunt numina, qui auxilium ab illis petunt, qui calamitates deprecantur, si tamen ab istis excipias Atheïstas. Sed ex omnibus unum vel alterum afferamus exemplum.

Liber *Tà hio* sic ait, *incipiendo ab ipsomet Imperatore, usque ad ultimam plebem, necessarium est ut omnes reformationem & perfectionem propriæ personæ constituant pro virtutis fundamento.* Verba Sinica sunt.... Igitur si Imperator non minùs quàm infima plebs in excolendâ virtute & propriæ vitæ reformatione, eodem modo, & sine discrimine habere se debent, quomodo poterit Imperator fictè procedere, & plebem populosque decipere, ut diversum agat ab eo quod ipse tenet & profitetur?

Veteres illi Sinenses Philosophi adeò severi suimet inspectores erant, tamque circonspectè in suis actionibus se gerebant, ac si decem aliorum hominum oculos intentos haberent in se, decem sem-

per adessent extensæ manus, quæ digito ipsos monstrarent, facta, dictaque notarent, sic enim ait liber *Tá hio; veluti si decem oculi te aspiciant, & decem manus te indigitent, sic cautè vives.* Verba Sinica sunt.... quâ igitur ratione fieri potuit, ut istius doctrinæ professores per fictionem omnia ista agerent, aliud in corde habentes, aliud ore proferentes? contra præcipuum Literatorum axioma, quod ait, *Verba congruant factis, & facta verbis respondeant*, ut habentur, in libro *Sù xu* parte secunda *chum iung*, & contra Cumfucium, qui dicit. *Priùs opere complere tu debes, quod alios docere vis, & posteà sectatores habebis.* Verba Cumfucii sunt.... Veniamus modò ad cultum Intelligentiarum & Spirituum: si falsa esset, fabulosa & Chimærica religio ista numinis & spirituum inter Sinas, solumque adinventa ad coërcendos animos imperitorum, ut corollarium R. Patris postulat, sola tantummodò imperitorum hominum turba, numen, spiritusque coleret, auxilia peteret, miserias, laboresque deprecaretur ab illis. Contrarium tamen accidit, nam qui ista peragunt sunt ipsimet Reges, Reguli, Optimates, ut videre est in Classicis Sinarum libris: Et-

go non est falsa & Chimærica religio ista Numinis & Spirituum.

Quod autem numina spiritualia colant & inter illa summum primumque lumen colant, probatur primò. Illud quod inter omnes majus est, & nullum habet se superius vel majus, primum & summum inter illos est; atqui numen illud, quod Sinenses colunt vocantque *hoam tien, Xam ti* omnibus aliis spiritibus majus est, nec supra se majorem alium spirituum habet; ergo est primus & summus spiritus. Minor probatur auctoritate *ly ki* quæ sic ait. *Quando munera spiritibus offerenda fuerint ritè parata, ea munera vel* xam ti *offerri possunt, quanto magis cæteris spiritibus?* Veluti si diceret munera hæc possunt offerri Regi, quanto magis possunt Mandarinis offerri? Sicut igitur majestas Regia excedit majestatem omnium Mandarinorum, est prima inter omnes majestates; ita dignitas & majestas *Xam ti* excedit omnium aliorum spirituum dignitatem, eritque prima inter omnes spiritus Majestas. Verba textus sic aiunt... *quinque istæ conditiones* (quæ supra jam enumeratæ fuerant) *si adsint in oblationibus, utique eæ oblationes poterunt vel ipsimet* Xam ti *offerri, quantò magis cæteris spiri-*

tibus? Ex quo loco patet, quomodo *Xam ti* sit super omnes spiritus.

Probatur 2°. eadem propositio ex ejusdem *ly ki* auctoritate. Numen illud, cui offertur primum & summum sacrificium, quod nulli alteri Numini offertur, est primum & summum Numen; sed soli *Xam ti*, & non alteri offertur sacrificium primum & summum: Ergo *Xam ti*, est primum & summum Numen. Major videtur esse clara; minor probatur. Sacrificium quod Sinæ vocant *Chai* primum est inter omnia alia sacrificia: sed sacrificium *Chai* offertur soli *Xam ti*, sive *hoam tien Xam ti*, quod idem est, & nulli alteri spiritui: Ergo, &c. Sic enim loquitur liber *ly ki*, de hoc sacrificio quod dicitur *Chai. Secundâ lunâ Rex orientalem plagam visitans, ubi pervenerit ad montem dictum* tai xan, *qui etiam dicitur* tai, *in eo monte offert sacrificium* Chai, *& ex eo monte respiciens alias plagas, offert etiam oblationes tutelaribus spiritibus montium & fluminum.* Commentator verò sic ait. *Strues illa lignorum* ligna quæ comburuntur vocantur *(Chai) comburitur unà cum victimâ, & aliis rebus, quæ lignorum congeriei imponuntur, hoc autem sacrificium offertur cœlo, & est summum sacrificium inter reliqua sacrificia, nam*

reliquis spiritibus tutelaribus montium & fluminum, quibus offerendæ sunt oblationes non ad ea loca in quibus hi spiritus coluntur pergit Rex, sed consistens in hoc eodem monte vertit se ad Orientalia illa loca, & reverentiam exhibens, oblationes offert. Verba Sinica sunt....

Alter verò textus ejusdem libri *ly ki* sic ait. *Combustio lignorum in loco qui dicitur* tai tan, *sacrificium est quod Cœlo offertur.* Commentator verò ait, *congerunt ligna in eo loco* tai tan, *super lignorum congeriem imponitur victima, item imponuntur lapides pretiosi, postea omnia comburuntur, ut odor istius sacrificii penetret Cœlum, atque hic est ritus sacrificandi cœlesti Numini.* Verba textus Sinica sunt....

Quem sacrificandi ritum, si quis vocaverit holocaustum, utique haud aberraturum puto, præcipuè cum ritus sacrificandi inceperit sive invectus fuerit inter Sinas à primo Sinarum Rege *Fo hi* qui regnavit temporibus Noë, atque non est dubium quin fuerit unus ex pronepotibus Noë, & ab atavo Noë, vel aliis prædecessoribus doctus ritum sacrificandi supremo Numini, & subjectos sibi populos hunc etiam docuerit sacrificandi ritum.

Præterea ipsimet Sinenses Reges non so-

lùm venerabantur hoc numen *xamti*, sed illud maximè timebant, præcipuè quando alicujus criminis se reos esse cognoscebant, eoque timore correpti, vitam in meliùs corrigere satagebant. Unde Rex ille ex familiâ *Xam*, sicuti habetur in libris *xu kim* dicebat *Regia familia* hia *peccatis est involuta, ego timeo supremum Regem, non audeo non illam punire.*

Si Rex iste Religionem fingebat, quomodo poterat timore corripi propter supremum Regem cælestem, & ad rectam regulam se componere. Similia etiam verba in classicis Sinarum libris inveniuntur, nimirùm *supremum hoc Numen* xan ti *oportet metuere, oportet venerari, oportet illi servire, oportet ei subjacere, oportet ab illo supplicia deprecari vitam corrigendo.* Verba Sinica sunt.... quæ verba quomodo possunt applicari aëri vel non enti sicuti corollarium R. P. postulat?

Præcellens ille Rex (*Vên vâm*) magnâ circumspectione & humilitate, reverenter & submissè gerebat sese dum obsequium præstaret supremo Numini, *Xam ti*. Sic enim de illo liber *ly ki*: Quâ igitur ratione potest consistere tanta hujus Regis demissio, cum fictâ & chimericâ religione? quæ si fuit invecta ad coërcen-

dam imperitam multitudinem, quomodo magnus hic Sinarum Imperator semet decipere voluisset ut similia perageret?

Veteres Reges Sinarum adeò Numen hoc *xam ti* venerati sunt, ut ipsimet propriis manibus terram colerent, in quâ orizam pro sacrificiis ei offerendis serebant, arboresque plantabant, ex quibus pocula pro sacrificiis conficiebantur. Reguli verò cernentes Imperatorem ita submisse & reverenter se gerere in obsequio supremi Numinis *Xamti*, suum Imperatorem in colendâ terrâ adjuvabant. Propterea Commentator sic ait: *Imperator exhauriebat vires, summum exhibens obsequium in veneratione & cultu summi Numinis* Xam-ti; *propterea Reguli etiam studium adhibebant in eo venerationis munere, Imperatorem adjuvando.* Sinica verba sunt.... quæ revera maximè sunt perpendenda ad adstruendam nostram probationem.

Quid ad hæc respondent adversarii? an Reguli & ipsemet Imperator sunt imperita plebs, ut hac coërcitione indigeant? numquid ad aërem veneratio hæc dirigitur? vel ad non ens chimericum?

Classici Sinensium libri dicunt, supremum ac magnum Numen *Xam ti* in hominum corda descendere, & ex illo

interno illapsu Numinis homines regi, ac dirigi : sic enim habet liber *xũ Kim : Magnus* Xam ti' *descendit in corda hominum, internè dirigens subjectos populos, cui si obsequentes fuerint, naturam obtinebunt constantem in bono ; posse autem facere ut populi quiescant, sive delectentur exercitiis harum virtutum hoc ad me Regem pertinet docendo scilicet populos, quâ ratione se debeant habere in exercitio virtutis.*

Commentator verò omnia distinguens, sic ait. *Cælum, sive numen, infundit & præparat in hominum naturâ, charitatis, justitiæ, officii, prudentiæ, fidelitatis semina, sive principia, adeò ut natura ab his principiis directa ad neutram partem inclinet, & hoc est quod dicitur,* Chũm (id est quod significat in hoc loco litera hæc *chum*, significat namque internè dirigere, atque adeò est illa veluti actio Dei, quæ in hominum naturam semina illa virtutum infundit) *homo verò recipiens, charitatis, justitiæ, officii, prudentiæ, & fidelitatis semina, inclinationem & propensionem in corde suo producit ad virtutes, & quia hæc propensio, ad virtutem est connaturalis homini, propterea totum hoc dicitur natura* (veluti in actu primo disposita) *ex quâ naturâ sic dispositâ & præparatâ, ortum posteà ha-*

bent exercitia, sive actus charitatis, justitiæ, officii, prudentiæ & fidelitatis, & hoc est quod dicitur virtus. Verba Commentatoris sunt sequentia....

Quis ista perlegens & perpendens, audebit dicere quod sint ventus, & aër, non ens, & chimæra.

Præterea Regulus *Chũm cũm* Regis patruus, qui in Regis pueritia loco Regis Sinicum regnum plures gubernavit annos, dicere solitus erat: Numen *Xam ti'* in suâ aulâ regnans auxilium toti orbi præstat. Sic enim habet liber *Xũ Kim*...

Item in eodem libro *xu' Kim* ista leguntur. *E cælo auxilium præbetur subjectis populis, tribuens illis Reges, tribuens illis magistros, ut possint veluti esse adjutores numinis* Xam ti', *qui populos amat, vultque ut quietè & tranquillè vivant.*

Advertendum quod *Tiên* cælum, *Xámti'*, supremus Imperator, *Hoâm tiên* supremum & magnum numen, cælum, *Hoâm tiên xámti'*, magni cæli supremus imperator, idem prorsùs significant, & in libris Sinicis modò unum, modò alterum ex his nominibus usurpatur in eâdem significatione) verba textus hujus libri, *Xũ Kim* sunt sequentia..... Cùm igitur ipsimet Reges &

Digitized by Google

Reguli sentiant hoc supremum numen *Xám ti* hominum corda dirigere, mundumque gubernare, omnibusque hominibus conveniens auxilium tribuere, quomodo ista aëri & non enti chimærico convenire possunt?

Hæc autem auxilia, quæ supremum hoc Numen bonis largitur, in pœnam peccatorum malis denegat Regibus, & hominibus; propterea idem liber *xũ kim* sic ait: *Rex ex familiâ hiá, quia noluit virtutem sequi, sed irreverenter cum spiritibus se gessit, tyrannicè populos tractavit, ideò* hoâm tien, *id est magnum cælum*, id est, supremum numen, *noluit illi auxilia ferre.*

Sequens textus ejusdem libri *xũ kim* dicit, *quod supremum illud numen non est particulare, neque respicit personas hominum, sed sua communicat beneficia perseverantibus in virtute.* Sinica verba sunt... perseverantia & constantia in virtute, explicatur in hoc textu duabus illis literis, *y te*, id est, unâ virtute, perenni scilicet & continuato unius virtutis actu, quasi dicat virtute sine interruptione, nam virtus quæ interrumpitur per actum malum, quamvis posteà resumatur actus virtuosus, virtus illa non potest dici una, sic enim Commentator istius

loci explicat duas illas literas *y te*, id est, sine mixtione mali pura virtus, nec aliquando interrupta. Sinica sunt verba.... Bone Deus, quomodo ista aëri, vel chimæræ aptari possunt?

Sed videamus modò, quâ ratione supremum hoc Numen malos puniat, eosque supplicio afficiat, dicit igitur idem liber *xũ kim*, *supremum hoc Numen* Xam ti' *dirigit homines ad virtutem placidè & quietè, sed fuit familiæ* hiá (id est, Rex qui vocabatur Kiè ex dictâ familiâ *hiá*) *qui noluit sequi directionem hanc Numinis; propterèa supremum Numen tribulationes & calamitates in illum misit; veluti clamans & increpans* (ut vitam in melius corrigeret) *ipse autem renuit correctione Numinis uti, sed totaliter vitiis immersus, verba aliqua* (*mentiens tamen*) *pœnitentiæ proferebat, tunc verò supremum numen nequaquam illum exaudivit, sed illius antiquum imperium destruens, magno illum supplicio affecit.* Hæc de justitia supremi Numinis, *xam ti*, contra impium Regem *kie*, Sinica verba sunt.....

Commentator verò omnia enucleatiùs explicans, mirum quantum nostræ sententiæ faveat. Sic enim ait. Supremum Numen *Xamti*, dum dirigit homines

ad bonum placidè, & quietè, non »
facit hoc per receptionem alicujus cor- «
poreæ vocis, ſed cor hominis acci- «
pit quietam hanc directionem, & «
ferventer ſine interruptione operatur. «
Hæc eſt *Xamti'* interna directio, cu- «
jus ratio, & diſpoſitio, cum ſit æqua- «
lis, & communis hominibus (id eſt à «
ſupremo Numine omnibus detur) quo- «
modo Rex *kie* ab iſtâ communi, ſive «
univerſali diſpoſitione excipi potuit? «
Sed quia Rex *kie* perdiderat natura- «
lem cordis bonitatem, ipſemet per ſe «
noluit ſequi tacitam illam & quietam «
Numinis directionem. Nihilominùs «
tamen ſupremum Numen *Xàm ti'*, »
ſolidè & veraciter illum dirigebat, »
ſed Rex *kie*, conſtanter & totaliter «
directionem hanc reſpuebat. Et tamen «
ſupremum Numen adhuc illum reſ- «
piciebat, nec totaliter abigebat, ſed «
paulatim in illum calamitates immit- «
tebat, ut ſuam illi oſtenderet inten- «
tionem (illum ſcilicet puniendi) in- «
crepabat igitur calamitatibus Regem «
kie, ſed Rex adhuc non noverat time- «
re, nec volebat reverenter uti ſupre- «
mi Numinis auxilio, ſed magis ac «
magis in vitiis volutabatur, quamvis «
aliquando, per dolum tamen, ac fictio- »

Digitized by Google

» nem, verba haberet in ore, quibus mo-
» derationem & modestiam ostentabat.
» Sed supremùm Numen illorum ver-
» borum rationem nullam habuit, prop-
» tereà magnum illius imperium destru-
» xit, & illum magno supplicio affecit,
» & sic regiæ familiæ *Hia* finem acce-
» pit. Legatur attentè Sinicus hic tex-
» tus.

Interim rogo ego lectorem, ut unà mecum internam hanc Numinis directionem expendat. Quis potest hanc internam motionem in hominum corda infundere? Certè non alius, nisi cui subjacet cor humanum, atque adeò non nisi Deus] potest hoc facere, cui soli hominum corda subjecta sunt. Continuatum illud auxilium, quo Regem *kie*, ad corrigendam vitam inducebat, non illum statim punire, sed eum paulatim calamitatibus afficere, ut Rex timeret imminentem cæli iram, cognoscere subdolam & falsam Regis pietatem, illamque parvipendere, & tandem ultimo illum afficere supplicio: A quo ista omnia orum habere possunt, nisi à solo Deo? quomodo ista aër possunt esse, non ens, & chimæra?

Miser hic Rex *kie*, propterea tot fuit calamitatibus obrutus, & tandem regno

exutus, & mortuus, quia timorem ſupremi Numinis abjecit, & fortaſſe quia putabat nullum adeſſe Numen ſuprà ſe, omniaque per fas & nefas ſibi licère putans, nullam timebat Numinis poteſtatem, quia ex illis erat, qui putant Numen, & ſpiritus auram eſſe, &, chimæram, ſicuti ſunt omnes Athei, *Chũ çú* & ſciolus ille *Cheũ yâm ſien* hiſque ſimiles; ſed non ita Cumfucius, qui dicebat probum virum debere tria timere, 1°. *timere ſupremam Numinis majeſtatem.* 2°. *timere ſeniorum auctoritatem hominum* 3°. *timere ſanctorum, ſive proborum hominum verba.* Quæ Cumfucii ſententia invenitur in libris *xu kim*, & ſic ait.....

Dicant mihi, quæſo, adverſarii, an tres iſti timores invecti fuerunt ad coërcendos animos imperitorum hominum? Cum Cumfucius non abſolutè ſive genericè dicat, ſed ſpecificè determinet probos & cordatos viros, vel etiam ipſos Reges debere habere tres illos timores. Num probi & cordati viri, & Reges, qui omnes continentur hoc nomine, *kiun çú*, ſunt illa imperita plebs, cujus animus coërcitione indiget?

Quando autem ſupremum hoc Numen præmio vel ſupplicio juxta meri-

Digitized by Google

torum qualitatem, aliquem vult afficere, prius aliqua signa producit, quibus possint homines advertere Numinis mentem, vel semet præparando per virtutum exercitia ad beneficia illa recipienda, vel per mutationem vitæ ad bonam frugem se referendo. Sic enim ait classicus liber *ye kim: Numen cœleste, quando vult hominibus tribuere calamitatem vel felicitatem, prius prosperitatis vel infortunii signa præmittit, distincte illos admonens, ut prævideant & præcaveant*, (Sinica verba.)

Atque ex his locis patet, cæleste hoc Numen operari per intellectum & voluntatem, prudentiam & justitiam habere, &c. Quæ omnia divina sunt attributa, nec possunt aëri, chimæræ vel similibus aptari.

Insignis quidam Sinensis doctor, qui nostrorum Patrum consuetudine satis familiariter utebatur, qui etiam benè noverat nostræ sacræ legis dogmata & præcepta, in signum obsequii, breve elogium (quod Sinæ vocant *pai pieñ* obtulit Ecclesiæ Civitatis Metropolitanæ Provinciæ *Chẽ kiam, ham cheũ* dictæ, in quo quatuor istæ literæ adnotatæ erant *Xamti lin, giũ*, quas literas ille accepit ex classico libro) *Xũ kim* ut quis-

que videre poterit. Significatio quatuor harum literarum est, *Xam ti*, id est, *supremum Numen proximum adest tibi*: Innuens quod Deus per Christianam legem Sinensibus appropinquaverit. Sinensis hic doctor an his brevis Elogii literis Patres nostros decipiebat? an Christicolas? an imperitum vulgus? fortasse voluit decipere Literatos Sinenses? an seipsum decipiebat? nisi ipse credidisset, sub hoc numine *Xamti* verum supremumque significari Numen, quomodò dicere potuisset *xám ti lin giû*, Numen *xám ti* proximum tibi adesse; quin imò non ille primus fuit, qui talia verba protulit, cum ille acceperit sententiam hanc ex libris *xũ kim*, illiusque sensum & significationem applicans nostræ sanctæ legi.

Sed relinquamus doctorem hunc Gentilem, Doctor noster *siû* Paulus in Ecclesia B. Virginis quæ in Civitate *Xám hái* erecta est, simile descripsit elogium, scilicet *Xám ti he lin*, id est, *Xám ti cum majestate venit*. Significans Deum dominum miraculis & virtutibus majestatem suam mundo ostendisse. An Doctor hic ignarus erat doctrinarum Sinensium? an non studuerat Sinicis codicibus? an non erat christianis præceptis excultus?

Digitized by Google

Quomodo potuit Chriſtianos, & ſuam totam familiam decipere, ut aërem & chimæram pro Deo illis obtruderet adorandum & timendum ? fortaſſe ſciolus ille *Cheũ hiam ſieñ* noſtro hoc *Colao* Paulo doctior fuit, & in Sinicis libris verſatus magis ? quis hoc audeat affirmare ?

His quæ huc uſque diximus, non poſſum non addere id quod mihi contigit in Civitate *kia xen* Provinciæ *Chẽ kiam* præteritis annis, regnante familia *Mim*, quam Tartari Orientales extinxerunt, in eam Civitatem me contuleram viſendi gratiâ nobilem Baccalaureum, filium olim magni Mandarini; hic poſt conſuetas ſalutationes, petiit à me ut etiam viſerem minorem ſuum fratrem graviter ægrotantem, quem cum ego hortarer ut cæli Domino ſe commendaret, nominans Deum Sinico vocabulo *tieñ chù*, dixit ægrotus ſe non percipere ſenſum meorum verborum; tunc Baccalaureus dixit; Occidentalis hic Literatus hortatur te, ut roges Numen *Xàm ti*, pro ſalute recuperandâ, tunc æger junctis ante pectus manibus caput inclinavit orans, &c. Niſi hi duo fratres noviſſent *Xàm ti*, ſupremum eſſe Numen, atque adeò Dominum cæli *tieñ chù*, quomodo unus

rogaret *Xám ti'* pro salute impetrandâ, alter verò ægrotum hortaretur ad rogandum ? non erant hi fratres plebeii homines, & Baccalaureus valdè erat Sinicis doctrinis eruditus, adeò ut paulò post lauream doctoratus sit adeptus, & in regium collegium doctorum, qui dicuntur *hân lin* fuerit cooptatus.

Tandem Colaus (Colai dignitas prima est, & suprema inter omnes Magistratus) *kieu kium xan* nobilis Commentator Sinensium historiarum, sic describit numen *xám ti'*, *inter ea quæ sub aspectum cadunt nihil est nobilius cælo, inter substantias spirituales, summus & nobilior est* Xám ti', *vocatur* mim tien xám ti', id est, misericors cælestis supremus Imperator. *Litera hæc*, ti, *Domini gubernantis est appellatio, propterea supremus hic spiritus appellatur* Ti, quia scilicet dominator & gubernator omnium rerum est) *huic nomini* ti *superadditur nomen cælum, sive cæleste*, (propter illius amplitudinem & majestatem) *huic nomini cælesti* tien *superadditur nomen* min, id est, *misericors*, quia omnium misereatur, & omnia amat) *huic nomini* ti' *etiam superadditur* Xám (quia est supra omnes, & nihil habet se superius) *propterea appellatio supra dicta*,

Digitized by Google

scilicet min tien xám ti', *solummodò dicit poteſt de ſummo* (Spiritu) *cui nihil ſuperaddi poteſt.* Poſt pauca verò reddit rationem iſtorum nominum & appellationum, ſic dicens, *calorum magnitudo non poteſt explicari, Imperatoris nobilitas & Majeſtas non habet æqualem, nam ſub cœlo & ſupra terram res nulla eſt, quæ à cælo non contineatur* (propterea magnitudo illius eſt inexplicabilis) *nec ullum agitur negotium, quod ab Imperatore per leges non dirigatur* (propterea Imperator non habet æqualem) *ad explicandam igitur majeſtatem, excellentiam, & præeminentiam ſuper omnia, propterea his nominibus appellatur ſupremum illud numen, non enim una res ſufficiens eſt ad explicandam illius virtutis potentiam* (id eſt ſupremum illud numen non habet proprium nomen, quo illius eſſentia explicetur) *propterea inferiorum rerum nomina mutua accipiuntur, ut per comparationem ad res illas, aliquo modo venire poſſimus in cognitionem ſummæ illius majeſtatis & celſitudinis, & quia unius rei excellentia, quantumvis magna nulla ratione coæquari poteſt excellentiæ ſupremi Numinis, propterea multa inferiorum excellentia nomina congeruntur, ad aliquo modo explicandam ſummam illius ma-*

Digitized by Google

jestatem. Verba Sinica istius magni Colai sunt....

Et hæc sufficiant de primi & summi Numinis veneratione, quam tot auctoritatibus probavimus realem esse, & non chimæricam, sicuti verum & reale est numen non chimæricum; sed ad alios spiritus transeamus.

ARTICULUS XII.

De Aliis Spiritibus.

QUod autem non sint aër & chimæra reliqui spiritus, quos veneratur Sinensium schola, jam patere posset ex dictis suprà, nam cum probaverimus Numen *Xàm ti'*, supremum esse inter omnes spiritus, oportet ut spiritus illi rationem spiritualis entis participent, atque adeò analogiam dicant ad primum illum & summum spiritum. Propterea liber *ly kì*, supra citatus dicit: *si res quæ spiritibus offerendæ sunt, quinque illas conditiones habeant, quas suprà enarravimus*, scilicet ut sint ritè paratæ; prout obsequii & reverentiæ ritus exigunt, *tunc rerum illarum oblatio supremo Numini* Xàm ti' *potest offerri: quantò ma-*

gis reliquis Spiritibus. Ex qua comparatione clarè constare potest, reliquos hosce Spiritus, verè esse Spiritus, & non aërem, & chimæram, Sinici textus verba sunt . . . .

Alter textus ejusdem libri *ly ki*, sic habet, *quoniam Spiritus inter cæteras res, sunt quid perfectissimum, propterea in rebus componendis & dirigendis apicem attingunt. Charum sortiti sunt nomen scilicet* quèi xin, *ut essent populorum directores, atque adeò reverenter illos timerent, & illis cuncti populi subjicerentur.* An tales possunt dici aër & chimæra? sed Commentatores istius loci attentè legendi sunt, illorumque verba maximè perpendenda ad veritatem quam inquirimus, indaganda. Priùs tamen ipsius libri *ly ki*, verba Sinica legamus, quæ sunt . . . .

Igitur unus ex Commentatoribus ait; *Quoniam spirituum intelligentia est perfectissima, nec potest occultari, illorum directio nobilis & summa meruit appellari: ipsi verò clarissimam ostensionem sui ipsorum facientes* (per effectus) *dicti sunt* quei xin, *ut essent toti mundo regula & directio, atque adeò nossent populi, quos timere deberent, nec irreverenter se gerere auderent, scirent etiam, quorum directioni subjacerent, nec auderent illis contradicere.* Quid dicent ad

versarii, an ista congruunt aëri vel chimæræ? Quare debemus relinquere verum dogma de essentiis spirituum, classicis libris expositum, & interpretum aptissima declaratione elucidatum, & adhærere Atheïstarum expositionibus? Sinica verba hujus Commentatoris sunt sequentia....

Alter verò Commentator sic explicat, *Spiritibus nomen imponere illosque appellare* quei xin *inventum fuit hoc, propter summam reverentiam, cui appellationi nihil amplius superaddi potest. Hoc autem fit propterea quod illorum directio apicem attigit. Verum tamen Spiritus ipsi dese non habent nomen, & quod modò habent nomen, ab hominibus inditum fuit. Spirituum namque natura cum sit valdè obscura* (id est à sensibus remota) *non potest omninò investigari: velle igitur Spiritibus nomen imponere, est habere perspectam naturam spirituum, atque adeò Spiritus possent omninò investigari, quod est contra suppositum.* Huc usque secundus Interpres, cujus Sinica verba ab hoc signo initium sumunt, quæ velim Lector expendat & intelligat quàm longè distent Spiritus à chimæra....

Unde antiqui Sinarum Reges propter debitam Spiritibus reverentiam, mandabant populis, ut omni veneratione colerent, primò supremum Numen *Xam ti*,

deinde reliquos totius orbis Spiritus. Sic enim habet liber *ly ki*. *Imperator in mandatis dat populis, ut omnes exererent vires in colendo supremum Numen* Xam ti: *deinde tutelares excelsorum montium, magnorumque fluminum, orbisque quatuor partium Spiritus.* Sinica verba sunt....

Ratio verò hujus mandati est, quia Regibus ex officio incumbebat Spiritus hos tutelares mundi, præcipua veneratione prosequi, illisque oblationes offerre, sicuti habetur in classicis libris *xu kim*. Sic enim aiunt. *Cæleste numen posuit Regem, ut esset tanquam speculum toti mundo; docuit illum quomodo obtineret & conservaret Imperium; dilexit illius perennem nec interruptam virtutem; constituit illum ut esset princeps, sive gubernator oblationum quæ Spiritibus offeruntur.* Quæ quidem sunt dicta de optimo quodam Rege familiæ *Tam*, quæ olim diu regnavit, Sinica textus verba sunt....

Sed satis jam diximus, & auctoritatibus probavimus substantiam spirituum juxta Sinensium doctrinas non esse aëream, neque chimæricam. Præstat modò aliquid dicere de oblationibus & deprecationibus quas Literatorum schola in suis classicis libris commemorat. Liber *ly ki*, item liber *xu kim* dicunt quod,

quando

quando Reges ad hoſtes debellandos procedebant, priùs ſacrificiis ſupremum Numen placabant, idque non ſemel aut bis, ſed ſapiùs ſacrificia inſtituebant, propterea ſacrificia illa vocabantur, *liu*, quæ litera ſignificat alicujus rei iteratam actionem. *Deinde tutelaribus Spiritibus litabant: Tandem ante diſceſſum ingrediebantur defunctorum parentum aulam, quaſi facultatem petentes eundi quò pergere volebant* (hoc illis obſequium præſtando, ac ſi viventes exiſterent, domumque gubernarent.) *Ultimo loco litabant Spiritibus tutelaribus loci illius, quem ditioni ſuæ ſubjicere volebant.* Atque in hoc loco advertendum eſt, propterea diverſos conſtitui modos offerendi oblationes, quia diverſa & diſtincta ſunt objecta, quibus illæ oblationes offeruntur. Sinici hujus libri textus verba ſic aiunt, quæ maximè ſunt perpendenda.... Dictionarium *çú guoi* reddit rationem de differentiis harum oblationum ſic dicens: *ſacrificium* kiao *offertur ſupremo Numini, quod ſacrificium, quia pluries offertur, propterea dicitur* liu.

Spiritibus tutelatibus offertur litatio dicta *Y*, quæ litera ſignificat convenientiam, item juſtitiam. Propterea cum in belli conflictu contratia pars aliquandò

fortior fuerit, & regius exercitus cladem rationabiliter timet, litatur ad deprecandum infortunium, & ut tutelares Spiritus conferant in eo periculo justum & conveniens auxilium ad contrariam partem debellandam; verba Dictionarii sunt hæc. *Quando militum inimicorum ferocia eminet, conflictus est periculosus, timendum ne clade accepta sternatur exercitus; propterea litatur tutelaribus Spiritibus, rogando ut justum & conveniens ferant auxilium, propterea species hæc litandi dicitur* Y.

Quare autem visitetur parentum aula, istius officii rationem reddit classicus liber *xu kim*, ubi habetur, *quod Rex* Vù Vam *datâ operâ, ingressus est aulam mortui parentis Regis* Vên Vam, *ut mandatum ab illo veluti acciperet de destruendo malo illo Rege* Cheu. *Nam supremum Numen primo jussit* Ven vam *destruere Regem* Cheu; *sed quia* Ven vam, *morte occupatus non potuit absolvere opus illud, filius ejus Rex* Vù vam, *illud absolvit, atque adeò voluit quasi facultatem petere à patre ut absolveret, quod pater non potuit perficere.* Verba Sinici textus sunt sequentia....

Ultimo loco litatur Spiritibus illius loci, quem Rex postulat debellare, quæ

litatio fit dum progreditur exercitus, quæ si fiat, dum milites insident equis, vocatur *ma*: si verò super currus, litatio vocatur *Fan*. Quæ omnia clarissimè patent in istis locis citatis, &c.

Litatur etiam Spiritibus ad calamitates deprecandas, ubi apparet virtus spirituum in subveniendo hominibus. Liber *Ço chuen* apud Dictionarium *çú guòi*, sic ait: *Siccitatis tempore quando profluvi ventris calamitates ingruere solent, tunc litatur cælestibus Spiritibus Solis, Lunæ, Planetarum & Constellationum Rectoribus; tum demùm nix, pruina, ventus, & pluvia suis temporibus adveniunt.* Sinica verba sunt...

Litatur denique Spiritibus pro beneficiis acceptis. Sic enim habet Commentator libri *ly ki*: *Probi homines, insignes virtute, cupientes debitas referre gratias Spiritibus, à quibus beneficia acceperunt, inquirunt, id est, pergunt ad ea loca, in quibus Spiritibus veneratio præstari solet, ibique suas illis offerunt oblationes*, Sinica verba sunt....

Quæ omnia ritè perpensa maximum reddunt testimonium Sectam Literatorum Atheïsmum non profiteri, primum Numen cognoscere. Sicut & spirituales intelligentias, nullamque docere doctrinam interiorem differentem ab exteriore.

Digitized by Google

Quoniam verò R. P. sumpsit sui corollarii fundamentum à doctrina libri *sim ly*, quam ipsemet vocat Sinicam Philosophiam. Nos quoque ab hoc libro testimonium sumere possumus, probareque quod Spiritus sint veræ substantiæ intelligentes. Sic ait liber. *Verba quæ ore proferuntur, ab hominibus audiri possunt ; actiones quæ personaliter aguntur, ab hominibus videri possunt ; intentio verò cordis, quâ quis operatur, Spiritus illam cognoscere possunt per aliquos effectus ; nam hominum perspicaciam, sive ingenii acumen, haud potis est quis decipere* (Cum scilicet aliud intùs sentit, aliud foras profert :) *Quantò minùs poterit spirituum perspicaciam decipere?* Igitur perspicaces sunt Spiritus, & illorum perspicacia superat Doctorum hominum perspicaciam, si possunt cognoscere hominum intentiones *(ex effectibus scilicet)* quomodo erunt insensibiles sicuti aër ? quomodo erunt implicantia entia sicut chimæra?

Addidi (*ex effectibus*) cogitationes enim cordis soli Deo notæ sunt, nec illas possunt spiritus cognoscere, nisi in ipso Deo, vel per aliquem effectum, juxta quam doctrinam congruenter loquens idem liber *sim ly* sic ait. *Illorum, quæ nullum habent signum*, id est, effectum,

vel etiam ſpirituales ſubſtantiæ nequeunt cognitionem aſſequi, quantò minùs homines? Verba Sinica ſunt....

Ex quibus bene patet Spiritus ſecundum ſcholam Literatorum Sinenſium intelligentes eſſe ſubſtantias. Quibus etiam licet addere aliud teſtimonium ex hiſtoriâ Sinarum Annalium depromptum, in quo ipſum ſupremum Numen, quod alibi vocatur *Xam ti*, hîc vocatur *Tien chu*, ſicuti nos linguâ Sinicâ Deum appellamus. Narrat igitur Hiſtoriographus *hû ſin ngan* quod tempore quo regnabat familia *Sim* & ex hac familia Rex *Chin cum* Sinici regni ſceptra teneret; à principio illius regiminis, uſque ad finem ſæpiſſimè contingebant mutationes in regno, propter Mandarinorum bonam vel malam gubernationem. Atque adeò Mandarini, qui ante hunc annum qui Sinis dicebatur *kim te* præceſſerunt, omnes quidem propter probitatem, fuerunt veluti continuata ſeries prudentum virorum. Ab anno verò *ciam fu* & deinceps, omnes mendaces & fraudulenti extiterunt ante conſpectum ſupremi Numinis, quod Numen hic Hiſtoriographus Dominum cœli nominat, id eſt, *tien chù* ſicuti Chriſtiani Sinenſes Deum appellant. Sinica verba ſunt....

Ex quo loco clariſſimè etiam patet ſcho-

lam Literatorum ſupremum cognoviſſe Numen, eumque omni veneratione profecutam fuiſſe. Quod autem Literatorum multi cognoſcant vel cognoverint, nec eâ, quâ par erat, veneratione coluerint ſupremum hoc Numen, eorum tribuatur impietati: ſimiles enim ſunt illis de quibus loquitur S. Paulus Rom. 1. *Qui cum cognoviſſent Deum, non eum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Alii verò ſunt, & quidem multi, non ſolùm ex Literatis, ſed ex plebe, qui Numen hoc venerantur, ſed neſciunt quid illud ſit, & pro illo Numine cœlum adorant, & ante januam propriæ domus, vaſcula ſuſpendunt ignem continentia, in his thus adolent in honorem cæleſtis Numinis, quem cultum vocant aliqui *kim tien*, id eſt, in honorem cæleſtis Numinis. Alii verò vocant *xao tien hiam*, id eſt, incendunt cæleſti Numini odores. Semper item in ore habent, non ſolùm plebeii, ſed honeſti viri ſequentia verba *cò muôn pú cò muôn tien*, id eſt, *res hæc hominibus occultari poteſt, ſed non poteſt occultari cæleſti Numini*; aliæque ſimiles locutiones paſſim occurrunt, quæ oſtendunt Sinenſium animos, valdè propenſos eſſe ad Numen colen-

Digitized by Google

dum. Errant tamen in multis, quia verâ & rectâ Numinis cognitione sunt destituti. Horum inscitiæ subvenire debet charitas & solertia Evangelici Prædicatoris, illos non deterrentis à Numinis cultu & veneratione, sed illos inducentis in veram Numinis cognitionem, imitantis Doctorem Gentium, qui Areopagum ingressus, Areopagitas convertit, occasione sumpta ab illa arâ, quæ inter idola Areopagitarum erecta erat, cum inscriptione illâ *Ignoto Deo*, sive ut alii volunt *Ignotis Diis*. Non abstulit illis aram. Non illam demolitus est, sed quia in illâ invenit semen aliquod, quod conducebat ad insinuandam veram Dei cognitionem, ex illâ arâ exordium sumpsit prædicandi veri Dei adorationem: nam cum S. Apostolus ignoti Dei cultum non prohiberet, sed illos doceret quis & qualis esset ignotus ille Deus, & quomodo oportet illum colere, non fuit admodùm difficile Areopagitis aures præbere verbis S. Apostoli, *quod ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.*

Et benè hoc apparuit, quia difficultas, quæ Areopagitis ex Apostoli prædicatione objecta est, non fuit de vero Deo colendo, sed de mortuorum resurrectione, quam nunquam futuram audierant: quod

Digitized by Google

si S. Paulus etiam funditùs ignotum illum Deum abstuliſſet, jam duplici difficultate obruti fuiſſent Areopagitæ, unâ de mortuorum reſurrectione, alterâ de novo Deo quem prædicabat, & sic difficiliùs ad fidem Christianam perveniſſent. Id ipsum est, quod modo de noſtris Sinicis dicimus. Non auferamus ab illis parùm illud luminis veritatis quod habent; sed illud sit nobis vehiculum ad Christianas veritates insinuandas, & quæ de Deo, & de Spiritibus ipsi obscurè & perplexè loquuntur, Prædicator dilucidè & clarè illos doceat. Sit tanquam bonus Architectus, qui non omnes lapides, nec omnia ligna veteris domus rejicit, sed aliqua suis locis in domo nova aptè disponit & collocat. Sicque magnis sumptibus parcit, ita & Prædicator Evangelicus, dogmata illa quæ in Secta Literatorum, tanquam ruderibus Veteris domus eruit, ubi viderit ea univocationem habere cum præceptis Christianæ fidei non rejiciat, sed aptè suo loco componat in hac novâ domo Christianæ professionis, & veluti sumptui parcens, minores in fide introducendâ difficultates inveniet. Politicos igitur Sinarum ritus vel qui ad politicam regulam reduci possunt non objiciat, sed illos in professione Christianæ fidei pro-

Digitized by Google

curet veluti famulorum officio fungi, quod si ritus processu temporis sordes aliquas contraxerint, abstergat illos Prædicator, relictâ rituum substantiâ, & ita Christianitati famulari poterunt juxta decretum sacræ Congregationis dicentis, *quæ verò redolent cultum politicum, vel ad illum reduci possunt, permittantur.*

Atque hic modus instituendi Sinenses Neophytos, paucis verbis fuit comprehensus à nostro Colao *, *Siù* Paulo, qui interrogatus à Mandarinis de Christianâ lege, respondit Christianam legem omninò differre ab Idolorum Sectis, sed resarcire mancam Literatorum scholam. Doctoris verba sunt, *civefe pù jû*. Noverat enim ille scholam Literatorum in multis deficere, quos defectus & vitia solæ Christiana fides poterat resarcire; sed noverat etiam aliqua habere, quæ fidei præceptis non sunt repugnantia, item aliquæ quæ sacræ fidei congrua sunt. Adeòque non esse similem Idolorum Sectæ, quæ è diametro opponitur legi Christianæ. Propterea consequenter loquendo, non omnia quæ sunt in Literatorum Sectâ abjicienda sunt, sed ea corrigenda, in quibus

* Nomen Colaï est suprema dignitas post Regem.

schola illa à veritate deflectit, & in quibus deficit & manca est.

Igitur si ab illâ volumus rejicere cognitionem primi principii, cognitionem Angelorum, & dicere omnia esse aërem atque chimæram, jam non resarcimus, sed illam funditùs evertimus, quâ eversâ ad introducendam fidem in animos Sinensium diutiùs erit laborandum. Colaüs verò noster Doctor Paulus, quia noverat convenientiam hanc, & optimè Literatorum Sectam callebat, & Christianis mysteriis apprimè excultus erat, propterea dixit *cive se pù jû.*

Alter etiam Doctor itemque Colaüs agnomine *fam* elogium obtulit Ecclesiæ nostræ Civitatis *Xam hai*, quatuor hasce Literas continens, *kiáo ye jû çum*, id est, *lex Christiana alas addit Sectæ Literatorum*, quasi diceret, lex Christiana elevat ad sublimiora mysteria Sectam Literatorum. Noverat enim ille Sectæ Literatorum dogmata, legerat etiam nostræ sacræ legis libros non paucos, aliquibus nostris Patribus diù & arctè familiariter usus fuerat, de nobis perhonorificam orationem habuit coram Rege Sinarum *çum chim*, à quo Tartari regnum abstulerunt. Propterea tale obtulit elogium. Alas igitur debemus addere Sectæ Literatorum,

Digitized by Google

ubi illa humi repit, non autem deplumem reddere, & funditùs evertere, alioquin locus nullus posteà aderit, cui Christianas alas nectere possimus.

Concludamus tandem hanc materiam testimonio doctissimi viri, itemque Christianâ pietate conspicui, *Chu vi chim*, qui omnia, quæ huc usque diximus, brevi, sed dilucidâ oratione comprehendit in suo libello toties citato *chim min tio xue* sic enim ait. Numen illud, quod dicitur « *Xam ti*, Dominus est & gubernator « universi, rerumque omnium. Hic au- « tem cœli Dominus Angelos jubet cu- « rare, sive regere creatum mundum. « Quodlibet igitur cœlum suum habet « præsidem Spiritum, qui illum circum- « agit: quod ipsum est, quod profitetur « schola Literatorum, quando dicit sex « nobiles Spiritus regere Solem, lunam, « planetas & constellationes. Quodlibet « regnum, Civitas quælibet, oppidum « quodcumque suum habet Angelum præ- « sidem & custodem. Hoc ipsum confite- « tur Literatorum schola, quando dicit « muros, terras, montes, flumina, Spi- « ritus tutelares habere, qui omnia ista « custodire non desinunt. Quilibet homo « suum habet custodem Angelum. Singu- « læ etiam species creatarum rerum præsi- «

Digitized by Google

» dem habent Spiritum, qui illas regit, &
» ne intereant curam agit. Hoc ipsum est,
» quod schola Literatorum sub nomini-
» bus *tien* & *çie* veneratur, scilicet Spi-
» ritus tutelares quinque specierum fru-
» gum, ex quibus homines vitæ alimenta
» capiunt. In unius anni decursu haben-
» tur preces, sed preces illæ diriguntur
» ad *Xam ti*. In fine anni gratiæ aguntur
» pro acceptis beneficiis rerum omnium
» conditori. Homines enim recipientes
» magna beneficia à *Xam ti*, perenniter
» etiam à Spiritibus recipiunt directionis
» & custodiæ beneficia non pauca, sed
» cum hi Spiritus mandatum accipiant à
» *Xam ti* dirigendi & gubernandi infe-
» rioris mundi & homines & reliqua om-
» nia creata entia, horum directionis &
» custodiæ beneficium tribuendum &
» referendum est ipsimet *Xam ti*. Quantò
» magis cum illorum gloria de se sit un-
» dequaque perfecta (juxta cujusque exi-
» gentiam.) Quamvis magna conferant
» hominibus beneficia, nihil omninò ab
» hominibus sperant aut desiderant, so-
» tummodò postulant ut homines cæle-
» stium corporum, fluminum item &
» montium pulchritudinem aspicientes,
» plantarum quoque diversimodam mul-
» titudinem, producentium quoque cu-

jusvis generis fructus, inde sumant occasionem vero Domino gratum animum offerendi, illique fideliter & humiliter dignum obsequium præstandi. Et hoc pacto Angelorum animi gaudio afficiuntur haud leve. Huc usque Licentiatus *chũ vi chim* in citato libello, ut Sinicas callentes Literas possunt testificari; sic enim ait...

Quid ad hæc respondere possunt impii Atheistæ? numquid Licentiatus iste Cosmas non erat versatus in Sinicis doctrinis? numquid ignorabat christianæ fidei mysteria, cum omnes pænè Sinico idiomate christianæ fidei libros evolverit. An non ipse finensibus hominibus scribit? quos etiam hortatur ut fidem christianam profiteantur. Si Sinenses putarent (præter Atheos) & numen *Xám ti*, & reliquos spiritus aërem esse, an non timere potuisset noster Licentiatus ne sibi docti viri exprobaturi fuissent hoc commentum haud satis ingeniosè excogitatum? maneat igitur secundum Literatorum sectam Numen *Xám ti*, primum esse Numen: reliquos verò spiritus veros realesque spiritus esse, sicut noster hîc Licentiatus affirmat.

Commentum denique illud de duabus religionibus, interiori unâ, quam cre-

dunt veram, exteriori alterâ, quam credunt falsam, sicuti R. P. in suis Corollariis affirmat, an doctus iste Licentiatus ignoravit ? an Colaus Paulus & reliqui Christiani Doctores ignorarunt ? ut ne verbum quidem de illo unquam habuerint ? priorum nostrorum Patrum libros de divinâ lege, Doctores illi, quod ad Sinicam dictionem spectat expoliverunt, si hi noverant sectas illas, quomodo approbarunt doctrinam de *Xám ti'* & de spiritibus, quæ in illis libris continetur ? nisi velimus dicere ab illis etiam deceptos fuisse nostros Patres ad eum modum quo misera imperitorum turba (sicuti corollarium postulat) per sectam illam exteriorem decipitur à Literatis, quod tamen non ausim dicere. Quoniam verò adhuc remanent aliquæ dubitationes quas R. P. proponit in hoc paragrapho 41. oportet illas clariùs hic expendere.

Prosequitur igitur R. P. & tertium deducit corollarium, in quo non solùm refert opinionem illam de duabus religionibus, interiori & exteriori, sed illam approbat & suam facit opinionem. Sic » enim ait. Lo 3°. es, que lo demas que » haçen con todos estos sacrificios y cere» monias, nò es mas que simular reli» gion para el gouvierno politico : y à

un en esto con grande diminuçion como confessò el doctor Miguel. Preguntado este por el P. Longobardo como trae en el preludio 17. §. 2. si los Letrados conoçian premio y castigo despues de la muerte, respondio que nò hablan destas cosas. *Y aqui*, dize el dicho P. se *puso à suspirar y quexar de que los Letrados fueron tan cortos en esto, nò enseñando las cosas de la otra vida, &c.*

3°. Colligo sacrificia ea quæ peragunt, ritus & cæremonias atque ejusmodi omnia, nihil aliud esse præter simulationem religionis, ad bonum regiminis politici; atque etiam ex eâ simulatione plurimùm detractum esse fassus est Doctor Michaël, qui interrogatus à R. P. Longobardo, ut hîc refert præl. 17. §. 2. an Literati cognoscant præmia & pœnas post mortem, respondit eos nihil de rebus ejusmodi loqui. *Tumque is*, ait R. Pater, *gemere cæpit ac vehementer queri, quod Literati fuissent in his rebus tam breves, neque docuissent ea, quæ ad alteram vitam pertinent.*

Huic 3°. corollario affatim jam responsum est, ubi enim probatum fuit falsum esse commentum illud de duabus

religionibus, interiore & exteriore, falsum erit hoc tertium corollarium, quia falso nititur fundamento, non possum tamen intelligere connexionem, quæ intercedit inter propositionem hujus tertii corollarii, & responsum D. Michaëlis ad quæsitum P. Longobardi, nam puto esse tantùm connexionem materialem unius propositionis cum altera, non autem connexionem ratiocinationis ostendentis unam rem ab alterâ dependere. Corollarium namque dicit Sinas simulare religionem, ac propterea unum in corde sentire, aliud populos docere; ad coëcendam imperitam multitudinem; responsum verò Doctoris Michaëlis allegatum dicit Literatos nihil loqui de præmiis & suppliciis, quibus post mortem afficiuntur animæ. Si nihil loquuntur, quomodo possunt coercere imperitam multitudinem? clarè patet esse connexionem materialem, quia R. P. inferere voluit quæsitum illud, & responsionem huic loco.

Quod autem attinet ad suspiria & lamentationes, *de que los letrados foran tan cortos en esto, no enseñando las cosas de la otra vida, &c.* Dico frustra expectari ab hominibus Sinensibus notionem præmii vel supplicii æterni, quibus post mortem afficiuntur homines; nam cum

Digitized by Google

ista naturalem capacitatem excedant, non possunt juxta naturæ vires cognosci. Quod si in sacris literis veteris testamenti rarò satis habetur mentio de talibus præmiis vel suppliciis, quomodo nos à Sinis notionem hanc exigere possumus? quamvis hoc etiam non obstante in libris classicis Sinicis specimen aliquod habetur præmii, quod in alterâ vitâ possident Boni. In libro namque *xũ kim* habetur quod multi Reges ex familiâ *In* boni & prudentes reperiantur in Cælo; sic enim ait. *Cæleste Numen jam finem dedit magno regno familiæ* In, *sed tamen hujus familiæ* In *multi boni, prudentesque Reges sunt in cælo, qui meritis & fælicitate superant posteriores Reges, ac populos*; Sinica verba sunt..... In libro etiam *xĩ kim*, habetur similis sententia. Dicit enim classicus ille liber Regem *Ven vam* semper in cælo esse coram supremo Numine *Xám ti*'; sic enim ait: *Rex* Ven vam, *degens apud superos, oh quam clarus in cælo est* Ven vam *Rex! ascendit & descendit, tandem residet juxta* xám ti', *sive ad dextram, sive ad sinistram.* Verba Sinica sunt...

Atque ex his duobus locis colligi potest bonos post mortem cælum conscendere in præmium bonarum virtutum,

quas viventes professi sunt ; descendere verò propter auxilium præstitum filiis & nepotibus, pro illis apud supremum numen intercedendo, &c. Si igitur boni post mortem præmia recipiunt, licebit etiam argumentari, sive deduci : ergo mali post mortem puniuntur. Quoniam verò cognitio hæc præmii vel supplicii post mortem inferendi est obscura apud Sinas, Prædicatores divinæ legis facient illam claram & perspicuam.

Ex his etiam duobus locis potest lector colligere supremum illud Numen non esse chimæricum, nec animas hominum post separationem à corpore in aërem resolvi.

Prosequitur adhuc R. P. dialogum inter P. Nicolaum Longobardum & Doctorem Michaëlem sic dicens. Lo 4°. » preguntò el P. Longobardo al D. Mi» guel, si los Chinos nò saben dar raçon » de las cosas *invisibiles*, *quando* haçen » sacrificios, à quien los haçen ? à esta » pregunta começó el à menear la cabeca, » y à sorreirse dicendo, que los Chinos » offreçen propriamente los sacrificios à » este Cielo universal, y assi mismo à la » tierra, à los montes, y demas partes » del universo, que todos veen, agra» deciendoles los beneficios y provechos

que dellos reciben. Quanto tocca à los « Eſpiritus nò ſaben de cierto que los « haya, mas conjeturando que por ventura los puede haver, los reverencian « y honran juntamente con las dichas « partes del univerſo. Tanto que finalemente ſon una miſma ſubſtancia y entidad con ellos, con que queda claro, « quan chimericos ſon los Eſpiritus Sinicos à quienes ellos ſacrifican. «

4°. Cum P. Longobardus à Doctore « Michaële quæreret, cui ſacrificia ſua « Sinenſes offerrent, ſiquidem nihil habent quod dicant de iis rebus, quæ « non cadunt ſub aſpectum, cæpit is movere & quatere caput, & ſubridere, dixitque Sinas propriè ſua ſacrificia offerre Cælo illi univerſali, terræ, montibus ac reliquis partibus univerſi, quæ « ſub omnium aſpectum cadunt gratiaſque agere de beneficiis, quæ inde percipiunt. *Jam verò*, inquit, *quod ad « ſpiritus attinet, non planè perſuaſum habent eſſe omninò ſpiritus, ſed cum conjiciant fieri certè poſſe ut ſint, eos colunt « ac venerantur ſimul cum prædictis partibus univerſi, quas partes unam atque « eandem cum ſpiritibus ſubſtantiam eſſe « arbitrantur.* Unde liquidò conſtat quam « chimærici ſint ii ſpiritus, quibus Sinæ « ſacrificant.

Digitized by Google

Reſpondeo ego huic percontationi cum omnibus, quæ illi annexa ſunt, jam ſuprà pluribus rationibus ſatisfactum fuiſſe. Quod autem ad doctorem Michaëlem pertinet, dico illum optimè reſpondiſſe juxta ſententiam recentiorum Atheïſtarum : quantùm verò attinet ad ſpiritus, adhuc relinquit ſententiam ſub dubio, nam vel ipſimet Atheïſtæ non audent negare ſpirituales haſce intelligentias, cum ex conjecturis judicent illos in rerum naturâ exiſtere ; propterea honorem & reverentiam illis exhibent. *Nò ſaben de cierto que los haya, mas conjecturando que los puede haver los reverencian y honran.* Ita Doctor Michaël quam Atheïſtarnm perplexitatem vel ipſemet Atheïſtarum princeps *Chũ çiũ* in ſequenti caſu ita declarat.

» Sinenſis regni habenas tenebat Im-
» perator *Cao çum* familiæ Imperialis
» *xam* dictæ vigeſimus Imperator, qui
» regnare cepit anno ante Chriſtum na-
» tum 1324. Is anxius, propter re-
» gni labores, ſæpiſſimis rebellionibus
» concutiebatur regnum, quâ ratione ei
» auxiliaretur neſciebat, tandem in ſom-
» niis vidit *xámti*, qui illi obtulit vi-
» rum quemdam tali formâ, ſtaturâ,
» colore, &c. Qui eſſet illi auxilio in

regni laboribus, qui vir diù conquisitus & ex formæ lineamentis tandem inventus, magnum præbuit auxilium regno. Illius enim operâ Imperator *Cao çum* usus, regnum servavit, & à calamitatibus quibus opprimebatur liberum reddidit. Propterea Imperator expergefactus ita cum suis aulicis loquutus est somnium sive oraculum narrans; *dormienti per somnium apparuit mihi* Xám ti' *qui mihi obtulit eximium auxilium* (ostendens scilicet virum illum) *is mei loco, quid sit agendum dicet.* Sinica Imperatoris verba sunt.....

Hoc Imperatoris somnium considerans *Chũ çú*, ut potè atheus, voluit negare veritatem Numinis, sed ab affectu & eventu rei convictus, sic ait, *somnium Imperatoris* Cao çum *juxta id quod ipsemet retulit, reverâ fuit Imperator cœli, qui Imperatori* Cao çum *dixit, ego offero tibi excellens auxilium* (ostendens illi virum illum qui tandem inventus composuit regnum) *vocabatur vir ille* fú yue. Tandem postquam se in varias partes circumagit, Numinis veritatem negare postulans, minimè sibi vim facere potest & veritate convictus ex eventu rei sic concludit. Cao çum *Imperator, in somniis*

Digitized by Google

videns xám ti' *offerre sibi excellens auxilium, utique in illo somnio reverâ adfuit* xám ti', *qui illi obtulit auxilium illud, nec potest dici, quod talis res non extitit.* Huc usque hic auctor, qui inter Atheïstas, primas obtinet, & tandem quamvis invitus primum Numen *Xám ti'*, confitetur. Illius verba sunt sequentia....

Dicat mihi modo R. P. quomodo cum hac historiâ congruat ejus conclusio, qua dicit *con que queda clarô, quan chimericos son los Espiritus Sinicos a quienes ellos sacrifican.* Certè oportet diù & seriò expendere opinionis contrariæ rationes, & posteà contra illam concludere; propterea dico ego ex suprà citatâ auctoritate, *que queda claro que nò son chimericos los Espiritus Sinicos, a quienes ellos sacrifican.* His adde quod videntes Energumenos à dæmonibus vexari, effectus producentibus adeò naturalem virtutem excedentes, non possunt non fateri substantias illas immundorum spirituum extra rerum causas existere.

Illud autem quod R. P. de suo addit huic dialogo inter P. Longobardum & Doctorem Michaëlem habito, dicens spiritus unam esse substantiam eandemque entitatem cum terra, montibus, fluminibus, &c. sic dicens: *Tanto que final*

mente son una misma substantia y entidad con ellos. Ego certè nescio qua ratione possit deduci ex præcedentibus doctoris Michaëli verbis. Nam licet ipse dixerit exhiberi spiritibus honorem à Sinicis unà cum supradictis mundi partibus *los reverencian y honran juntamente con las dichas partes del mundo*, minimè tamen sequitur: ergo spiritus sunt una & eadem substantia cum mundi partibus. Sicuti si quis diceret Clodius exhibuit reverentiam statuæ Regis, & unà simul exhibuit reverentiam ipsimet Regi, non sequitur: ergo rex & statua sunt una entitas eademque substantia; quis enim hanc sequelam admittet? quod si sequela hæc non potest admitti, multò minùs admitti potest quod sequitur. Scilicet unde clarum remanet valdè chimæricos esse Sinicos spiritus, quibus illi sacrificia offerunt; *con que queda claro quam chimericos son los Espiritus a quienes ellos sacrifican.* Nam non solum non clarum remanet, sed valdè obscurum & perplexum, & cum careat fundamento, necesse est ut corruat.

Eodem etiam modo fundamento caret quod sequitur, sic dicens. *Todo lo qual* saltem ex hoc capite (*quando no huviera otra cosa*) *no parece que puede carecer de grande superstition. Quod totum saltem ex hoc capite, etiamsi nihil esset aliud, non*

Digitized by Google

videtur poſſe à magna cujuſdem ſuperſtitionis crimine vindicari.

Non enim quod dicitur probatur, ſed gratis aſſeritur, cum ſumatur pro fundamento Atheïſtarum ſententia, quæ innimè congruit cum Literatorum ſcholâ, unde haud benè inferri poteſt hæc ſequela; Sinenſes Atheïſtæ ita ſentiunt: Ergo reliqui Literati Sinenſes ita etiam ſentiunt. Sicuti etiam apud noſtrates contingeret, ſi quis ita diceret: Atheïſtæ baptizati dicunt animam hominis mortalem eſſe: ergo ſchola baptizatorum dicit animam eſſe mortalem. Nullo modo valet ſequela; ſicuti nec iſta valet: Chriſtiani Calviniſtæ negant realem præſentiam Chriſti Domini in Euchariſtiâ; ergo Chriſtianorum Eccleſia eandem Chriſti Domini realem præſentiam negat. Sed cum de hoc ſuprà diſſervimus ſatis, non opus eſt hîc eadem de novo repetere.

» Proſequitur R. P. ſic dicens: y po» dremos dezir lo que dixo S. Auguſtin » de Seneca, que peccava mas grave» mente que otros Idolatras, pues ado» rava y reverençiava lo que no creya » haver. El letrado Chino haçe la miſmo » con que pareçe tienen y profeſſan ſer » Idolatras en lo exterior.

Atque

Atque hîc dicere poterimus id quod « de Senecâ dixit S. Augustinus, eum « scilicet longè peccasse graviùs, quàm « reliqui peccarent Idololatræ, siquidem « ille veneraretur atque adoraret id quod « neutiquam esse credebat. Eodem pror- « sùs statu sunt Sinæ Literati, qui nimi- « rùm exteriùs esse Idololatræ atque Ido- « lolatriam profiteri videntur. «

Unde hîc R. P. probat Sinenses idem agere ac Seneca agebat? gratis id asserit, nec solùm gratis, sed contra id quod supra asseruit ex responsione Doctoris Michaëlis, dicentis *mas conjeturando los letrados, que por ventura los puede haver*, scilicet *Espiritus, los reverençian y honran.* Atque adeo non adorant id, quod non credunt existere, sed adorant id quod sub dubio credunt existere. Unde illorum adoratio non cadit supra non existentiam spirituum, sed supra existentiam; si enim absolutè crederent Spiritus non existere, illis non exhiberent honorem, sed quia ex conjecturis (sub dubio tamen) putant illos existere, propterea illos adorant. Unde non est dicendum quod Literati Sinenses ad modum Senecæ peccant, sicuti exempli gratia, si quis epistolam scriberet homini mortuo, quem ipse certò novit non existere in re-

rum naturâ, sed ad decipiendum alium hominem scribit, hic committeret mendacium in facto; si autem epistolæ scriptor ex conjecturâ aliquâ putaret hominem illum adhuc vivere, hic certè nullum committeret peccatum, quin imò prudenter operatur. Malè igitur Sinensibus Literatis tribuitur culpæ simili culpæ Senecæ reverentia illa Spiritibus sub dubio exhibita.

Prosequitur adhuc R. P. hujus 41. §. declamationem, & levi calamo aliud contra se proponit argumentum, sed quasi victor certaminis illud solvere minimè curat, sic enim ait: otro argumento se » sole hacer para esto, y otros casos semejantes tomado de S. Matteo c. 13. quando Christo respondio a los siervos si » havian de arrancar la zizania, que nò, » *ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum, &c.* pero porque es » commun a muchas materias, y la traen » communemente los auctores, y muy el » P. Becano l. 5. c. 15. de las controversias no se lo pongo aqui.

» Aliud argumentum ad hunc casum atque ad altos similes adduci solet desumptum ex eo quod Christus apud Mat. c. » 13. quærentibus servis an irent & colligerent zizania respondit, *non; ne forte* » *colligentes zizania, eradicetis simul &*

triticum. Sed quia istud ad alia quamplurima pertinet, referturque vulgò à Scriptoribus & maximè à R. P. Becano controvers. l. 5. cap. 15. de hoc agendum hîc esse non existimavi. «

Respondeo argumentum hoc sumptum à Domini responsione de zizaniis, optimè casum nostrum probare, quin imò videtur à Domino dictum, secundùm illius præscientiam divinam propriè & peculiariter inter alia, pro miseris Sinis, à quibus cum eripere volumus patrios politicos ritus, & alios qui ad politicum reduci possunt, quos illis sacra Congregatio concèdit, avertimus illos à fide susciendâ, sicuti Christianus ille *kien sem* Linus affirmat, ut suprà dictum fuit, & alii cum illo & sicuti etiam S. Gregorius loquitur. Atque adeò rigido zelo ducti, dum volumus colligere id quod nobis videtur zizanium, eradicamus simul etiam & triticum, quod est salus animarum. Et propter hanc causam S. Gregorius Bonifacio Episcopo Neapolitano ritus aliquos Judæis ad fidem conversis prohibere volenti, acrem illam reprehensionem scripsit. Scilicet, *qui sincerâ intentione extraneos à Christiana Religione ad fidem cupiunt rectâ perducere, blanditiis debent non asperitatibus studere, ne quorum mentes*

reddita ratio ad planum poterat revocare, pellat procul adverſitas: quicumque aliter agunt, ut eos ſub hoc velamine à conſuetâ ritus ſui cultura voluerint removere, ſuam illi magis, quàm Dei cauſam probantur attendere. Agendum eſt igitur ut potiùs ratione, & manſuetudine provocati, ſequi nos velint, non fugere. Adverſitas iſta, pro Sinis, eſt velle eos à culturâ ritus ſui politici removere, & hoc eſt zizania colligere: mentem verò ad planum iter fidei revocatam procul pellere, eſt triticum eradicare. Utinam hoc Chriſti Domini conſilium ſequamur in tractandâ Sinenſium converſione: & ſancti Pontificis Gregorii monitis pareamus.

ARTICULUS XIII.

Concluſio totius operis.

42. §. TExit tandem R. P. devotum epilogum variarum rationum, propter quas Sinenſis regni interiora penetravit ſic dicens in hoc 42. §. declama-» tionis. Nadie puede dudar, que vinien-» do nos otros de no menos lexos Reinos » que otros á trabajar en eſta viña, deſ-» ſeamos que todos ſe bautizen, conoſcan

à Dios, y le siruan y alaben, y si esto no desseamos, para que hemos cansado convenir, dexando patria, parentes, amigos y espuesto nos veçes por mar, y por tierra a peligro de perder la vida, y traër la siempre a tubo de dados? desseamos lo por Dios, y por el proveccho de las almas, por la yglesia nuestra madre, por honra de la Religion, de la Mission, y nuestra, y todo para gloria de Dios y exaltaçion de su sancta Fe &c.

Dubitare nemo potest quin nos è Regnis non minùs remotis quàm alii ad vineam hanc nostro labore excolendam advenerimus, cupiamus vehementer ut omnes ad sacrum baptismi fontem accedant, omnes Deum cognoscant, Deo serviant, Deum laudent. Et verò nisi istud cupiamus quid attinet tam longum & molestum iter suscepisse, reliquisse patriam, parentes atque amicos, tam mari quam terrâ sæpius vitæ discrimen ac periculum adiisse ac paratos semper ad eam profundendam esse. Cupimus illud tum maximè Dei causâ, tum etiam ob salutem animarum, Ecclesiæ matris nostræ bonum, honorem & Religionis & Missionis & nostrum, omnia ad Dei gloriam & suæ sanctæ fidei exaltationem, &c.

Respondeo optimè quidem omnia procedere, & ut Religiosos decet, sanctè. Sed ego etiam peto: numquid aliquis dubitare poterit, an Religiosi Societatis Jesu eundem finem habeant petendi Sinarum regna? Num eosdem labores subierint? Num similia sint experti pericula? Num Dei gloriam quærant? Num fidei propagationem desiderent? Num animarum lucra procurent? Num tandem omnia quæ R. P. aprè conglobat, etiam Societatis filii prosequamur, & ad eadem aspirent? Ego certè fore puto neminem qui ista negare audeat. Atque adeò in hoc pares sumus, tam Ordinis Prædicatorum Missionarii, quàm Societatis Jesu Missionarii; pares igitur, atque immensas debemus agere gratias supremo Numini, bonorumque omnium largitori, qui mentem hanc nobis injecit, ad hoc altissimum prædicationis munus vocavit & Apostolorum imitatores effecit.

Deinde R. P. ex supra notatis optimam sequelam deducit sic dicens; de » aqui se sigue haver tambien dessear los » medios, y que el camiro y puerta del » bautismo se dilate ensanche, suavize, » lo que fuere possible. Todo esto cae de » baxo del desseo de convertir almas, » &c.

Digitized by Google

Unde sequitur nos etiam non minùs « optare media ad illud consequendum « necessaria, nimirùm ut via ac janua « baptismi dilatetur, amplificetur, & « quantum quidem poterit fieri, suavior « reddatur. Hæc enim non potest non op- « tare qui animarum conversionem op- « tat. «

Respondeo sequelam hanc à R. P. de- ductam non minus quadrare Missionariis Societatis quàm Ordinis Prædicatorum Missionariis. Deducitur namque ex ante- cedenti, quod utrique Ordini univocè convenit; eodem igitur desiderio flagra- mus. Videamus reliqua.

Prosequitur R. P. sic dicens Però « quando hay materias graves y de con- « scientia, como son estas; nò se que se « pueda estrañar de que haya quien con « difficuldad se allane a lo contrario, y « mas quando en otras cosas, donde no « hay tanto peligro se ve, y palpa la mis- « ma difficuldad, &c. «

Sed tamen cum occurrunt materiæ « graves & quæ ad conscientiam perti- « nent, quales istæ sunt, displicere nemi- « ni debet quod aliqui sint, qui non ita « facilè ad sententiam suæ contrariam ad- « duci se patiantur, maximè verò si dif- « ficultas eadem ad assentiendum in aliis «

Digitized by Google

» quoque rebus cernitur, in quibus longè » minus est periculi.

Respondeo in hoc consistere diversitatem inter Missionarios Societatis & RR. PP. in hoc scilicet quod R. P. modo tangit. Nam Societatis Missionarii planum procurant reddere iter salutis, ut Sinæ faciliores se præbeant ad fidem suscipiendam, propterea ab illis politicos non auferunt ritus, & eos qui difficultatem aliquâm præ se ferunt, ad politicam institutionem reducere conantur, sicuti sacra Congregatio dicit. *Ea verò quæ cultum politicum redolent, vel ad illum reduci possunt permittantur.* At RR. PP. nullatenùs hæc admittentes, constanter baptismum denegant illis, qui nolunt abjicere tabellas defunctorum parentum memoriam referentes, illis etiam baptismum denegant qui parent alia agunt juxta politicum nationis usum, iis item qui Cumfucio totius Regni Magistro politicis cæremoniis honorem exhibent. His verò omnibus, si quidem baptizati fuerint, peccatorum absolutionem impertiri nolunt. An non est hoc illis claudere iter ad cœlum facereque ut fugiant à nobis, non autem sequantur nos, contra id quod S. Gregorius docet, ut suprà vidimus.

Dicere autem *que hay materias graves*,

y de conscientia, &c. materias esse graves, & quæ conscientiam onerant, haud quidem procedere potest, quando agitur de propriâ personâ, ut sequatur eam quæ ipsi libuerit sententiam. At in casu nostro cuditur faba in caput miserorum Sinensium, quibus cupientibus inter dominicas oves numerari, clauditur janua ne in caulas dominici pecoris ingrediantur. Quod ipsum est quod dicit S. Gregorius, *quando à cultura ritus consueta voluerit removere, tunc propter adversitatem hanc, proculpellitur à fide Christianâ.*

Dicit etiam R. P. se non videre quâ ratione possit aliquis reprobare; quod in his difficultatibus aliquis inveniatur, qui difficilem se præbeat ut contrarium sequatur, &c. *no se que se pueda estrañar de que hay à quien con difficuldad se allane a lo contrario.*

Respondeo non esse Missionarios nostræ Societatis, qui fastidientes haud probant RR. Patres in contrariam partem inclinare; sed R.R. P.P. praxim societatis exosi, in convertendis Sinensibus, illam undique impugnant verbis & scriptis, & impressis libris; societas verò nostra quamquam passivè se habeat, nec par pari referat, impigrè tamen ab ictibus se defendit & rationibus & auctoritatibus. In

hac verò apologeticâ defensione, nullum alium finem habet, quàm ostendere jugum dominicæ legis suave esse, ac leve, dum politicos Sinarum ritus ab omni superstitionis labe vindicat.

Et propter hanc rationem puto R. P. sacri Ordinis Prædicatorum Provincialem injunxisse RR. Patribus, qui in hac Missione degunt, ut in Sinarum conversione sequantur praxim Societatis Jesu, sicuti os ad os, clarè & distinctè R. P. Fr. Timotheus à S. Antonino narravit Patri Petro Canevari nostræ Societatis Missionario perantiquo in Provinciâ *Fokien* Christianam rem procuranti, addens se pro virili acturum, ut sibi subditi socii (si contigeret aliquandò se in superiorem promoveri,) sequerentur Societatis praxim, & P. Petrus Canevari dum hanc texo responsionem, mihi narravit. Sed fuit Dæmonis astus, ne tam sancta & opportuna jussio suum sortiretur effectum.

Verùm enim verò, quod mihi quidem arduum videtur, est, cum sacra Congregatio ostium aperuit ad omnem concordiam & unionem in illis verbis sæpissimè citatis. *Ea verò quæ cultum redolent politicum, vel ad illum reduci possunt, permittantur.* Quare non omne ingenii acumen intendimus, ut cæremonias istas

ad politicum cultum reducamus, cum non solùm reducibiles illæ sint, sed à politicâ naturali suam trahant originem; sicque Ecclesiæ janua Sinensibus pateat, quam Dæmonum invidia claudere contendit, dum sub hoc velamine à consuetâ ritus sui culturâ postulat removere?

Dicant mihi quæso, si quando aliqua S. Doctoris sententia contra Thomistas citatur, quis Thomista non exerit vires ingenii, ut sancti Doctoris sententiam explicet, & ad suum sensum reducat? Quis Scotista, quis Suarista non contendit Scotum & Suarium explicare, & ad suam sententiam reducere? Acuamus igitur Missionarii omnes ingenia nostra ad clavos Christi crucifixi, propter miseros Sinas, & illorum acumine eradamus à politicis Sinarum ritibus sordes, quæ illis fortasse adhæserunt, & sic purgatos reducamus ad ritum politicum, unde ortum trahunt.

Tandem peto à R. Patre ut liceat mihi expendere fundamentum quo RR. PP. niuntur tam constanter impugnare & reprobare Sinicos hos ritus, quos politicos esse probavimus, & quos sacra Congregatio illis permittit; Societatis item Missionariorum praxim convellere, quorum rationes, & argumenta tam facile putant refelli posse. Utique credo, & ut ex trac-

Digitized by Google

tatibus R. Patris, & R. P. Antonii de sanctâ Mariâ colligo, fundamentum hoc in tribus consistere. 1. In experientiâ quam VV. PP. habent de rebus Sinicis. 2. In studio Sinicorum librorum. 3. In responsis quæ RR. PP. à Sinis acceperunt super his controversis materiis; quæ tria simul unita magnam constituunt auctoritatem. Igitur si rationes RR. Patrum propter tria hæc magnâ gaudent probabilitate, cum hæc eadem in majori proportione nostræ sententiæ argumenta possideant, majorem etiam nostrorum argumentorum rationes probabilitatem habebunt, quod sic probo; nam experientia quam RR. PP. habent, minimè comparari potest cum experientiâ quam habent Societatis Patres, sive multitudinem Religiosorum spectes, sive numerum locorum consideres, in quibus degunt Societatis filii, sive etiam expendas cognitionem & familiaritatem quam cum Magnatibus, Literatis, & plebeiis per octoginta & amplius annos contraxerunt. Quantum verò attinet ad studium & lectionem Sinensium librorum, multitudo voluminum à Societatis Patribus editorum, perenne reddit testimonium, quid, quamtumve profecerint in studio Sinensium doctrinarum, ita ut in hac parte nulla

possit intercedere comparatio. Si verò loquamur de responsis quibus Reverendi Patres maximè fidunt à Sinis quibusdam acceptis circa præsentes controversias : Et Nostri etiam interrogaverunt & consuluerunt, non quoslibet homines, sed Doctores, Licentiatos, Baccalaureos Sinenses. Reverendi Patres à paucis illis habuerunt responsa, & nos etiam à magnâ illorum multitudine responsa accepimus ; utra pars in majori quantitate, & majori ponderis responsa acceperit solidioribusque fundamentis nixa Reverendi Patres de hac re judicium ferant.

Præterquam quod responsiones à Sinis habitas oportet seriò expendere ; nam ut suprà dictum fuit, cum Sinicum Idioma sit valdè ambiguum, interrogationes & responsiones haud possunt etiam ambiguitatibus carere, præcipuè quando nos Europæi Sinicè loquentes, propter verborum improprietatem non benè & dilucidè sensus nostros explicamus : atque adeò, nec Sinæ satis aptè & congruè nostris possunt interrogationibus respondere. Ex tribus igitur fundamentis supra positis, quibus Reverendi Patres utuntur ad rejiciendos Sinicos ritus, de quibus agimus, & ad nostram infirmandam sen-

tentiam, & ex ipsismet tribus fundamentis, quibus Societatis Missionarii usi sunt ad tuendos Sinicos hosce ritus, ut extraneos à Christianâ Religione Sinas ad rectam fidem perducant, benè colligi potest, cui sententiæ adherendum potiùs, illi ne quam tuetur Societas, an illi cui Reverendi Patres fixi adhærent. Nam cum tria illa fundamenta ex parte Societatis sint potiora, firmiora & ampliora, non erit difficile ferre judicium, utra debeat prævalere sententia.

Denique cum Reverendorum Patrum rationes nullatenùs demonstrationes sint, sicuti etiam nostræ rationes demonstratione carent, utrisque remanet sola probabilitas. Præferenda igitur est sententia illa, quæ magis favet fidei propagationi & fideliumi incremento. Si sacra Congregatio permittit non ea solùm, quæ pertinent ad politicum cultum; sed etiam alia, quamvis nesciò quid præferant in externo, quod possint offendere timidiores oculos religiosorum hominum; quare pjâ quadam affectione probabilibus nixi rationibus non conabimur ad politicum cultum reducere propter æternam Sinensium salutem ea, de quibus modò controversias agimus, Christianos do-

centes, quâ ratione in illis se gerere debeant sine propriæ, vel aliorum conscientiæ offensâ? Numquid sine termino quæstiones istæ protrahendæ sunt, nec finem habebunt disputationes?

Sed nostris hisce rationibus tacitam adhibet R. P. responsionem, prosequens enim inceptam declamationis telam, sic ait in eodem §. 42. Certissimo es ser «
estrecho el camino del cielo, y angosta « su puerta, *arcta est via*, dixo Christo. « Si sù majestad dexò este camino, mal « podre yo ensancharle, &c. Certissi- « mum est arctam esse viam, quæ ducit « ad Cœlum, angustamque portam, *arcta* « *est via*, inquit Christus, si arctam viam « Dominus esse voluit, non possum ego « eam dilatare, &c. «

Reverende Pater, non Dominus iter ad Cœlum arduum & arctum fecit, sed peccata nostra arctum fecerunt, alioquin & ipsemet latam feciſſet perditionis viam. Christus enim Dominus noster utrumque dixit, & *arcta est via, quæ ducit ad vitam, & lata est via quæ ducit ad perditionem.* Igitur sicuti peccata nostra fuerunt causa occasionalis, ut via Cœli redderetur arcta & difficilis; ita etiam peccata nostra, propter illorum multitudinem fuerunt & sunt causa effectiva, ut multi sine-

numero perdantur, & propterea lata dicitur à Domino perditionis via quia *multi intrant per eam.* Christus enim Dominus quomodo potuisset arctam facere viam, quæ ducit ad vitam, cum ipsemet dixerit *jugum meum suave est, & onus meum leve?* Jugum autem Domini quid aliud est, quàm observantia mandatorum Dei, quæ est *via, quæ ducit ad vitam.* Arcta igitur redditur via hæc, quæ ducit ad vitam, per multitudinem peccatorum, quæ habitum generant in animis hominum malum, propter quem habitum via cælestis videtur peccatoribus aspera & difficilis. Non igitur faciamus nos divinæ Legis jugum insuave, & molestum, quod ipse dulcedine pretiosi Sanguinis sui suave fecit & amabile; unde Prover. 3. 17. *Viæ ejus pulchræ, & omnes semitæ ejus pacificæ;* non ponderosum faciamus illud jugum, ut extranei à nostrâ Religione rejiciant illud, & ut ait S. Gregorius *fugiant à nobis*, Dominus enim levissimum fecit, pondus iniquitatum nostrarum super humeros suos portans.

Compatiamur igitur Sinensium infirmitati, lac demus illis tanquam parvulis in fide, donec robustiores effecti solidioris cibi capaces existant, sicuti Christus Dominus cum Apostolis, & Apostoli

cum primis Christianis fecerunt; ne supra nos cadat reprehensio Pastoribus facta apud Ezechielem c. 34. *Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod agrotum non sanastis, quod confractum non alligastis, & quod objectum non reduxistis, & quod perierat non quasistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentiâ.* Sicuti fecerunt boni illi Religiosi ejusdem sacri Ordinis in Civitate, *Cham xo* Provinciæ *Kiam nan*, qui in conspectu Gentilium & Christianorum domum ingressi cujusdam Christiani, quem non noverant, sed nec unquam viderant, cum magno zelo, ne dicam impetu in tabellulas illius defunctorum parentum insilientes, eas in frusta comminuerunt, vocantes illius Domi Christianos Idololatras, stupentibus & admirantibus ad hanc strenuam actionem Gentilibus æquè ac Christianis aliis, qui præsentes aderant. Fructus tamen, quem ex illâ asperitate perceperunt fuit, ut posterâ die jussi fuerint ab illa Civitate discedere, & quamvis discedentes in anathema, pulverem à calceis excusserint, divina tamen bonitas & misericordia sequentibus annis multa hominum millia ibidem perduxit ad fidem.

Provocemus igitur Sinenses rationibus & mansuetudine ut sequi nos velint, nec

illos à politicâ, vel quæ politicam redolet, ritus sui culturâ removeamus, ne carpat nos Doctor Ecclesiæ S. Ambrosius qui in Ps. 118. sic ait: *Sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, sed non secundùm scientiam, statuentes duriora præcepta, quæ non possit humana fragilitas sustinere. Timor in eo est, quia videntur sibi consulere disciplinæ, opus virtutis exigere: sed insciitia in eo est, quia non compatiuntur naturæ, non æstimant possibilitatem. Non sit ergo irrationabilis timor, etenim vera sapientia à timore Dei incipit, nec est sapientia spiritalis sine timere Dei, ita timor sine sapientiâ esse non debet.*

Addit deinde R. P. unum, quod nescio an illius intrinsecum sensum seriò expenderit; difficultas enim quam præfert, non tam facilè claram solutionem admittit, sic namque ait. Y mas sabiendose que por la conversion de todo el mundo, no es licito cometer un minimo pecado venial. *Quid prodest homini si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.* Præsertim cum sciamus totius mundi conversionem tanti non esse, ut vel minimum veniale peccatum admittamus. *Quod prodest*, &c.

Fortassè R. P. non advertit difficultatem, quæ in his verbis continetur; si ta-

Digitized by Google

men advertit, & nihilominùs illa nobis scribere voluit, certè commilitones suos notâ afficit haud levi, nam verba suprà relata, vel refert ad aliquam personam, vel non refert; si non refert, nec alicui applicat: ergo sunt superflua, & ad rem nostram non faciunt; unusquisque enim novit nullum veniale peccatum, etiam pro salute totius mundi esse committendum; salvatoris item sententia, *quid prodest homini, &c.* omnibus etiam nota est. Si verò R. P. applicat & ad alium refert, vel applicat suis, vel applicat nobis: si suis applicat, quid attinet illa referre, dum nobis scribit? si nobis applicat directè vel indirectè; jam R. P. intelligit quâ notâ nos afficiat: nempe nos non curare, committere peccata propter conversionem Sinarum, & dummodò lucremur animas Sinensium, interim volumus animarum nostrarum detrimentum pati; quod ipsum fuit iisdem formalibus verbis scriptum à Reverendissimis illis, Episcopis Manilanis contra Societatis Missionarios Sinenses, ut suprà dictum fuit, sed quia adverterunt se admodùm ultra terminos processisse, ubi illis veritas innotuit palinodiam cecinerunt, dicentes se falsis informationibus deceptos fuisse.

Digitized by Google

Sed R. P. fortasse dicet nequaquam sententias illas nobis applicare; sed in testimonium propriæ conscientiæ illas referre, quasi dicat, nolumus permittere Sinensibus, qui baptismum petunt, cæremonias & ritus illos, ne committamus peccata contra Deum, & ne detrimentum patiamur animarum nostrarum: attamen R. P. benè quidem intelligere potest, quid inde sequatur. Nam cum Societatis Missionarii illa permittant, sequitur Missionarios Societatis peccare & detrimentum propriarum animarum pati, quæ nota sanctæ charitati, quæ inter Societatem & Prædicatorum Ordinem intercedere debet, non solùm non congruit, sed adversatur. Igitur cum perspectus mihi sit animus R. Patris erga commilitones suos, propterea suprà dixi R. P. non admodùm expendisse difficultatem; sive pondus, quod in illis verbis continebatur.

Prosequens declamationem suam R. P. » subdit adhuc sequentia. En quanto se » pudiere hazer desseamos se haga, y » los medios referidos se han ordenado à » esto, y lo que aqui queda escritto se » ordena à lo mismo. Optamus sanè ut » opus istud *Conversionis Sinarum ad* » *fidem* quantum fieri poterit, promo-

Digitized by Google

veatur, atque eo pertinent tum ea quæ « retulimus modo, tum ea omnia quæ « hîc ſcripſimus. «

Reſpondeo propoſitionem hanc R. Patris ſimilem eſſe reſponſioni, quam quidam judex dedit amico, à quo rogatus, ut familiaris ſui cauſæ faveret, contra quem judex ſententiam tulerat, reſpondit, omnia agam in illius favorem, ſed interim data ſententia executionem obtineat. Nam R. P. cum ſuis deſiderat agere, quod poteſt agi, & tamen cum illis in eâ unâ perſiſtit ſententiâ, ut contra prædictos Sinicos ritus ſtatuat eos omninò abolendos eſſe; poterant RR. PP. ſequi praxim Societatis, ſicuti aliquando conſtitutum fuit inter R R. PP. quemadmodùm mihi ſcripſit R. P. Fr. Thimotheus à S. Antonino, ſed ſententiam mutarunt. Poterant ſequi conſilium R. P. Provincialis Manilani, ut ſe conformarent cum Patribus Societatis in promovendâ Sinarum converſione, ut ſupra dictum fuit; ſed noluerunt deſiſtere ab impugnatione Sinenſium rituum. Item cum in reſponſis datis à Sacra Congregatione de propagandâ fide R. P. Fr. Joanni Baptiſtæ Morales habearur illa propoſitio toties repetita. *Quæ verò redolent politicum cultum, vel ad*

Digitized by Google

illum reduci possunt, permittantur. Quæ ut suprà dixi, est janua ad omnem bonam unionem, poterant illam sequi; sed tamen RR. PP. nolunt januam illam ingredi: alioquin dicant mihi quisnam sit ille ritus Sinicus, quem ad politicum cultum reduxerunt? attulit P. Martinus Martinius nova responsa super his ritibus à Congregatione supremæ Inquisitionis data; sed quâ ratione à RR. Patribus accepta fuerunt, benè novimus, & tandem statuentes iidem quod male informaverit P. Martinius Curiam Romanam, Romam iterum miserunt R. P. Joannem Polancum Procuratorem Provinciæ Manilanæ, cui inter alia commissum fuit ut contra decreta à P. Martinio allata causam diceret: hoc ego accepi à duobus R. Patribus Ordinis Prædicatorum Provinciæ *Che kiam*, quorum nomina non opus est hîc apponere. Ubi igitur illud est R. P. *Que quanto se pudiera hazer desseamos se haga?* Nisi velimus dictum hoc contrario modo explicare; quod scilicet egerunt totum illud, quod potuerunt Sinicos impugnando ritus & Societatis praxim, sed incassum.

Deinde velim ut R. P. mihi declaret, quænam sunt illa media ab eo relata propter hunc finem (scilicet propter Sinen-

sium conversionem ad fidem) ait enim (*y los medios referidos se ordenan a esto , y lo que aqui va escritto , se ordena a esto*) Nam cum alibi , quod ego sciam, nulla afferat media , in hac verò declamatione nulla etiam proponat , propemodùm cogimur fateri talia media non inveniri nisi cum vagis individuis. Quod in hac declamatione nulla proponat media , quæ ad Sinarum conferant conversionem, patet ; nam R. P. totus est in infirmandâ auctoritate P. Martinii ; narrat , & dicit Cumfucianos ritus superstitiosos esse , quod tamen minimè probat. Deinde impugnat omnes rationes , & omnia argumenta quæ proposita fuerunt à Nostris in Cœtu præteriti anni , sed nullatenus expugnat , firmæ enim in suo robore perseverant , præterea nihil : atque hæc omnia non media sunt ad convertendos Sinas ad Christianam fidem , sed potiùs deterrent illos à susceptione baptismi , sicuti Christianus ille suprà relatus *Cho çũ kién* Linus dicebat.

Subdit deinde R. P. aliqua, impugnans responsionem P. Simonis Acunha Visitatoris olim Provinciæ Japonicæ & Viceprovinciæ Sinicæ , qui dicebat cæremonias istas pertinere ad quartum decalogi præceptum , atque adeò minimè

» abolendas esse, &c. sic enim ait. No
» quitamos la obediencia de los hijos à
» los padres ni & 4. mandamento de la
» ley de Dios, como nos escrivió el R,
» P. Acunha que esta en la gloria, ni
» tan poco el culto politico y civil, solo
» lo que nos pareçe, y hà pareçido mal
» y intolerable, hemos procurado de qui-
» tar, &c.

» Non abolemus obedientiam, quam
» filii parentibus debent, neque præcep-
» tum quartum divinæ legis, quemad-
» modum scripsit R. P. Acunha, qui
» jam hanc vitam cum mediori commu-
» tavit, neque etiam cultum politicum
» & civilem tollimus, sed illud unum
» studuimus abolere quod malum esse
» nobis visum est, neque posse tole-
» rari.

Respondeo quod ut benè intelligatur sensus horum verborum, oportet primùm constituere in quo consistat obedientiam erga parentes. Sacræ paginæ in decalogo dicunt consistere in honore parentibus exhibito; propterea quartum præceptum dit; *honora patrem tuum & matrem tuam.* Hic autem honor dupliciter accipitur, est enim vel internus in animo, vel externus in opere. 1°. Filii amant parentes, & interno eos venerantur affectu

fectu. 2°. Filii reverentiam Parentibus exhibent, & externo cultu illis præstant obsequium: Cum igitur Nationes mundi diversos habeant externi cultûs & obsequii modos, cultus hic & honor externus non potest omnibus mundi Nationibus par esse, & uniformis; unaquæque igitur Natio proprium servat cultum, quem à suis majoribus institutum accepit; qui cultus & honor apud Sinas in duobus consistit, quæ duo expressis verbis declarat Christianus Licentiatus *Chũ vẽ chim* Cosmas, idque accipit ab antiquis Sinensium institutis; sic enim ait. *Quartum præceptum Legis Christianæ est honorare Patrem & matrem, hic autem honor consistit in hoc ut dum parentes sunt superstites, præstentur illis reverentia & alimenta; vitâ functis ad illorum memoriam conservandam, munerum oblationes exhibeantur. Hæ autem munerum oblationes propterea exhibentur, ut filii & nepotes eodem obsequio mortuos prosequantur parentes, sicuti quando iidem superstites erant; sublatis namque his oblationum cæremoniis, jam nihil remanet filiis, & nepotibus, in quo possint manifestare & ostendere erga parentes suos obsequii & amoris affectum.* Verba hæc supradicta Christiani hominis sunt, item doctissimi inter-

Sinenſes, ejus Sinica verba legamus.....

Suppoſitis igitur his quæ hic Licentiatus Chriſtianus dicit, dum R. P. cum ſuis vult exequias & cæremonias iſtas parentibus defunctis ſecundùm politicum Sinarum ritum debitas tollere & abolere, tabellam item, in quâ conſervatur parentum memoria confringere; benè monebat P. Acunha ne auferrent obedientiam erga parentes. Quod autem hæ cæremoniæ & oblationes ad cultum ſpectent politicum; & ad illum omnes reduci poſſint, jam ſuprà & rationibus, & auctoritatibus probavimus affatim. Quamvis igitur R. P. dicat ſe nequaquam tollere politicum & civilem cultum à Sinis, auferendo tamen a parentalibus cæremonias iſtas, jam politicum exequiarum cultum tollit; nam cæremoniis iſtarum oblationum ſublatis, peto à R. Patre quid Sinis reliquum erit politicorum rituum ad honorandos defunctos parentes? Debent igitur RR. Patres præſcribere Sinis quomodo mortuos ſuos ſepeliant, & quâ ratione parentalia perficiant, quæ tamen res multis difficultatibus obnoxia eſt, ut cuilibet conſideranti patebit.

Illud autem quod RR. Patribus negotium faceſſit eſt *loque nos pareçe in-*

Digitized by Google

tolerable, hemos procurado de quitar. Ego autem dico intolerabilitatem non oriri ex cæremoniarum naturâ, sed ex apprehensione intolerabilitatis: nam cum diù jam statuerint apud se, ritus hosce intolerabiles esse, nullas alias admittunt rationes ut tolerabiles videri possint. Sicuti Medicus qui firmiter desperavit de infirmi salute, nullam posteà infirmo vult propinare medicinam; sed tamen invenitur etiam alius Medicus, qui derelicti infirmi pulsum explorans, non omninò desperat, pharmacum componit, infirmo libandum offert, & ad pristinam reducit sanitatem. Atque hunc secundum Medicum imitati sunt Societatis Missionarii, seriò examinantes Sinensium ritus veluti rhythmum pulsûs observantes, invenerunt non esse intolerabiles. Atque adeò medicinâ aliquâ adhibitâ, quæ consistit in modo quo Sinæ in his ritibus se gerere debeant, horum rituum substantia, quæ ab aliis fuerat desperata, adhuc integra perseverat. Propterea sacra Congregatio censuit *posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas cæremonias erga suos defunctos, etiam cum Gentilibus, sublatis tamen superstitiosis, &c.* Si sacra Congregatio dicit cæremonias hasce esse tolerabiles, quare RR. PP.

Digitized by Google

firmitet volunt esse intolerabiles?

Dicet R. P. in istis cæremoniis includuntur superstitiosa, propterea sunt intolerabiles.

Respondeo R. Patrem asserere constanter, nullo verò modo probare talia superstitiosa, sicuti suprà ostendimus, sed esto. Adhæsit fortasse cæremoniis istis aliqua superstitio. Cur R. P. cum suis propter amorem & charitatem quâ debemus animas Gentilium fovere, ut Christianam fidem sequantur, non auferunt superstitiosa illa, & tantùm relinquunt rituum substantiam, tunc utique haud erunt intolerabiles; an intolerabilitas hæc sola est RR. Patribus perspecta, cæteri verò Societatis Missionarii cæcutiunt, & inunctos habentes oculos, non possunt eam discernere? Quod si intolerabilitas hæc cognita est illis, an putat R. P. Missionarios Societatis clausis oculis illam velle deglutire, & cum jacturâ propriarum animarum, spem inanem obtrudere Sinis de æternâ salute consequenda? Equidem credo nec R. Patrem, nec alium quempiam, qui christianam & religiosam profitetur charitatem, conceptum hunc de nobis formare posse.

In confirmationem præcedentis propositionis adducit R. P. sequentia Christi

Domini verba. *Væ vobis qui ædificatis sepulchra Prophetarum*, dixo Christo à los Fariseos : El haçerse sepulchros y enterrar mortos, nò son obras de piedad ? Si, pues como lo reprende Christo ? S. Ambrosio dize *non ædificatio, sed æmulatio loco criminis æstimatur.* El peccado que haçean en matar à los Profetas condena Christo, nò lo enterrarlos y darles sepulchros. Lo malo, que los hijos haçen, y los letrados en las cæremonias de sus padres, y maestro hemos condenado, lo demas nò, porque no es condenable. Quien condena ayunos, abstinentias, y mortificationes superstitiosas ; no condena ayuno, abstinencia y mortificacion, sino lo malo, y lo superstitioso.

Ait Christus ad Pharisæos. At nonne ædificare sepulchra, & sepelire mortuos, opera sunt pietatis ? Ita sanè. Quomodo igitur ea Christus reprehendit ? *Non ædificatio*, inquit S. Ambrosius, *sed æmulatio loco criminis æstimatur.* Condemnat Christus peccata quod admiserant occidendo Prophetas, non illud improbat quod eos sepelirent, atque iis ædificarent sepulchra. Et nos quoque damnavimus malum quod & à filiis & à Literatis ad-

» mittitur in ſuis erga parentes magiſ-
» trumque ſuum cæremoniis, reliqua non
» damnamus, quia damnanda non eſſe
» credimus. Qui damnat jejunia, abſti-
» nentias & mortificationes ſuperſtitio-
» ſas, non continuò cenſendus eſt dam-
» nare jejunium, abſtinentiam, & mor-
» tificationem, ſed tantum id quod ma-
» lum & ſuperſtitioſum eſt.

Reſpondeo neque Chriſti Domini verba, neque S. Ambroſii explicatio favet ſuæ ſententiæ. Nam Chriſtus Dominus non reprehendit hoc loco peccatum occidendi Prophetas ſicuti R. P. dicit. Prophetæ enim occiſi fuerunt à Phariſæorum parentibus, non autem ab iſtis Phariſæis quos Dominus reprehendit, ſicuti ipſemet Dominus teſtatur dicens. *Patres veſtri occiderunt illos*: reprehendit igitur Dominus malam illorum intentionem in illâ ædificatione, ſive renovatione ſepulchrorum Prophetarum, ſicuti explicatio S. Ambroſii dicit *æmulatio* (id eſt imitatio) *loco criminis æſtimatur*. Imitabantur namque Phariſæi mala opera ſuorum parentum; propterea Chriſtus Dominus dicit illis, *teſtificamini quod conſentitis operibus Patrum veſtrorum*. Malum ergo omne, quod erat in iſtis Phariſæis erat ſitum in illâ malâ

intentione : Sinenſes verò in ſuis cæremoniis nullam præferunt malam intentionem, nam nec in Cumfucio, nec in mortuis parentibus, aliquam recognoſcunt numinis partem, nihil ab illis petunt, nihil ab illis ſperant juxta literatorum ſcholam, quæ omnia ſuprà probata ſunt. Intentio illorum in his cæremoniis fertur in recolendâ memoriâ : defunctorum parentum obſequium illis & honorem exhibendo eodem modo, ſicuti quando ſuperſtites erant, ut plurибus locis in hac reſponſione probavimus.

Nulla igitur fieri poteſt comparatio inter Phariſæos & Sinenſes homines, illi enim errabant in malâ intentione ; iſti verò nullâ malâ intentione affecti ſuas cæremonias agunt ; opus illorum bonum erat in ſe, ſed malâ illorum intentione infectum, propterea malum ; opus iſtorum eſt indifferens, nec caret morali bonitate, nulla mala intentio illud inficit, nec illius inſtitutio malum aliquod habuit objectum ſuperſtitioſum. Nam, ut ait S. Auguſtinus de doctrinâ Chriſtianâ c. 20. *Superſtitioſum eſt, quidquid ab hominibus inſtitutum eſt ad facienda & colenda idola, &c.* At inſtitutio agendi parentalia ex ſua primâ ori-

gine, nihil aliud in se continet, quàm memoriam conservare parentum defunctorum illisque eum exhibere honorem post mortem, quem exhibebant dum viverent, propterea Sinensium leges dicunt mortuis obsequium præstandum, eodem modo quo iisdem viventibus præstabatur. *Sú sú giù sú sem.*

Ex his potest R. P. colligere, quod si vult Dominicis obsequi verbis, auferat quidem ab istis cæremoniis malam intentionem, si-cubi vel per ignotantiam vel per malitiam interceserit; non autem auferat cæremonias quæ de se sunt indifferentes, & moraliter sive politicè bonæ, sicuti Christus Dominus non condemnavit ædificationem sepulchrorum, sed malam illorum intentionem, quâ sepulchra Prophetarum ædificabant. Quod idem potest deduci ex ultimis verbis ipsiusmet R. Patris dicentis *quien condena ayunos, abstinencias y mortificaciones, no condena ayunos, abstinencias, y mortificaciones, sino lo malo y superstitioso.* Nam malum quod in istis tribus regulariter loquendo invenitur, provenit à malâ hominis intentione, quæ ordinat jejunium, &c. ad malum finem superstitiosum; auferre autem malum à jejunio, non est aliud nisi auferre ab illo malam illam intentio-

Digitized by Google

nem, quâ affectum malitiam contraxit. At R. P. non aufert ab iſtis cæremoniis malam aliquam voluntatem, ſed aufert ipſaſmet cæremonias, quamvis in cæremoniis nulla inveniatur mala & ſuperſtitioſa voluntas.

Deinde his ſublatis cæremoniis, quibus politica Sinarum Natio utitur ad recolendam parentum memoriam, & ad exequias parentum ritè celebrandas, juxta morem patriæ: quem R.P. ritum præſcribet Sinenſibus mortuos ſuos ſepeliendi? Numquid ſarcophagum in humeros tollere portitores, & in foſſam iniicere hoc ſufficiet? Certè S. Auguſtinus lib. de curâ pro mortuis aliter ſentit, ſic dicens. *Non mihi videtur Evangeliſta fruſtrà dicere: ſicut mos eſt Judæis ſepelire; ita quippe ni fallor, in ejuſmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morem cujuſque gentis eſſe ſervandum.* Propterea S. Tobias ſenior præcepit filio ſuo juniori Tobiæ, *Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam juſti conſtitue*, in quo loco noſter Sanchez ait, *ut id quod Aſſyrii faciebant ſtultè & impiè; id meliori mente atque ſtudio in juſtorum ſepulchris apponeret:* Et advertit Sanchez quod erat regia lex ponendi panem & vinum ſuper mortuorum ſepulturas, quam legis conſuetudinem no-

luit præterire S. Tobias, ut ſervaret morem parentandi proprium terræ, in quâ degebat.

Ut confirmet R. P. ſuam propoſitionem, exemplum adducit aliquorum Chriſtianorum ſic dicens. *En Fo nim, y Fo ngan, y ſus partidos, y ultima mente en Lanki* (hæc omnia loca ſunt Chriſtianorum, quorum primi ſacro fuerunt lavacro expiati à Societatis Patribus, deinde ſucceſſu temporis loca illa RR. Patribus ceſſerunt) *ſe quito lo malo y intolerable ſin ſeguirſe perſecucion, y alborotto por eſto.*

Reſpondeo R. P. tam firmiter & ſeriò aſſerere his in locis ablatum fuiſſe malum illud, & intolerabile ab illis cæremoniis, non autem dicit quod ſit malum illud & intolerabile, quod certè debuiſſet dicere & aſſignare. Puto igitur ego malum illud nihil aliud eſſe, quàm prohibere Chriſtianis illorum locorum, ne cæremonias iſtas peragant erga mortuos parentes & Cumfucium, &c. Nec propter talem prohibitionem commoram fuiſſe aliquam perſecutionem, aut aliquas turbas contra Chriſtianos excitatas fuiſſe. R. Patri hæc conſtanter aſſerenti præſtanda eſt fides. Sed peto ego à quot, & à quibus prohibitio ſervata

Digitized by Google

illa fuit ? Nam illis persuadere, qui paupertate laborant, ne munera mortuis parentibus offerant, non erit difficile, quando etiam ante baptismum propter inopiam illa non offerebant. Sicuti non erit difficile persuadere rustico, ne induat speciosas vestes, & mendico ut jejunet, vel abstineat à carne & vino, cum istis rebus semper illorum careat foculus. Sic etiam non erit difficile persuadere piis aliquibus Christianis, ut has cæremonias relinquant, quando incutitur illis metus damnationis æternæ, nisi illas abjiciant; sed persuasio hæc noxia ne sit, an proficua, judicent alii.

Nec novum est hoc in Ecclesia Dei. Nam Romæ quando agebatur quæstio de præclaro illo Francorum Rege Henrico IV. eò quod natus à Principibus Regii sanguinis, sed hæresi infectis, multæ sunt propter hanc causam turbæ commotæ, quæ obstabant ne ipse avitam regni hereditatem adiret, Romani Theologi ferè omnes nolebant pro Rege sententiam ferre, & tamen inventus est unus P. Franciscus Toletus, postea S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & alter P. Joannes Alvarez ejusdem Societatis & tunc temporis Lusitaniæ assistens, qui in favorem serenissimi Regis sententiam

Digitized by Google

tulerunt : Et horum duorum sententiam summus Pontifex relictis reliquis approbavit.

Deinde quamvis R. P. dicat amotas fuisse has cæremonias sine offendiculo, constat tamen non paucas fuisse turbas excitatas propter hanc inhibitionem. Idem dicit *Cho çũ kiẽn* Linus Christianus, nam propter hanc prohibitionem dicit impediri fidei propagationem ; alter verò Baccalaureus *Cho fi chi* Clemens propter hanc cæremoniarum sublationem à RR. Patribus, discessionem fecit; alter verò Baccalaureus agnomine *Chin* ex Provincia *Fo kiẽn* RR. Patribus adhærere noluit propter hanc ipsam rationem, sicuti suprà retulimus. Atque adeò prohibitionem hanc cæremoniarum non satis pacatè contigisse puto.

Concludit tandem R. P. declamationem, sermonem dirigens ad nostrum Patrem Vice-provincialem hujus Viceprovinciæ Sinicæ, qui tunc temporis erat P. Felicianus Pachecus, sic dicens : » V. P. sea servido de poner los ojos » en lo que aqui va escrito, con animo » solido y verdadero, para ayudar y sa» ber la verdad, y lo que se deve y pue» de obrar en estos casos, que pués oy » nos hallamos todos juntos, ocasion e

èn que ſe puede todo deſlindar, con « la reſolucion tomada aqui, y con lo « que añadierè deſpues el muy R. P. Viſi- « tador, que dara todo llano, y nos « otros aſſegurados, y yo haure cumpli- « do en lo que mi Prelado me tiene man- « dado. «

Velit Paternitas veſtra ſeriò ad hæc « quæ ſcripſi legenda incumbere ſolius « veritatis nobiſcum inquirendæ & per- « cipiendæ ſtudio, ut intelligamus quid « in iſtis caſibus facere & debeamus & « poſſimus. Ac certè quoniam jam ſimul « vertamur, facile uti hac occaſione poſ- « ſumus ad omnia explicanda atque ex- « pedienda, & additis iis quæ hîc ſta- « tuta ſunt, cum iis quæ R. admodum « Pater Viſitator addenda cenſebit tota « res diſcuſſa maneat noſque turò agere « poſſimus, tumque ego perfecero « quæ mihi ſunt à meo Præpoſito deman- « data. «

Quoniam oratio R. Patris immediatè dirigitur ad noſtrum P. Viceprovincia- lem, non ſum auſus his ultimis verbis reſponſum dare; ſed ipſemet P. Vicepro- vincialis injunxit mihi ut nomine ſuo ſic reſponderem.

R. P. oro quæſoque Paternitatem tuam, ut P. tua dignetur mentis oculos

intendere ad ea quæ in hac responsione scripta sunt, animo solido ac sincero, ad hoc ut veritas suum explicet fulgorem, & innotescat quid conveniat, & quid possit in his controversis casibus agi: nam quoniam Deus nos omnes & corpore & animo etiam, ut spero, uno in loco conjunxit, commodam nobis occasionem obtulit, ut omnibus iterum ad trutinam revocatis, quid firmiter sit tenendum statuatur. Sicque fiet ut ab itinere quod Sinenses ducit ad vitam, omni aspiritate submota, & Missionarii sine dubiis & quæstionibus, verbum Dei Gentilibus prædicare possint, & Sinæ læti Christi jugo colla submittant. Hæc P. Viceprovincialis.

Eitam & ego rogo R. Patrem propter amorem Christi Domini, qui ab eum Hispanicis oris huc traxit, ne eo animo legat meam hanc responsionem, sicuti lectores Philosophiæ & Theologiæ legunt scripta aliorum Doctorum, quorum opiniones suis adversantur sententiis, ut scilicet contra rescribant, & illorum argumenta convellant. Nam quamvis quæ scripsi, solidum mihi fundamentum habere videantur; novi etiam ego R. Patrem eo pollere ingenio, ut possit adhuc contra ea quæ à me scripta sunt, rationes

Digitized by Google

& argumenta producere ; præcipuè cum aliqua loca inveniantur in Sinicis libris, quibus fortaſſe aliquis contra ſententiam velit uti, quod me quidem non latet. Non enim ego ſentio omnia quæ in Sinicis libris habentur, veritati congruere, ſed hic mihi ſemper fuit animus, ea, quæ in illis rectè dicuntur colligere, quæ verò obſcura ſunt dilucidare, & ad bonum ſenſum reducere ; ſed clarè falſa, & quæ explicationem non admittunt, omninò rejicere ; atque hac ratione puto planiorem reddi poſſe viam ad Evangelium Sinis prædicandum quò enim pauciora fuerint impedimenta, eò facilior eſt ingreſſus ad fidem ſicuti regulariter loquendo, facilior eſt converſio hæretici qui unam vel alteram fatetur hæreticam propoſitionem, quàm ejus qui multis eſt hæreticis dogmatibus infectus. Igitur R. Patrem rogo ut theologicum illum ſive philoſophicum animum deponat. Nam cum R.P. ſicuti & reliqui Religioſi Prædicatorum Ordinis cupiant ſcire probabilitatem noſtræ ſententiæ, ut ipſemet R. P. fatetur in §. 37. hujus declamationis. Jam quid ſentiant Miſſionarii Societatis de his controverſiis, & quanti ponderis ſit probabilitas, quâ illorum rationes & argumenta nituntur, in hac reſ-

Digitized by Google

ponsione clarissimè explicatur: atque adeò non opus est meæ huic responsioni, aliam componere responsionem, nosque denuò urgere ut aliam responsioni responsionem objiciamus. Sic que argumentando & respondendo tempus teramus, quod aliis exercitationibus vel spiritualibus, vel theologicis, vel Sinicis impendere potius foret, idque majoris momenti esset, quàm actum semel & bis, iterùm atque iterùm agere, quod inutile videtur.

Omnia quæ à me in hac Apologetica responsione dicta sunt subiicio censuræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium fidelium matris, 4. Septembris 1669.

FRANCISCUS BRANCATUS
Societatis JESU.

Digitized by Google

APPENDIX
AD
APOLOGIAM.

SUPRA jam diximus P. Domi-nicum Navarrette noſtræ Apologiæ folia tradidiſſe Vulcano, cauſamque combuſtionis ſociis dixiſſe commotam bilem fuiſſe, quæ, integrâ permanente apologiâ, non ſe ſinebat pacato animo ſacrum peragere. Patri verò noſtro Viceprovinciali cauſam combuſtionis eam fuiſſe dixit, quia poſt à ſe adhibitas aliquas notas, nulli ampliùs uſui futura erat ea apologia, his Patris Navarette verbis fidem adhibens P. Viceprovincialis injunxit mihi ut iterum manum operi admoverem & apologiam denuò inſtaurarem. Igitur dum ſedulò, quantum vires patiebantur, ſcriptionem proſequor, crevit rumor intra domeſticos, parietes, noſtram apologiam, non quemadmodum à P. Navarrette jactatum fuerat incenſam eſſe, ſed intactam adhuc permanere,

Digitized by Google

rumor hic inde ortum habuit ; quia cum quidam Pater familiariter admoneret P. Navarrette secus urbanitatis regulas feciſſe, apologiam comburendo, P. Navarrette ictum non ferens, nec valens amico prætexere cauſas, ſinceriter reſpondit apologiam nequaquam uſtam, ſed ignis omninò expertem apud ſe conſervari : hujus fictæ combuſtionis cauſam, unus hanc, alter aliam aſſignabat, ſed parum refert arcanum hoc referare ; illud verò certum eſt fictum fuiſſe factum, id quod non fuerat factum. Quâ tandem causâ id factum, ipſe qui fecit noverit. Sed his nihilominus obſtantibus dictus P. Navarrette apologiam adhuc reſtituere noluit. Tandem poſt elapſos duos & ampliùs menſes novus noſter P. Vice-Provincialis P. Antonius de Govea ſeriò inſtitit, ut ſibi apologia reſtitueretur ; nec potuit P. Navarrette tam juſtæ petitioni contradicere, & quamvis hæc reſtitutio aliquo potuit rubore Patrem afficere, proferens non combuſtum, quod anteà dixerat fuiſſe combuſtum, integram tamen apologiam P. Vice-Provinciali reſtituit. Hoc tempore ad calcem novæ apologiæ deſcriptio, ſive veteris inſtauratio pervenerat ; ego igitur labori parcere volens, quod reliquum fuerat ex hoc apologiæ autographo, quaſi ad

Digitized by Google

verbum descripsi, & institutæ responsioni finem imposui.

Cæterum P. Navarrette, post unum alterumve mensem, nostrum P. Vice-Provincialem adivit, eique schedulam obtulit, in qua propositiones aliquæ continebantur, quas ipse aiebat anno 1642. fuisse in Cœtu nostrorum Patrum, in Civitate *Ham cheu* Provinciæ *Che kiam* definitas. In his agebatur de culturâ rituum Sinensium, de quibus modo quæstiones teximus, quas definitiones ipse lubens libensque volebat subscribére, nec solùm nomine dumtaxat suo, sed etiam omnium è sancti Dominici familiâ Missionariorum, asserens se ad hoc agendum peculiarem habere facultatem à suo Vicario Provinciali, velle enim omnes praxim Societatis sequi, quo ad hæc puncta, finemque imponere quæstionibus nostris. Noster P. Vice-Provincialis respondit Patri Navarrette, nullam apud Nostros extare memoriam quod illæ propositiones fuerint in aliquo nostrorum Patrum Cœtu definitæ, quoniamverò eædem juxta explicitum sensum conveniebant cum responsis datis P. Martino Martinio à sacra Congregatione supremæ Inquisitionis, & à summo Pontifice Alexandro VII. approbatis, Societatis Missionarii illas reci-

Digitized by Google

pere tanquam suas haud quaquam ambigebant. Verumtamen si his propositionibus deinde quis velit alterum affingere sensum qui discrepet à genuino sensu dictorum responsorum, illas omninò rejiciebant. Atque in hanc formam propositiones illæ receptæ fuerunt à Patre Navarrette, & à P. Vice-Provinciali syngrapho inter utrumque conscripto. His tamen non obstantibus, non defuit aliquis, cui tam repentina Patris Navarrette concordia suspecta fuit, nam cum dictæ propositiones congruant cum responsis P. Martinio datis à supremo sacræ Inquisitionis Tribunali, P. Navarrette subscripsit has propositiones, sed noluit responsa subscribere. 2°. Quia idem P. Romam misit declamationes suas contra praxim Societatis & politicos Sinarum ritus, nec de his mentionem, ullam fecit in hac concordiâ. 3°. Quia easdem declamationes misit ad Episcopum Beritensem, qui modò degit in regno Sioneo, huic Sinensi regno contermino, D. Episcopum in suam postulans sententiam inducere, & quamvis D. Episcopus prudens responsum dederit se non posse de his controversiis ferre judicium inauditâ parte, item cum eædem in Romanâ Curiâ agerentur, nolle in his decidendis suam interponere auctoritatem,

donec à Romanâ Curiâ illarum decisio sibi fuerit commissâ. Suspicionem hanc paulò post auxit inopinatus Patris Navarrette ab hac domo Cantonensi discessus. Is enim 9. Decembris 1669. insalutatis Nostris Patribus, quibuscum unà vixerat quinque penè annos (potiores partes illi semper deferentibus Nostris) nec duobus ex eodem Ordine sociis suis unum valè dicens, repentè disparuit. In schedulis tamen, quas in cubiculo reliquit, dicebat se in Macaensem Lusitanorum Civitatem discedere, inde Sioneum Regnum petiturum. Ex quibus conjecere omnes, vel etiam Patres socii P. Navarrette ex Sione Romanam Curiam aditurum, & si facultas daretur literis D. Episcopi Berithensis (quod ipsum ipsemet Pater Navarrette haud obscurè pluries significavit) ut Societatis Missionariorum praxim iterùm in discrimen vocet; sed causa Societatis Jesu, quemadmodum huc usque firma stetit, sic etiam Deo juvante firma stabit semper, incassum Patris Navarrette & aliorum arietariis (ni mavis aëreis) machinis adhibitis. Præterquam quod charitas & amor, quo in Domino jugiter nostri Missionarii sunt prosequuti Religiosos Ordinis Prædicatorum in omni eventu securos eos reddit.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

Articulorum primæ Patris.

PARS PRIMA.

Articulus I. *Hujus Apologiæ occasio.* pag. 1

Art. II. *R. P. Martinii defensio.* 49

Art. III. *In recipiendis Bacealaureis cæremoniæ.* 56

Art. IV. *De ritibus Cumfucianis.* 71

Art. V. *De cæremoniis Æquinoxiorum.* 83

Art. VI. *De oblatione animalium.* 90

Art. VII. *De vini oblatione seu* so-cieu. 105

Art. VIII. *De porci setis & sanguine.* 114

Art. IX. *De serici oblatione.* 118

Art. X. *De orationibus.* 121

Art. XI. *De advocatione spiritus Cumfucii.* 126

Art. XII. *De Edictis Imperatoris* Hûm vû. 136

Art. XIII. *De cultu Cumfuciano.* 144

Art. XIV. *De testimonio aliquorum Christianorum Sinensium.* 160

Digitized by Google

Art. XV. *Explicatio Sinicæ Literæ çi.* 288
Art. XVI. *Explicatio Literæ ſú.* 301
Art. XVII. *Conſtitutiones Imperatorum Sinenſium familiæ Tamin.* 311

INDEX

Articulorum ſecundæ Partis.

PARS SECUNDA.

Articulus I. *AN aula Cumfucii ſit templum?* pag. 1
Art. II. *An oblatio facta Cumfucio ſit ſacrificium?* 21
Art. III. *An menſa Cumfucii ſit verum altare?* 27
Art. IV. *An Chriſtiani poſſint comedere oblata Cumfucio?* 30
Art. V. *An Cumfucius ſit Idolum, necne?* 32
Art. VI. *An tabellula Cumfucii contineat aliquid ſuperſtitionis?* 46
Art. VII. *Quæſtio de defunctorum tabellulæ inſtitutione & uſu apud Sinenſes.* 56
Art. VIII. *De primæva inſtitutione cæremoniarum Cumfucianarum.* 90
Art. IX. *An cæremoniæ Cumfucianæ ſint*

Digitized by Google

eædem ac cæremoniæ quas adhibere solent discipuli erga magistros suos vivos. 109

Art. X. *Afferuntur testimonia quædam.* 174

Art. XI. *Solvuntur aliæ quædam objectiones.* 193

Art. XII. *Quæstio de spiritibus. Utrum Sinæ cognoverint substantias spirituales, hominum animas, &c. & quomodo spiritus cognitos coluerint.*

Art. XIII. *De Aliis Spiritibus.* 261



Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google